onanno

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
4 N
28
C·45·f

[illegible]

PANHORMI [illegible]

[illegible]

Sermones Quadrageſimales,

AUCTORE

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

PORTVS PANHORMI,

SIVE

Sermones Quadrageſimales,

AVCTORE

ALEXANDRO BONANNO PANHORMITA,

Ex ſacri Ordinis Minorum familia, Theologiæq́; profeſſore acutiſſimo.

Cum duobus Indicibus, Sermonum, & materiarum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CAESAR

FELICI TANTVM



IVRAVIT IN VRBE.

Cum priuilegio Philippi Hiſpaniarum Regis, & Senatus Veneti.

Venetijs, ex Officina Dominici Guerræi, & Io. Baptiſtæ, fratrum. M D LXXIIII.

SPECTABILI VIRO,
D. ANDREAE MINAFREAE LITTERARVM OMNIVM AMANTISSIMO,
ac Feudorum Biſaræ, & Fauarottæ Baroni,

F. ALEXANDER BONANNVS, ORDINIS MINORVM,
ac ſacræ Theologiæ profeſſor.

S. P. D.

ETSI, dilecte in CHRISTO fili, Seraphica in religione ducem ſequi iuſtitiam maximo mihi ſemper deſiderio fuit, vt in huius ſacratiſſimi Ordinis profeſſione officiis meis vehementer incumbens, nullam dignitatis meę iacturam facerem, tum vt promiſſis ſtarem, tum etiam, vt quotidie

contra Aquilonares hæreſiarchas ſacræ ſtudiorum Theologiæ lancea: quin immo, ut aſſerit Paulus, lorica fidei hoſtes inuiſibiles, nedum ſcripturarum intelligentia uiſibiles inimicos debellarem: non enim, inquit Apoſtolus, eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus Principes & poteſtates tenebrarum harum. Attamen & huius laborioſæ prouinciæ adminiſtrationem, & nocturnas uigilias diurno cum ſtudio coniungens, ut diuinum nobis beneficium collatum omnibus ſermonibus Illuſtrarem, nec fruſtra pretioſum ſcientiæ talentum recepiſſe uiderer; munus ac conſilium meum hucusq; nec indicare potui, nec animi noſtri ſæculo conſtitutionem, uagas a recto itinere mentes longeq; aberrantes reducendi palam facere ualui: nec rurſum, dilecte fili, laborũ magnitudo ac ſeries integram mutuæ beneuolentiæ conſtantiam & meritorum erga me tuorum parem gratiam referre confecit. Plurimum equidem tibi, ſpectabilis Baro, debeo ut clariſſimis moribus, quibus a puero ſub noſtra ferula inuigilaſti ita diligentiſſimo in addiſcendis literis ſtudio & induſtria: neque ſolum a me Dialecticam ipſam

edo-

edoctus, uerum & philoſophiæ & ſacræ Theologiæ inſtitutiones apprime calluiſti: & propterea cum ſæpius crebris in lectionibus quoſdam in meo Quadrageſimali locos ex ſymbolica ac myſtica Theologia collectos te induxiſſem, mecum per literas egiſti ſæpe numero, ut conciones meas in uolumen redactas in medium afferrem; quo facilius Luteranorum nefaria argumenta, ac ludicras opiniones ut confutare, ita extinguere ualeres. Collegi quàm potui breuiſſimè, ſed id uotis ut obſequerer tuis, quo in uno ſpes ac fortunæ meæ sitę ſunt. Nec prorſus ſingulas collegi: id enim laborioſius quam Sibyllæ folia, ſed eas dumtaxat, quę lectu digniſſimę ſunt, ac tuo ſub nomine in medium afferantur, compilaui: quæ ueluti potentiſſima caſtra omnium armorum genere referta, ac uelut inexpugnabilis arx contra pugnantium ictus tutos ex hoſtibus Chriſtianę militiæ commilitones facient, immo ueluti tranquillus portus obductis utraque parte rupibus tutiſſimam ab Aquilone nauem, & ab omni fluctuantis maris impetu incolumem reddent: fundatæ etenim ſuper angularem lapidem, ideſt Chriſtum Ieſum, & ædificatæ

catæ

catæ ſuper fundamentum ſacratiſſimi Euange
lii ad felicem exitum perducentur, ſi quidem
ſcriptum eſt, Et portæ inferi non præualebunt
aduerſus eam. Qua ex re cum ad id agendum
mea ſtudia contulerim, tum propter amorem
domini mei Ieſu Chriſti, tum ut quàm honeſtiſ
ſimæ petitioni tuæ morem gererem: foret ex alio
latere mihi in uotis, ut tuo ſub nomine in lu
cem ederentur: neque enim morſus inuidiæ
tua ſub protectione metuerent. Et rurſus, quo
niam libri titulus Portus Panhormi conſcribi
tur, omni induſtria contendas, ut honorifice
à nobiliſſimis Panhormi ciuibus accipiatur.
Bene ualeas. Ex Panhormo, decimo Calendas
Octobris à ſalute noſtra 1571.

LECTORI.

NATVRA ſic omnes homines comparati ſunt, ut nunquàm ſui nominis formam abolitam uelint. Hinc reges, Imperatores, Principes, Ducesq; ſua palatia, ædesque in cœlum conſtruere, ſepulchra, ac templa ſumptuoſiſſima fabricare conſueuerunt. Hęc domi ab illis geſta, & quæ in præliis nullo uitæ, fortunæ, diuitiarumq; timore obeunt. Cur niſi immortalitatis comparandæ auiditate afficiuntur? dum hoſtium aduerſa tela non expaueſcunt, dum æquoris ſeſe procellis immittunt, domum, filios, chariſſimamque coniugem obliti. Quid maximos Philoſophorum conatus enumerabo? quorum alius ſibi oculos ademit, alius penates deſeruit, alias Academias inſtituit, alius aurum contempſit, uariiq; uaria ab humanis remota laboribus amplexi ſunt, quò perpetuos Philoſophiæ ſtudijs ſibi cineres efficerent. Quare cum niſi immenſa gloriæ cupiditate, Principes ſapientesque tot tantaque geſſerint, plurimum adeptæ laudis amiſerunt. at quò maiore digni ſunt præconio, qui non uana Philoſophorum conſilia ſecuti, nec ullius ſpe præmii, non ſibi tantum, ſed cęteris quoque prodeſſe conati ſunt, dum Sacræ Theologiæ dediti Chriſtianam religionem auxerunt; inter quos noſtrum hunc Alexandrum Bonannum meritò annumerari poſſe non uereor. Cum enim Theologiam amplexus, multum in ea profeciſſet, ad euitanda Chriſtianorum ſcelera ſe concionatorem induit: in quo exercendo munere uitia domuit, aures ab eis remouit, bonisque bonas annexit conſuetudines. Quod cum diu exercuiſſet, ſenectuti adhærens Quadrageſimale quoddam compoſuit; quod poſt eius obitum cum ad nos perueniſſet, ne tanti operis lumen in tenebris iaceret, id in lucem edere noſtris ſumptibus non indignum iudicauimus. Has igitur, lector optime, lucubrationes excipe, & exceptas frequenter perlege; ijs enim aliquando ſtuduiſſe non pœnitebit. Vale.


SI IVVAT CAVETO TOLLI
SI PREMIT CAVETO MERGI

AD REVERENDVM D. DOMNVM SALVATOREM MARCHESIVM, VENETVM, REGVLAREM CANONICVM,

ac Diui Saluatoris Venetiarum Præfectum nobiliſſimum,

DOMNI LEONARDI CERNOTÆ VENETI, ex eiuſdem Saluatoris familia Regularis Canonici Præfatio

In Portum Panhormi, ſeu Sermones Quadrageſimales Alexandri Bonanni Panhormitæ.

CVm præſtantiſſimus vir Aquilanæ Foſſæ Antonius Amicius Pontificij Cæſareique iuris peritiſſimus, ac mei amantiſſimus (Præfecte nobiliſſime) ea benignitate, qua ſolet omnia, nonnullos mihi tradidiſſet Quadrageſimales Sermones, vt eos interpungerem, ſenſusq; (ſi id commodè fieri poſſet) aptarem, & (vt vno omnia complectar verbo) corrigerem: illi ſanè hoc negare non potui, magis vt oſtenderem eius cauſa quodcunque genus laboris mihi ſubterfugendum non eſſe, quàm quòd ſcirem illud præſtaturum, quod ſummi eſt Theologi. Vt igitur amici voluntati morem gererem, à mendis quibus excriptoris negligentia erant referti ipſos hoſce purgaui Sermones, plures ſenſus reſtitui, & ſi non ſuam, at certè ſuæ proximam lectionem attuli.

Quæ prouincia quàm ſit difficilis, omnes qui hęc profitentur intelligũt. Sed pauca de preclariſſimi autoris animo in Quadrageſimali condendo. Plura conſcribuntur, præ manibusq́ue habentur volumina, quæ an digna ſint, quæ legantur, piorum eruditiſſimorumq́ue iudicio relinquo. Ego certò ſcio innumera circumferri ſcripta, quæ Chriſtianis viris ad beatam illam perpetuamq́ue vitam aſſequendam, ne minima quidem in re conducũt. At quare hoc euenit? Quia ſæculi huius homines, quiq́ue beatitudinem in terris, atque in humanarum rerum ſcientia collocarunt, præclarè ſe facere arbitrantur, ſi quæ placeant mundo, mundanisq́ue conſcribant. Quod minime facit horum Quadrageſimalium Sermonum autor. Nam vir pientiſſimus, ac doctiſſimus in ſacra Franciſcanorum congregatione Deo addictus cœlum cœleſtiaq́ue volutat animo, in quibus non falſa, ſed vera ſita eſt fœlicitas: quo fit, vt etiam reliquos homines ad id peragendum allicere ſtudeat. Sed qua via quáue ratione? ea ſcilicet qua ducimur uniuerſi, utilitate, ac neceſſitate. At nobis quid vtilius, quid magis neceſſarium quàm ſcire illa, quæ Ieſus Chriſtus verus Dei filius docuit, quæ Apoſtoli Sanctiſſimi ex eius voluntate prædicarunt, quæ multo antè Vates diuino afflati numine prædixerunt? Quæ omnia ita exponit huius libri autor, vt nil amplius deſiderari poſſit. Quid multa? Vetus nouumq́ue Teſtamẽtum vnà complectitur, adeo quòd vtrumque declarat. Quare huic tanto viro immortales pro his, ac penè diuinæ, ſi poſſunt, gratiæ ſunt agendæ. Nobis enim, qui Chriſti baptiſmate ſumus abluti, admodum proficua ſunt & neceſſaria. Miſſa igitur faciamus quælibet alia prophana volumina, atque hoc ipſum charum gratumq́ue habeamus. Quod eos profecto facturos confido, qui ſacrarum literarum ſtudijs penitus ſe ſe addicarunt: in quorum numero tuvnus es (præfecte Ampliſſime) qui omiſſis alijs libris, quorum lectio ad animæ noſtræ curam non pertinet, quotidie ſiue Chriſoſtomi, ſiue Gregorij Homelias in manibus ſumis, atque ijs ſtudes quàm diligentiſſimè. Vnde non eſt cur dubitem, quin hoc Quadrageſimale in delitijs ſis habiturus. Illud igitur hilari fronte ſuſcipias, ſimulq́ue meum in te amorem, ac obſeruantiam cognoſce, qua frætus hanc tibi præfationem inſcripſi.

INDEX EVANGELIORVM, ET MATERIARVM, QVAE IN SERMONIBVS CONTINENTVR.

Feria iiij. Cinerum. Euãgelium.
Cum ieiunatis. Mat.6. *car.*1.
In quo præcipuè quatuor tractãtur.
Primum, Ieiunij præceptio.
Secundum, Ieiunij hypochritarum reprobatio.
Tertium, veri Ieiunij optima doctrina.
Quartum, vbi & quomodo ſit theſaurizandum.
Feria v. Cinerum. Euangelium.
Acceſſit ad eum Centurio. Matth.8. *car.* 25.
In quo quatuor tractantur.
Primũ, cõfugere debemus ad Deũ.
Secundum, ne vereamur confiteri illi cunctas neceſsitates.
Tertium, vt nos fide vera & viua accinctos velimus.
Quartum, vt charitate pollentes exhibeamus nos ipſos maieſtati diuinæ.
Feria vj. Cinerum. Euangelium.
Audite, quia dictũ eſt antiquis. Mat.5. *car.*41.
In quo tria annotantur.
Primum, legis antiquę imperfectio.
Secundum, perfectio nouæ legis.
Tertium, perfectio Chriſtianæ iuſtitiæ.
Sabato Cinerum. Euangelium.
Erat nauis. Mar.6. *car.*65.
In quo quatuor annotantur.
Primum, quod tribulationes ſunt tã iuſtis, quàm reprobis neceſſariæ.
Secundum, quod omnia veniunt à Deo, vt fidem exerceamus.
Tertium, quod oportet indeſinenter tolerare, tribulationes.
Quartum, quod ſi vocationi ſtabũt, nunquam Deus deſeret ſuos.
Dominica j. Quadrageſimæ.
Cum ductus eſſet Ieſus. Mat.4. *car.*80.
In quo tria annotantur.
Primum, tentatio mundi.
Secundum, tentatio carnis.
Tertium, tentatio Dæmonum.
Feria ij. poſt primã Dominicã.
Cum venerit filius hominis. Mat. 25.
*car.*99.

In quo præcipuè tria annotantur.
Primum, de maieſtate filij Dei & Iudicis.
Secundum, de dñia iudicandorum;
Tertium; de diſpari bonorum & malorum ſententia.
Feria iij. poſt primã Dominicã.
Cum intraſſet Ieſus. Mat. 21.*car.* 116.
In quo tria annotantur.
Primum, plebis confeſsio.
Secundum, ſeuera Chriſti ſententia.
Tertiũ, admirãda miracula Chriſti.
Feria iiij. poſt primã Dominicã.
Acceſſerunt ad Ieſum ſcribæ. Mat. 12. *car.* 130.
In quo annotantur tria.
Primum, verum Iudicium doceri.
Secundum, ſeueritas Dei erga incredulos.
Tertium, Iuſtitia diuini Iudicij.
Feria v. poſt primam Dominicam.
Ingreſſus Ieſus in partes. Mat. 15. 140.
In quo tria annotantur.
Primum, mulieris oratio & fides.
Secundum, conſtantia mulieris.
Tertium, fidei & cõſtantiæ præmiũ.
Feria vj. poſt primã Dominicã.
Erat dies feſtus Iudæorũ. Io. 5.*car.* 154.
In quo tria annotantur.
Primum, feſtum Templi.
Secundum, infirmorum in porticis ſtatio.
Tertium, miſericordia Chriſti erga languidum.
Sabbato poſt primam Dominicam.
Aſſumpſit Ieſus. Mat. 17. *car.* 164.
In quo quatuor annotantur.
Primum, oſtenſio miſericordiæ ſuæ erga eos, qui digni ſunt.
Secũdum, quod transfiguratio eius auferet de corde diſcipulorum crucis ſcandalum.
Tertium, oſtenſio per Moyſen & Heliam quod eſſet dominus mortis, & vitæ.
Quartum, demonſtratio quod homo carnalis non intelligit, quæ ſunt ſpiritus Dei.
Dominica ij. Quadrageſimæ Euangelium.
Aſſumpſit Ieſus. Mat. 17. *car.* 172.
In quo quinque annotantur.
Primum, quod fideles poſt hanc vitam ſurgent ad exaltationem vitæ æternæ.
Secundum, præmium vltra condignum.
Tertium, quod in patria cognoſcēt amicos & notos, ſed omnes tam veteri, quàm noui Teſtamenti.
Quartum, quod magnitudine gaudij mundum ſpernent.
Quintum, quod erimus tanti gaudii participes.
Feria ij. poſt ſecũdã Dominicã.
Ego uado, & quæritis. Ioan. 8. *car.* 190.
In quo tria annotantur.
Primum, horrenda comminatio.
Secundum, infidelitatis ſupplicium.
Tertium, illuſtratio & inditio carnis illuſtratæ verbo gratiæ.
Feria iij. Secundæ Dominicæ.
Super Chatedram Moyſi. Mat. 24. *car.* 204.
In quo tria annotantur.
Primum, obedientia mandatorum Dei.
Secundum, humanitas & manſuetudo

do nobilium inter ſe.
Tertium, in inimicitia erga hypocritas, & rebelles.

Feria iiij. ſecundæ Dominicæ.
Ecce aſcẽdimus Hieroſolimam. Mat. 20. *car.* 214.

In quo annotantur quatuor.
Primum, ſecreta ſuæ paſsionis.
Secundum, nobilitas graduum in cęlo.
Tertium, virilitas martyrij.
Quartum, tolerantia in laboribus.

Feria v. Secundæ Dominicæ.
Homo quidam erat. Luc. 16. *car.* 225.

In quo quatuor annotantur.
Primum, duorum hominum cognitio vitæ diſparis.
Secundum, tolerantia paupertatis exemplo pauperis.
Tertium locutio diuitis ad Abrahã.
Quartum, reſponſio Abrahæ ad diuitem.

Feria vj. Secundę Dominicæ. Euangelium.
Homo quidam erat paterfamilias. Mat. 20. *car.* 239.

In quo quinque annotantur.
Primum, impugnatio Chriſti erga Phariſæos.
Secundum, repræhenſio ingratitudinis.
Tertium, reuelatio eorum malitiæ.
Quartum, memoria beneficiorum patris.
Quintum, condemnatiò teſtimonij ſcripturarum.

Sabathum Secundę Dominicę. Euangelium.
Homo quidã habuit duos filios. Luc. 15. *car.* 251.

In quo quatuor annotantur.
Primum, quid poſsit homo ſine Dei gratia.
Secundum, quod initium à bona voluntate procedit.
Tertium, quod gaudium eſt Angelis ſuper vno peccatore.
Quartum, quod ad Dei miſericordia hoc beneficium cognoſcendum ſit.

Dominica iij. Quadr. Euang.
Erat Ieſus eijciens Demonium. Luc. 21. *car.* 259.

In quo tria annotantur.
Primum, miſericordia, & patientia erga miſeros.
Secundum, potentia contra Dæmonem.
Tertium ſapientia, quam nos docet.

Feria ij. Tertię Dominicę Euan.
Quanta audiuimus. Luc. 4. *car.* 267.

In quo quatuor annotantur.
Primum, admonitio erga miniſtros verbi Dei.
Secundum, qua de cauſa prædicatores contemnantur.
Tertium, oſtenſio horrendi iudicij erga obſtinatos.
Quartum, cognitio potentiæ Chriſti.

Feria iij. Tertiæ Dominicæ Euã.
Si peccauerit inte frater tuus. Mat. 18. *car.* 281.

In quo quatuor annotantur.
Primum, quod vbi abundauit iniquitas, refrigeſcet charitas.
Secundum, quod fiat duobus, vel tribus teſtibus.
Tertium quod Eccleſiæ, ſit dicendum, & annunciandum.

Quar

Quartum, quod obſtinati ſint à vobis expellendi, & excõmunicãdi.
Feria iiij. Tertiæ Domini. Euan.
Quare diſcipuli tui. Mat. 15. car. 292.
In quo quatuor annotantur.
Primum, repræhenſio ſacerdotum de eorum traditionibus.
Secundum, opinio falſa de iuſtitia operum.
Tertium, falſa opinio in delectu ciborum.
Quartum, ordinatio ignorantiæ diſcipulorum.
Feria v. Tertiæ Dominicę. Euã.
Surgens Ieſus de ſynagoga. Luc. 4. car. 305.
In quo tria annotantur præcipuè.
Primum, clementia ſua ingenita.
Secundum, poteſtas.
Tertium, prudentia.
Feria vj. Tertiæ Dominicę Euã.
Fatigatur ex itenere. Ioan. 4. car. 315.
In quo tria annotantur.
Primum, Fons aquæ viuæ.
Secundum, deuotio laudis Dei in omni loco.
Tertiũ, ſinceritas charitatis Chriſti.
Sabbatum poſt iij. Dominicam. Euangelium.
Perrexit Ieſus in montem Oliueti. Ioan. 8. car. 325.
In quo tria annotantur.
Primum, maieſtas & Triumphus maieſtatis Chriſti.
Secundum, vnio voluntatis tã Chriſti, quàm adulteræ.
Tertium, fidelitas & charitas Chriſti erga adulteram.
Dominica iiij. Quadrag. Euang.
Abijt Ieſus trans mare. Io. 6. car. 331.
In quo quinque annotantur.
Primum, charitas Chriſti erga ſequentes ſe.
Secundum, vt exemplo eius paſtores diſcant.
Tertium, vt ex ſuperfluitate eleemoſinas tribuamus.
Quartũ, prohibitio prodigalitatis.
Quintum, quod tanti miraculi uanam gloriam fugit.
Feria ij. Quartæ Dominicę. Euã.
Prope erat Paſcha Iudæorum. Ioan. 2. car. 344.
In quo tria annotantur.
Primũ, quod Chriſtus in domo ſua uult adorari.
Secundum, quod in ea non fiant negotia.
Tertium, quod ſimoniaci expellendi ſunt ab Eccleſia, & puniendi.
Feria iij. Quartę Dominicę Euã.
Iam die feſto mediante. Io. 7. car. 333.
In quo quinque annotantur.
Primum, confutatio eius admirationis.
Secundum, documentum, quomodo eam habuerit.
Tertium, Iudæos reos legis facit.
Quartum, docet eos dignum repræhenſione.
Quintum, prohibitio iudicij temerarij.
Feria iiij. Quartæ Dominicæ. Euangelium.
Præteriens Ieſus uidit hominem. Io. 9. car. 364.
In quo quinque annotantur.
Primum, miſterium gratiæ, & illuminationis.
Secundũ, quod hæc lux a Deo uenit.
Tertium,

Tertium, ſputo lucem tribuit.

Quartum, commendatio obedientiæ ceci.

Quintum, repræhenſio Phariſæorum.

Feria v. Quartæ Domini. Euan.

Ibat Ieſus in Ciuitatē quæ. Luc. 7. car. 375.

In quo tria annotantur.

Primum, quod Chriſtus ſit Dominus mortis & vitæ.

Secundum, quod Chriſtus lacrymis viduarum miſereatur.

Tertium, quod voci potentiæ Chriſti nulla mors reſiſtere poteſt.

Feria vj. Quartæ Domin. Euan.

Erat quidam languens. Io. 11. car. 388.

In quo quinque annotantur.

Primū, quod Chriſtus quos diligit, caſtigat.

Secundum, quod omnes, qui in monumentis ſunt, audient vocem filij Dei.

Tertium, certitudo reſurrectionis corporum.

Quartum, quod verbis & miraculis Martham & Magdalenam, & omnes fideles confirmat.

Quintum, demonſtratio magnæ ſuę potentiæ in voce.

Sabbatum quintum Quadrageſimæ. Euan.

Dicebat Ieſus turbis. Ioan. 8. car. 396.

In quo tria conſiderantur.

Primum, remedium ſalutis conſequendæ.

Secundum, cognitio cœcitatis Iudæorum.

Tertium, cognitio diſcriminis inter Chriſtum & Iudicem priuatum.

Dominica de paſſione. Euan.

Quis ex nobis arguet me. Io. 8. car. 404.

In quo quatuor annotantur.

Primum, oſtenſio ſuæ veracitatis.

Secundum, manifeſtatio ſuæ ſanctitatis.

Tertium, inſtructio quod repellit beneficium.

Quartū, declaratio ſuæ diuinitatis.

Feria ſecunda paſſionis.

Siquis ſitit, ueniat ad me. Io. 7. car. 415.

In quo quatuor annotantur.

Primū, acerbitas oſtenſionis iudicij.

Secundum, dulcedo oſtenſionis miſericordiæ.

Tertium, oſtenſio Iudicij & miſericordiæ.

Quartum, ſuauitas charitatis Chriſti erga nos.

Feria iij. paſſionis Euan.

Acceſſerunt ad Ieſum diſcipuli. Io. 11. car. 428.

In quo quatuor annotantur.

Primum, quod feſta mundi fugienda ſunt.

Secundum, quod nemo poteſt duobus dominis ſeruire.

Tertium, quod docet quæ ſit mundi natura.

Quartū, quod docet vt quæ ad Dei gloriam pertinent, non faciamus ad gratiam hominum.

Feria iiij. Paſſionis Euan.

Facta ſunt Encenia Iero. Io. 10. car. 438

In quo quatuor annotantur.

Primum, quod Chriſtus ſit verus paſtor.

Secundum, quod Chriſtus eas conditiones ſeruauit, quæ ad bonum ſpectant Paſtorem.

Ter-

Tertium, quod omnes fideles ſunt oues Chriſti.
Quartum, quia habent conditiones pertinentes ad ueras oues.
Feria v. Paſſionis Euan.
Rogabat Ieſus. Luc. 7. *car. 446.*
In quo tria conſiderantur.
Primum, Phariſæi perſona.
Secundum, Magdalenæ perſona.
Tertium, Ieſu Chriſti perſona.
Feria vj. Paſſionis Euan.
Collegerunt Phariſæi. Io. 11. car. 457.
In quo tria annotantur.
Primum, quod Principes adigunt aliquando in conſilijs multitudinem malorum.
Secundum, diſsimulatio inuidiæ cõtra proximum.
Tertium, propoſitio non quod ad Dei gloriam, ſed quod ad ſuam ſatisfactionem ſpectat.
Quartum, cognitio miſericordiæ Dei.
Dominica Palmarum. Euan.
Cum appropinquaßet Ieſus. Mat. 21. 467.
In quo tria annotantur.
Primum, humilitas Ieſu Chriſti.
Secundum, patientia Ieſu Chriſti.
Tertium, mors Ieſu Chriſti.

Finis Indicis Euangeliorum.

INDEX MATERIARVM.

A

ABRAHAM ambulauit rectè coram Dño.fol. 9
Abſurdũ eſt dicere ſanctos eſſe in cœlos ſine gloria. 61
Abraham cum humilitate iuit ad Deum. 33
Abel obtulit hoſtiam gratam Deo. 39
Abrahã qcqd perijt a Deo obtinuit. 39
Abſalon cupiditate regnandi inſidias parauit patri ſuo. 90
Abrahã uidit tres Angelos in ſpecie humana. 101
Abraham exiſtente in præputio Deo placuiſſe legimus. 201
Abraham dedit filijs Iſaac cuncta, quæ poſſidebat. 209
Abraham exultauit, ut uideret dies domini. 311
Accipere uxorem, non eſt peccatum. 9
Acab humiliatus eſt coram Domino. 11
A cõſiliario malo ſeruandæ ſunt animæ noſtræ. 460
Adam timebat vocem Dei. 142
Adam innocentiam non retinuit. 17
Adam propter inobedientiæ malum, præuaricatus eſt coram Deo. 7
Adam non ſolum ſibi, ſed etiam nobis ſeruitutem acquiſiuit. 35
Ad introitum Chriſti in animas noſtras animæ commouentur. 123
Adoleſcentia, & uoluptas uanæ ſunt. 384
Adoleſcens feruidus eſt in amando. 384
Ad peccati dolorem ſequitur peccati remiſſio. 455
Adulteri Regnum Dei non poſſidebunt. 280
Agens naturale ex neceſſitate operatur. 338
Agens liberum uoluntariè agit. 338
Agentes bene recipiunt bona, malè mala. 6
Alius eſt baptiſmi, & alius pœnitentiæ fructus. 28
Altiſſimus odio habet peccatores, & impijs reddet uindictam. 35
Altiora à nobis non ſunt quærenda. 91
Alio modo uidebũt impij Chriſtum in iudicio, alio iuſti. 133
Aliud eſt habere peccatum, & aliud facere peccatum. 69
Amatores huius mundi ad infernum facilè perueniunt. 187
Amonitidas interpretatur cupiditas mundanorum. 194
A magnitudine fidei, operum bonorum magnitudo oritur. 278
Amor Dei animam calefacit. 454
Angelus apparens uxori Manuè, abſtinentiam ei indixit. 13
Anna non diſcedebat de templo, ſed orationibus uacabat. 14
Antequam Deus aliquem perdat, fla

gellis ei prædicit. 18
Antequam deſtrueretur Hieruſalem, prædictum ei fuit. 19
Anathema eſt, ſi quis dixerit non teneri ad decem precepta. 44
Ante oculos continuè tria habere te nemur, Dei timor finale iudicium, infernale ſupplicium. 48
Anima afficitur cauſa peccati. 122
Animalis homo non percipit, quæ Dei ſunt. 123
Anima tunc captiuatur, quando con ſentit tentationi. 151
Angeli ſemper uident faciem patris. 59
Animus hominis debet uerſari in beneplacitis Deo. 196
Ante iudicium paranda eſt iuſtitia. 282
Anima ſi frena corpori non componit, facile ruit. 284
Animus ſuperbus nunquã quieſcit. 445
Apoſtoli ibant gaudentes in conſpectu concilij. 34
Apud patrem omnium rerum prouidentia eſt. 81
Apoſtoli non poterãt non loqui quæ uiderunt, & audierunt. 222
Apoſtoli rogauerunt Ieſum pro Cananea. 320
Arbor bona, efficitur bona per gratiam. 9
Armis ſpiritualibus facilè uincitur Dæmon. 78
Arma militiæ noſtræ ſunt carnalia. 78
Arcta eſt via, quæ ducit ad cœlum. 294
Arbor bona bonos fructus facit. 304
Apud Deum non eſt perſonarum acceptio. 160
Auditores legis tantum non ſunt iuſti apud Deum, ſed fautores. 44
Auarus non habet hereditatem in regno Chriſti & Dei. 280
Aures donum Dei ſunt. 321
Audire donum Dei eſt. 321
Auaro nõ tantum quod habet, ei deeſt, ſed quod non habet. 433
Auarus non implebitur pecunia. 433
Azotida interpretatur genus luxuriæ. 194

B

BAPTISMATIS gratia omnium peccatorũ cõſequimur remiſſionem. 29
Baptiſmus dicitur lauacrũ animæ. 67
Batus uir, cui nomen domini eſt ſpes eius. 16
Beati, qui habitant in domo Dei. 23
Beatus vir, qui ſperat in domino. 76
Beatus uir, qui ſuffert tentationem. 84
Beata eſt terra illa, cuius Rex nobilis eſt, & unus principes ueſcũtur tpe ſuo ad reficiendum, nõ ad luxuriã. 87
Beatus uir, qui manducat panem in regno Dei. 229
Beati illi uerè ſunt, qui ſpiritu ſunt pauperes. 128
Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. 268
Beati qui habitãt in domo domini. 124
Beati, qui audiunt uerbum dei & cuſtodiunt illud. 149
Batus uir q nõ abijt ĩ cõſilio pecõrũ. 205
Benignitas Dei ad pœnitentiam nos expectat. 319
Beati qui eſuriũt, & ſitiunt iuſtitiã. 325
Beati mundo corde beatique mites. 337
Beati miſericordes, beati qui lugent. 347
Beatus vir, qui meditatur in lege Dei die ac note. 363
Beatus uir qui inuenit ſapientiam. 420
Beati qui habitant in domo Domini. 376
Bona fama comparatur umbræ. 265
Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. 234
Bibentibus ex aqua, quam dat Chriſtus, non ſitient in æternus. 324
Bona eſt oratio cum ieiunio. 14
Bonitas eſt dulcedo mentis in ſupportando aliorum defectus. 180
Boni et perfecti diſcipuli, ſunt in omni loco boni. 264
Bonum eſt carnem non manducare. 294
Bonum conſilium frenat magnatum impetus. 461

C

Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. 13
Caro & ſanguis Regnum Dei non poſſidebunt. 23
Caro moleſto animo mundum relinquere facit. 24
Caro in bene operãdo difficultatem ponit. 24
Caro nemini facit Chriſtum cognoſcere. 24
Caiphas cum eſſet pontifex uiticinatus eſt. 105
Calamum quaſſatum non conteret Deus. 120
Caro non poſſidet quicquam boni. 170
Caro uitam æternam non donat. 170
Caro eſt hoſtis familiaris. 84
Caſtitas eſt donum Dei. 321
Cauere debent homines ab accuſationibus. 210
Caſtitas eſt carnis munditia. 280
Cauſa ſemper eſt nobilior cauſato. 350
Cœlum eſt corpus ſolidum. 21
Cœlum eſt in continuo, & perpetuo motu. 21
Cœlum ingredi, diuiti difficile eſt. 226
Cœlum eſt patria noſtra, terra uero carcer & exilium. 20
Charitas eſt plenitudo legis. 51
Charitas fecit offerre Abel ſacrificia Deo grata. 52
Charitas docuit uiuere ſpiritualiter inter homines Enoc. 52
Charitas Noe deſpectis obligationibus ſolum placabilẽ deũ oſtendit. 52
Charitas Iſaac mentem dilatauit. 52
Charitas compulit Iacob amiſſum filium lugere. 52
Charitas docuit Ioſeph fratribus ſeruitia perpeti. 52
Charitas erexit Moiſẽ, ut pro populo mori obijceret. 52
Charitas erexit brachium Finees. 52
Charitas docuit exploratores Ioſue. 52
Charitas Samuele reddit in principatu humilem. 52
Charitas per Eſaiam nuditatem carnis non erubuit. 53
Charitas commouit Dauid ad fugã ante faciem Regis iniqui. 52
Charitas zelo dei docuit Heliã ſpiritaliter uiuere. 53
Charias inſtituit diligere diſcipulos magiſtrum Ieſum. 53
Charitas liberauit Ezechielem capitis pœna. 53
Charitas temperauit fornacem tribus pueris. 53
Charitas reſiſtere fecit Petrum, minis territum. 53
Chariras ĩ Paulo mirifica operata ẽ. 53
Charitas hẽt duo brachia, unum ad deum, & alterum ad proximum. 62
Charitas non inflatur ſuperbia. 63
Charitas non cruciatur malitia. 82
Charitas non conturbatur. 63
Charitas non trahitur auaritia. 63
Charitas non languet accidia. 62
Charitas non amat cogitationes perverſas. 63
Charitas non agit perperam. 63
Charitas non utitur fraude. 63
Charitas non ſeminat inter homines malum. 63
Charitas congaudet ueritatis. 63
Charitas docebat Paulum dicere, charitas ædificat. 64
Chraritas facit ſeipſum deſcernere. 64
Charitas appellatur uinculum perfectionis. 65
Charitas imponit finem præcepto. 65
Charitas nunquam excidit. 162
Cham deriſit fratrem ſuum Noe. 204
Charitas perfecta expellit timorem 90
Charitas nõ habet opus teſtimonio humano per ſe. 106
Charitas caput noſter eſt, & nos mẽbra eius ſumus. 12
Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris. 26
Chriſtus uenit ſaluare peccatores. 33
Chriſtus lauit nos a peccatis noſtris ſanguine ſuo. 34
Chriſtus euacuauit legem. 53
Chriſtus nota fecit uobis quæ a patre audiuit. 57

Chriſtus non aperuit os ſuum dum affligeretur in corpore. 75

Chriſtus pro nobis paſſus eſt. 75

Chriſtus docuit nos, ut ſequamur ueſtigia eius. 81

Chriſtus ingnominioſum crucis patibulum ſponte ſubſtinuit. 92

Chriſtus erat petra. 219

Chriſtus miſſus a patre, fuit ſacerdos & iudex omnium populorum. 120

Chriſtus habitat in nobis per fidem. 126

Chriſtus prædicauit uitam æternam appropinquari. 127

Chriſtus in prędicatione uirtutes inſeruit. 127

Chriſtus prædicando promit gaudiũ æternum. 127

Chriſtus eſt imago Dei primogenitus omnis creaturæ. 130

Chriſtus eſt primogenitus mortuorum. 130

Chriſtus eſt omnis magnitudo diuinitatis. 130

Chriſto omnia ſubijciuntur. 130

Chriſtus eſt æternus. 130

Chriſtus habuit æternam benedictionem. 130

Chriſtus æqualis eſt patri. 130

Chriſtus miſſus fuit ad oues, quę perierant domus Iſrael. 135

Chriſtus habitat cum ſpiritualibus. 148

Chriſtus regnare cępit in credentibus per fidem ſuæ incarnationis. 140

Chriſtus nõ uenit ſoluere legem, ſed adimplere. 155

Chriſtus non uenit uocare iuſtos, ſed peccatores. 157

Chriſtus, vt nos ſanaret, multis infirmitatibus ſe repleuit. 166

Chriſtus creauit omnia ex nihilo in ſua ſapientia. 166

Chriſtus uocauit diſcipulos ſuos amicos & non ſeruos. 167

Chriſtus dedit ſemetipſum pro nobis, ut nos eriperet de præſenti ſæculo nequam. 225

Chriſtus prius cępit facere, & poſtea docere. 212

Chriſtus noui teſtamenti mediator eſt. 214

Chriſtus ſolus aperit, & claudit regnum Dei. 222

Chriſtus redemit nos de maledicto legis. 225

Chriſtus eſt pax noſtra, qui fecit vtraque unum. 225

Chriſtus cũ pateret, non cõminabat. 265

Chriſtus diſperſa colligit, & collecta conſeruat. 265

Chriſtus non uenit pro ſanis, ſed pro infirmis. 306

Chriſtum in poſitione manuum ſanauit leproſum. 306

Chriſtus Diabolum ſubiugauit, & ſpoliauit limbum. 307

Chriſtus a Dęmone nos eripuit. 334

Chriſtus corpus proprium præſtitit. 334

Chriſtus cõuertit in gaudium dolores noſtros. 334

Chriſtus deleuit peccata noſtra ſanguine ſuo. 334

Chriſtus eſt caput Eccleſiæ. 413

Chriſtus legem, & gratiam donauit. 334

Chriſtus conſtituit templũ ſpũalem. 334

Chriſtus ſolum præceptum amoris ordinauit. 334

Chriſtus ſpiritus fuit. 334

Chriſtus lucernam & ueritatem oſtendit. 334

Chriſtus cœlum empireum demonſtrauit. 334

Chriſtus placatum Deum oſtendit. 334

Chriſtus vitam promiſit. 334

Chriſtus per ſcientiam ſciebat, quid eſſet mors. 357

Chriſtus ſine peccato cõceptus fuit. 406

Chriſtus eſt purgatio pro peccatis noſtris. 443

Chriſtus eſt bonus paſtor, qui dat animam ſuam pro ouibus ſuis. 440

Chriſtus ieiunauit, ut nos ſuo ieiunio inſtrueret. 14

Conuertamur ad Deũ, & ipſe ad nos conuertetur. 5

Conuerſio eſt in noſtra poteſtate ſit. 5

Corde enim creditur ad iuſtitiã, ore autem confeſſio fit ad ſalutem 17

Conuerſatio noſtra debet eſſe bona inter gentes. 12

Con-

Conuerſatio iuſtorum eſt in cœlis. 21
Concordia paruæ res creſcunt, maximę diſcordia dilabuntur. 262
Cognoſcere miſericordiam eſt credere. 60
Concupiſcere non debemus uxorem proximi. 55
Concupiſcere non debemus res proximi. 55
Corpus nunquam agit in ſpiritu. 83
Communiter magis ad malum, quam ad bonum proni ſumus. 87
Cognitio Chriſti eſt fides. 99
Corda hominum, maniſeſta ſunt prudentibus. 132
Corpora noſtra, membra ſunt Chriſti. 24
Cor contritum, & humiliatum Deus non deſpiciet. 147
Continentia eſt lumborum inhibitio ab omni inhibiteſto deſiderio carnis. 250
Confuſio patris, eſt de filio indiſciplinato. 282
Confites peccata ſua, miſericordiam conſequetur. 289
Conſuetudo eſt altera natura. 385
Credentes in Chriſtũ non peribunt. 100
Conſilium a ſapiente requirendum eſt. 459
Cogitationes conſilijs roborantur. 459
Congeries peccatorum, eſt ſicut maceria lapidum ſine cemento. 412
Confitenti Chriſtũ coram hominibus, Chriſtus confitebitur illũ coram Deo. 435
Cum ieiunamus nolimus facere ſicut hipochritæ triſtes. 3
Cum fecerimus omnia, dicamus ſerui inutiles ſumus. 73
Cum tentamur, ſignum eſt quod non ſumus ſub poteſtate hoſtis. 86
Cui auertit deus faciem ſuam, iratus eſt. 111
Curioſus uolens ſuo intellectu diuina metiri, opprimetur a diuina luce. 227
Cura habenda eſt de bono nomine. 265
Cum ſatuis non eſt habendum conſilium.

D

DAVID proprio mucrone Goliam interemit. 3
Daniel per tres hebdomadas panem non comedit deſiderabilem. 4
Datur ſpiritus ſanctus homini iuſtificato in adiutorium. 27
Dare debemus locum irę. 56
Dauid petebat continuè tentari à domino. 84
Dauid ſatiabatur cum dei gloria apparebat. 167
Dauid petebat a domino habitare in tabernaculo ſuo ſancto. 173
Dauid per immoderatum amorem ligauit Sanſonem. 193
Deus ponit ſpiritum in medio noſtri, ut ſeruemus præcepta eius. 5
Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit eum in manu ſui conſilij. 5
Dei ſumus adiutores. 5
Deus facit ut nos faciamus. 7
Deficientia mãdatorum dei ineſt naturæ initiatæ ex paccato. 7
Deus non eſt perſonarum acceptor. 9
Deo tribuere debemus gloriam. 12
Deus eſt ueritas & uita. 14
Deus non indiget operibus noſtris. 19
Deus gratia nos iuſtificauit. 18
Deus eſt in animabus ſanctis ſpeciali quodam modo, quod nõ eſt in peccatoribus. 21
Deus plus operatur in cœlis, quàm alibi. 22
Deus reddet unicuique iuxta opera ſua. 22
Deus non mentitur. 22
Deus non uocauit nos in immunditia, ſed in ſanctificatione. 24
Deus multa ſibi retinuit, quæ nulli communicare uoluit. 27
Deus ingenti pietate pollet. 27
Derelinquat impius uias ſuas peſſimas, & Deus miſerebitur eius. 28
Deus nõ uult mortem peccatoris. 28
Deus exaudit deſiderium pauperum. 31

Deus nemini mandauit, ut impie ageret. 33
Deus odit iniquitatem. 33
Deus non fecit peccatum. 34
De Sion exiuit. 45
Deus impoſſibilia non iubet. 47
Deus non deſerit ſua gratia ſemel iuſtificatos, niſi ab eis prius deſeratur. 48
Deus reſpicit corda hominum. 56
Deus facit oriri ſolem ſuper bonos & malos. 58
Dei benignitas nos expectat ad pœnitentiam. 58
Deus reſpexit ad munera Abel. 60
Deus eſt qui occidit, & qui uiuificat. 60
Deus eſt, qui delet iniquitatem. 60
Deus non deſerit ſuos. 65
Deus ſæpe flagellauit Iob. 66
Deus non derelinquet ſperãtes in ſe. 74
Deus curam non habet malorum. 8:
Deo legitimè competit mundi regimen. 81
Deus angelis peccatoribus non pepercit. 82
Deum adorare, & ſanctos uenerari debemus. 83
Dæmon eſt hoſtis uigilans, & ſolicitus. 84
Deus tentat ut doceat. 85
Deus contemptor malorum eſt. 85
Deus non eſt ſuggeſtor mali. 85
Deus dat donationem fidei ſecũdum menſuram. 91
Deus pacis conteret ſub pedibus noſtris diabolum. 99
Deum nullus hominum uidere pôt. 100
Deum nemo uidit umquam. 100
Deus facie ad faciẽ loquebatur Moyſi. 102
Deus uult oẽs homines ſaluos fieri. 109
Deus nos ſaluat ob clementiam ſuã. 110
Deus non iraſcitur in perpetuum. 110
Deus regit in præſenti iuſtos per gratiam, in futuro uerò per gloriam. 130
Deus longè eſt a peccatoribus. 131
Deus ſolus nouit corda hominum. 131
Deus habitat lucem inacceſſibilem. 131
Deus promittit prudentes homines eſſe participes ſuæ diuinitatis. 132
Deus non confert prudẽtiam, niſi humilibus corde. 132
Deus tradit peccatorem in reprobũ ſenſum. 139
Deus conuertit aliquando homines flagellis. 142
Deus reſpicit orationem humilium. 147
Deus deſtruit peccatores perſeuerantes in peccato. 152
Deus liberabit nos in fame de morte, & in bello de manu gladij. 152
Deſideriũ ſemper comitatur ſatietas. 159
Deus uult ut corde contrito confiteamur noſtra peccata. 160
Deus operatur iuſtitiam in omnibus eum timentibus. 160
Deus diues eſt in miſericordia. 163
Deus facit participes nos de ſua gloria per gratiam. 166
Deus habet omnia ſine tempore. 169
Deus eſt ubique. 175
Deus uult in eccleſia orari, laudari, & adorari. 174
Deus eſt ſpiritus, & non caro. 175
Deus nõ ſubſtinet tabernaculum impiorum. 184
Deus non iraſcitur, nec perturbatur. 196
Deus aliquando peccatores ditat. 204
Deus eſt qui ditat, & pauperes facit. 226
Deus uult omnes homines ad agnitionem ueritatis uenire. 237
Deus eſt qui operatur in nobis uelle, & perficere. 238
Deus diſſimulat peccata hominũ propter pœnitentiam. 251
Deus triſtatur non de ſibi allata iniuria, ſed de noſtra perditione. 255
Deus facit omnia in ſapientia. 260
Deum penituit conſtituiſſe Regẽ ſuper Iſraelem Saulem. 270
Deus quotidie maledicit omnes peruerſos. 266
Deus ſtatuit ſaluare uolentem. 269
Deus eſt qui delet impietates noſtras. 270
Deus non poteſt mori, nec falli, nec iniquè agere. 273
Defectus fidei, eſt radix omnium malorum. 279

Debilis eſt hoſtis,qui non uincit,niſi uolentem. 278
Deus eſt,ubi ſunt duo uel tres cōgregati in nomine eius. 285
Deus quos amat, corrigit & caſtigat. 286
Deus proprio filio ſuo non pepercit. 29
Deus præparauit gratiam electis ante mundi conſtitutionem. 300
Dæmones neſciebant Chriſtum equalem eſſe patri per naturam. 310
Deus noluit a malignis ſpiritibus prędicari. 310
De omni uerbo ocioſo debemus reddere rationem. 317
Deus cōceſſit omnibus ſacerdotibus relaxandi peccata auctoritatem. 329
Deus paſtor eſt miſericordiarum. 337
Deus & natura nihil agunt fruſtra. 357
Deus peccare non poteſt. 369
Deus non ſinit non tētari ſupra noſtras uires, ſed prouentum facit. 373
Deus non fuit inuentor peccati, neq; mortis,ſed mors ipſa. 381
Deus non ſpernit peccatorem. 446
Deus peccatorem odio habet. 452
Deus fecit ſtultam ſapientiam huius mundi. 457
De dubijs certa ſententia dari non poteſt. 458
Deus paratus eſt erudire corda ad intelligendum. 416
Deus inuenitur ab his, qui non tentant illum. 418
Deus fit proximus orantibus. 437
Debemus uincere carnem caſtigādo, & mortificando. 474
Deus eſt æquiſſimus peccatorum uindex. 35
Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus dat gratiam. 92
Deus odit operantes malum. 35
Dilectio proximi malum non operatur. 44
Diligere debemus proximos,ſicut nos met ipſos. 44
Diligere tenemur inimicos noſtros. 53
Diabolus introduxit in mundū multos errores. 81
Diaboli habitantes in aere caliginoſo,pœnam ignis patiuntur. 82
Diabolus tentat nos,ut nos decipiat. 85
Dicere peccatum non habere,eſt ſe ipſum decipere. 67
Diabolus non tentat eos, quos iure poſſidet quietos. 86
Diabolus ter tentauit Chriſtum. 87
Diſcere debemus a Chriſto eſſe ſimplices,& humiles. 92
Diabolus tanquam ſimia, uult ſemper ſe aſſimilari Deo. 104
Diabolus malus hoſpes eſt. 124
Difficile intrabunt in regnum cœlorum cupientes pecuniam. 127
Diabolus eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. 129
Diuitias ſpirituales nemo poteſt auferre inuito poſſeſſore. 230
Diuitiæ nimium amatæ ſunt cauſa damnationis. 328
Dignus eſt operarius mercede ſua. 269
Diabolus percuſſit Iob ulcere peſſimo. 308
Diligentibus Deum omnia cooperātur in bonum. 351
Dominus a nobis plus non exigit, quam quod pręſtare ualemus. 8
Dominus a nobis tantùm exigit obedientiam. 17
Dominus iuxta eſt his,qui ſunt corde tribulati. 147
Dominus eſt ſcutum omnium in ſe ſperantium. 76
Dominus uiſa uidua, miſericordia motus eſt ſuper eam. 123
Dominus ſemper ſtat ad hoſtium, & pulſat. 123
Dominus compleuit furorem ſuum. 120
Dominus exaudiuit deſiderium pauperum. 150
Doctrina Euangelij non eſt ſanguinaria. 421
Domus Dei, domus eſt orationis. 177
Doctum conſilium cuſtodit nos. 459
Dominus humiliat peccatores,uſque ad terram. 322
Dominus dirigit iuſtos, & uitam æternam dat eis. 322
Dominus non affliget animā iuſti fame. 333

Dominus ſuperborum demolietur dominus. 280
Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes. 315
Dulcedo diuinę contemplationis nũquam ſatiat animam. 325
Dum tibi alludit uitæ proſperitas,cõfilia ſalubria tibi require. 461
Duos oculos ſupernos aperit Deus, pietatis uidelicet & iuſtitiæ. 335

E

ESDRA prædicauit ieiunium. 4
Aegyptiorũ ſacerdotes erant parci uſque ad ſtuporem. 4
Eccleſia in neminem exercet iudiciũ, niſi in his,qui inuenti fuerint pro batiſſimi. 28
Eſau parauit inſidias Iacob, ut regnaret. 90
Eſau amiſit primogeniturã propter gulam. 88
Ebrioſi & rapaces non poſſidebunt regnum Dei. 88
Eſt nobis continua colluctatio & aduerſus carnem, & aduerſus delictum. 93
Eſaias ſerra lignea ſecatus fuit. 440
Et ſi naturalis complexio inclinat,at tamen non cogit. 277
Euangelium,bonum nuncium appellatur. 336
Et ſi Sathanas temptat Deo natos, non tamen uincit illos. 373
Ex magnitudine corporum cœleſtiũ demonſtratur ſapientia Dei. 21
Ex fide iuſtificat Deus gentes. 60
Extra gloriam Dei non eſt ſalus, nec uita. 172
Ex ignorantia ſuperbia naſcitur. 218
Expectat nos dominus, ut miſereatur noſtri. 379
Ex operibus iuſtitiæ iuſtificabitur omnis caro coram domino. 331
Execrabile eſt iudicium temerarium. 447

F

FACILIVS eſt camelum per foramen acus tranſire, quam diuites intrare in regnum dei. 16
Facere debemus fructus dignos pœnitentiæ. 77
Filij Iſrael audita Holofernis potentia, in ieiunijs humiliauerunt animas ſuas. 4
Fides eſt ſubſtantia, & fundamentum certiſſimum. 22
Fides quæ per dilectionem operatur, ualet apud Deum. 27
Fides tranſtulit in cœlum Enoc, ne mortem uideret. 40
Fides fecit relinquere patriam Abrahæ. 40
Fides fecit libenter ſacrificare Deo Abraham Iſac filium ſuum. 40
Fides fecit fugere libenter Moyſem de Aegypto. 40
Fides fecit facere Moyſem multa prodigia cum Pharaone. 40
Fides fecit tranſire Moyſem mare rubrum. 40
Fides fecit firmare ſolem Ioſuę. 40
Fides fecit occidere a Dauid Goliam. 40
Fides fecit aſcendere Heliam in curru igneo, & in cœlum aſcendere. 40
Fides mundauit labia Eſaiæ. 40
Fides fecit plurima pronunciare Hieremiæ. 40
Fides demonſtrauit multa horribilia Ezechielis. 40
Fides incluſit Danielem in lacu leonum. 40
Fides liberauit Gedeonem a bello Medianitum. 40
Fides mundauit Naaman a lepra. 40
Fides obtinuit ueniam uiris Niniuę. 40
Fides liberauit Ionam de uentre ceti. 40
Fides non ſinit Iob a dæmone ſuperari. 40
Fides fecit concipere Virginem glorioſam Ieſum Chriſtum. 40

Fides liberauit Zachariam a ſilentio. 40
Fides fecit Magos munera offerri domino. 40
Fides dedit remiſſionem Magdalenę. 40
Fides obtinuit ſalutem filiæ Cananeæ. 40
Fides fecit confiteri Chriſtũ Petro. 40
Fides expellit tenebras. 40
Fides efficit nos diſcipulos Chriſti. 40
Fides ad altiora illuminat mentem. 40
Fides tribuit remiſſionem peccatorum. 40
Fides reddit nos iuſtos apud Deum. 41
Fides facit ut peccata nobis non imputentur. 41
Fides non confundit nos. 41
Fides conſcientiam lętam reddit. 41
Fides facit nos placere Deo. 41
Fides uiua & uera dat uitam æternam. 41
Fides facit nos ire ad Deum. 41
Fides miraculis nos illuſtrat. 41
Fides facit nos operari per dilectionem. 41
Fides facit habitare in cordibus Chriſtum. 41
Fides facit eloqui uerba Dei. 41
Fides fecit obtinere Centurioni pueri ſui ſanitatem. 41
Fides ſine operibus mortua eſt. 59
Fides communicat nobis iuſtitiam. 62
Fides diſponit ad gratiam. 62
Fides medium eſt, qua apud Deum iuſtificamur. 62
Fides non eſt a charitate diuerſa. 62
Fide mortua, homo ſemper hæſitat. 144
Fide mortua, homo uitam non corrigit. 144
Fide mortua, dei offeſſionem ſuffert. 144
Fide mortua facit homines paſſionibus plenos. 144
Fide mortua in tribulatione euaneſcit. 144
Fide mortua, conſolationes & ſolatia requiruntur. 144
Fides efficit nos hæredes Chriſti. 146
Fides ſtat in altero, non in ſe. 163
Fœlices ſunt illi, qui ſunt innouati per Chriſtum. 170
Fides hominem Deo humiliat. 197
Fides eſt donum Dei. 321
Filius non habuit, ubi caput ſuum reclinaret. 319
Fides ex auditu, auditus autem per uerbum dei. 337
Filius non portabit iniquitatem patris. 365
Fides, & ſi ſola ſit, non inanis reputanda eſt. 392
Fides in æternum ſtabit. 162
Flagella peccatorum multa ſunt. 203
Fructus fidei, ſpei, & patiētiæ eſt uita æterna. 22
Fides actiones menſurat. 279
Fructus ſpiritus ſancti, ſunt charitas, & cæteræ bonæ operæ. 305

G

GAVDDEAT filius, qui ſæpe flagellatur a patre. 211
Gaudiũ eſt exultatio in bonis proximi. 249
Gratia non cogit, ſed bene inclinat. 6
Gloria noſtra eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ. 280
Gloria & pax, eſt operantibus bonũ. 437
Gloriari in ſpe filij Dei debemus. 437
Gloriari oportet in tribulatione. 437
Gloriari oportet in conſcientia. 437
Gloriari oportet in infirmitatibus. 437
Gloriari oportet in cruce Ieſu Chriſti. 437
Gloriari oportet in aduentu Ieſu Chriſti. 437
Gloriari oportet in donis Dei. 437
Gloriari oportet in ſocietate ſanctorum omnium. 438
Gratia, & iuſtificatio non niſi per bona opera retinentur. 17
Gratia Dei eſt uita æterna. 14
Græci ſapientiam quærunt. 130
Gratia non ſolum a delicto nos liberauit, ſed uitam æternam largita eſt. 49
Gratia præuenit peccatorem, ut peccata agnoſcat. 394
Guſtate & uidete, quam ſuauis eſt dominus. 264

H

Habere fiduciam in ſuis theſauris pluſquam decet, difficile eſt ingredi in cœlum. 16
Habitus difficile remouetur. 277
Helias peuenit ad montem Dei ſecurus. 13
Helias reputans ſe indignum, noluit uidere faciem uiuentis. 13
Helias ambulauit in fortitudine ſub ceneritij panis quadraginta diebus & 40. noctibus. 14
Heretici aſſerũt homines ſemper peccare in omnibus operibus. 9
Heretici dicunt noſtram naturã poſt peccatum, nil niſi peccatum efficere poſſe. 9
Heliſeus reperit Deum in medio fluminis. 86
Hieruſalem interpretatur ciuitas ſpiritualis. 275
Helias eleuatus fuit ab angelo in cœlum ſuper currum igneum. 263
Helias per turbinẽ aſcendit in cœlũ. 421
Homo per peccatũ incidit in mortẽ. 6
Homo ex ſola Chriſti fide iuſtificatur. 42
Homo non in ſe, ſed in domino confidere debet. 65
Honorare debemus ex præcepto Dei parentes. 55
Homo iuſtificatur fide, & non operibus. 27
Homo per malitiam occidit animã. 34
Homo aquieſcens carnis deſiderijs, cadit in uituperium. 347
Holofernes interpretatur uitulus ſaginatus. 150
Homo cum in honore eſt, non intelligit quæ Dei ſunt. 84
Homo tentatur, ut addiſcat. 86
Homo quærendo gradum ſibi præfixum, excedere non debet modum. 91
Homo in mundo uexatur, & in cœlo conſolatur. 111
Homo nõ poteſt addere aliquid deo. 106
Homo abſque gratia Dei ſemper ſe indurat. 369
Homines magis tenebras, quam lucẽ appetunt. 400
Homo impœnitens ſibi theſaurizat iram Dei. 305
Horrẽdum eſt incidere in manus domini. 307
Humana ſolatia pleiumque friuola, & uana ſunt. 381
Humilitas expellit ſuperbiam, ieiunium crapulam, caſtitas luxuriam. 18

I

Iactantes ſe eſſe ſapientes, ſtulti ſunt. 91
Iacob dormiens, uidit ſcalam, ſuper quam ibãt Angeli. 128
Iacob teſtatus eſt ſe uidiſſe Deum. 101
Ieiunare ſicut hipochritæ, eſt opera carnis. 3
Ieiunium eſt ab Eccleſia, ut opus ſanctum, ordinatum. 13
Ieiunium & oratio Heliæ impetrarunt pluuiam. 13
Ieiunium maximam affert nobis utilitatem. 4
Ieiunio placatur Deus, & uitia comprimuntur. 5
Ieiunio redimuntur ſempiterna ſupplicia. 9
Ieſus non uenit ſoluere legem, ſed adimplere. 46
Ieiunium eſt uenenum contra Diabolum. 276
In ſpiritu ſumus, ſi ſpiritus Dei habitat in nobis. 13
In obſeruanda mandata Dei conſeruamus nos. 5
In libertate noſtra eſt aſſentire uocationi diuinæ. 9
In finali tempore ab omni corruptione purgabitur terra. 16
In Deo collocatur ſpes bonorum. 12
In Chriſto ſunt omnes theſauri. 18
In omni tribulatione debemus confugere ad Deum. 25

In tribulationibus nobis non deeſt Deus. 70
Innocens homo nunquam perijt. 65
Iniqui odiunt animas propter iuſtitiam Dei. 72
Increpationes qui odit, morietur. 124
Iniqui Regnum Dei non poſſidebunt. 127
Interemptor malorum eſt Deus. 85
Incompræhẽſibilia ſunt iudicia Dei. 137
Immunditia non eſt nominanda inter chriſtianos. 139
In die iudicij nõ proderunt diuitiæ. 230
In corde hominis facilè ingrediũtur malæ cogitationes. 84
In malis eſcis eſt infirmitas. 87
In ſuperbia ſumpſit initium omnis noſtra perditio. 90
In domo Chriſti non ſunt agenda negotia mundana. 347
Infirma mundi elegit Deus, ut fortia confundat. 430
In peccatoribus non habitat Chriſtus. 21
Impunitum non ibit qui diligit peccata. 34
Iniuſti non permanebunt ante oculos Dei. 43
Imus ad aſtra, dum pietatis cauſa perdimus animas noſtras. 72
Inter damnatos & beatos, magnum chaos eſt. 83
Ille Deum honorat, qui ei legitimũ, & fidelem honorem impendit. 90
Illi qui nõ credunt deo, mortui ſunt. 103
In bonis regnat Deus. 90
Ille qui ſcrutatur corda ſcit, quid ſpiritus deſideret. 154
Illæ ſunt oues Chriſti, quæ colunt Chriſtum. 439
Ille dicitur iuſtus, in quo ſemper eſt gratia Dei. 304
Impij erubeſcent, et ibunt in infernum. 309
Illa eſt uera gloriatio, quæ in deo gloriatur. 341
Ille ſequitur Chriſtum, qui illum imitatur. 397
Impoſſibile eſt Sathanã Sathanas eijcere. 261
Iob tentatus fuit, nec tamen inductus, aut iuſtus fuit. 85
Ioſeph tentatus fuit a muliere Aegyptiaca. 85
Iob petijt a Deo, ut liberaretur a tormentis, & non fuit exauditus. 149
Ionatas condemnatus fuit a patre, quia guſtauit extra ſuum iuſſum ſauum mellis. 88
Ionas inuenit Deum in mari. 36
Ioſue ſuo iuſſu firmauit ſolem. 263
Iob fuit uir iuſtus, & ſimplex, coram Deo. 9
Ioannes Baptiſta nil aliud in deſerto comedebat, niſi tantum fauum mellis. 4
Iuſtus ex fide uiuit. 6
Ire ad Chriſtum, eſt fieri Dei filius. 7
Iuſtitia iuſti erit ſuper eum. 13
Iuſtus non conturbatur. 22
Ira facit exire homines extra terminos rationis. 122
Iudæi putabant neminem peccatorũ obtinere poſſe a Deo ueniam. 27
Iugum domini ſuaue eſt. 45
Iraſci debemus, ſed nõ in ira peccare. 56
Iuſtificati ex fide pacem habent apud dominum. 62
Iuſti & ſi bonis terrenis priuantur, non tamen æternis. 66
Iuſti ſalui ſunt. 69
In domo Dei non ſunt agenda mundana negotia. 347
Iudicia dei diuerſa ſunt a iudicijs hominum. 72
Iudicabit dominus orbem terrarum. 103
Iuſtum & impium iudicabit Deus. 106
Iuxta eſt dominus his, qui tribulato ſunt corde. 110
Iudęi ſigna petunt. 130
Iudiciũ ſine miſericordia fiet ei, qui non fecit miſericordiam. 140
Iurauit Deus ad Abraham daturum ſe nobis. 148
Ira Dei nil aliud eſt, quam auerſio uultus eius. 203
Iuſtus ſi morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. 243
Iuſtus immobilis eſt in fide. 304
Iuſtus aſſimilatur arbori plantatę ſecus

cus decurſus aquarum. 304
Iudex eſt Dei miniſter. 294
Iuſti debent eſſe inter ſe iuncti uinculo Charitatis. 445
Iudicia Dei abiſſus multa. 463
Iudæi,& ſi corporaliter Chriſtum occiderunt,ſpiritualiter tamē ipſum non occiderunt. 271
Iuſti fulgebunt ſicut ſol in conſpectu Dei. 129

L

Lex Chriſti ſola, bona eſt. 43
Lex omnis in uno complectur ſermone. 44
Lex eſt robur, & uirtus peccati. 48
Lex data fuit, ut per eā ſaluarentur homines. 49
Lex intendit facere bonum. 49
Lex ſubintrauit, ut abundaret delictum. 49
Lex data fuit, ut maius appareret iudicium. 49
Lex ubi non eſt peccatum,non impu tatur. 50
Lex peccatum auget. 1.
Lex neminem duxit ad perfectionē. 54
Lex non continet errorem. 57
Laici ſi inebriantur, arguantur a ſacerdote. 90
Lex non fuit ſine Euangelio, nec e contrario. 131
Lex uocatur a Paulo miniſtra mortis. 156
Lex ſine gratia, eſt ſolum litera ſcripta. 186
Liberum arbitrium ignota uitæ ad peccandum nos adducit. 86
Licet Diabolus omnes tentet, non tamen omnes ſuperat. 278
Liberum eſſe a iuſtitia,eſt crimen. 233
Lex eſt difficilis,nec poteſt facile eam quiſque obſeruare. 293
Leo ſignificat Diabolum. 440
Loth liberatus fuit ab ignis incēdio. 247
Lupus ſignificat mundum. 440
Lucifer cecidit de cœlo. 35

M

Maledictus qui facit opus Dei negligenter. 21
Mandata Dei, grauia non ſunt. 47
Manifeſta ſunt opera carnis. 88
Maledictus homo, qui pendet in ligno. 225
Mandatum Dei,eſt uita æterna. 156
Malitia ſacerdoti non impedit gratiā in collatione ſacramentorum. 207
Mala mors non poteſt eſſe, ubi bona uita fuit. 231
Maximo cū Dei timore, omnia ſunt agenda. 95
Mala quæ nos hic premunt,ad Deum ire impediunt. 383
Maieſtas Domini impleuit templū. 436
Manducanti,& bibenti corpus,& ſanguinem Chriſti indignè,iudicium manducat. 288
Maledicti regnū Dei non poſſidebūt. 265
Membra noſtra corporis Chriſti ſunt. 13
Melior eſt dies una in atrijs Domini ſuper milia. 23
Melius erat impio non noſcere iuſtitiam,quam poſt agnitionem redire ad malum. 34
Malus eſt incidere in manus hominum, quam peccatorem. 329
Melius eſt uocari ad olera cum charitate, quam ad uitulum ſaginatum cum odio. 433
Melior eſt obedientia, q̄ holocauſtū. 453
Melius eſt uincere conuitia tacendo, quam obiurgando reſpondere. 474
Moyſes fuit cum domino in monte quadraginta diebus,& noctibus.
Mors peccatorum peſſima. 35
Moyſes,& Helias,Petrus, Ioannes,& Iacobus inuenerunt Deū in mōte. 36
Moyſes indignum ſe exiſtimauit uerbo Dei. 37
Mortificanda ſunt membra noſtra. 66
Moyſes uidit ignem in rubo. 101
Moyſes de Chriſto ſcripſit. 135
Moabitidas interpretatur ſuperbia ſeculi. 194

Modeſtia eſt ſeruare in dictis, & factis. 250
Mortalium nemo eſt, qui frequenter non incidat in manus hoſtium. 271
Moriente Chriſto factæ ſunt tenebræ ſuper uniuerſam terram. 275
Moyſes ex Aegypto populum liberauit. 334
Moyſes eripuit populum de manu Pharaonis. 334
Moyſes in obſcura nube uiſus ſuit. 334
Moyſes in columna ignea uiſus fuit. 334
Moyſes manna cibauit populum. 334
Moyſes fecit dulces aquas amaras. 334
Moyſes ſubmergere fecit Aegiptios ſuis precibus in mare Rubro. 334
Moyſes in tabulis lapidibus legem ſcripſit. 334
Moyſes legem Dei dedit populo. 334
Moyſes templum materiale conſtituit. 334
Moyſes multa precepta terribilia ordinauit. 334
Moyſes doctor literæ fuit. 334
Moyſes umbras, & figuras oſtendit. 334
Moyſes terram promiſſionis demonſtrauit. 334
Moyſes Deum natum oſtendit. 334
Moyſes mortem promiſit. 334
Mortuus ſepelit mortuum, cum peccator peccatori adulatur. 379
Mors, & uita a Deo ſunt. 381
Miſeros facit populos peccatum. 34
Miſertus eſt Dominus timentibus ſe. 251
Miſericordia Domini plena eſt terra. 290
Miſericordia Dei eſt ſuper omnem carnem. 290
Mundus eſt mare magnum. 83
Mundus conatur nos efficere ignorantes. 84
Mundus non cognouit Deum, nec Ieſum. 84
Multos fructus per tentationem aquirimus. 86
Multi peccauerunt poſt legem. 50
Multifariè multiſque modis locutus eſt olim Deus per prophetas. 164
Mundus ſemper odit miniſtros Dei. 289
Multa beneficia mortalibus præſtantur a Deo ſanctorum meritis. 96
Mundus eſt hoſtis uicinus, in quo ſumus, quandiu uiuimus. 84
Mulieres inducunt homines ad illecebra. 142
Mulieres fuerunt nuntiæ nr̄æ ruinæ. 142
Mundamini, qui fertis vaſa Domini. 268

N

NASCIMVR flentes in mũdo dolentes, quàm morimur. 84
Natura noſtra non ſubſtinet uiſionem Dei. 133
Neſcit homo an dignus ſit odio, uel amore. 464
Nec uolentis, nec currentis, ſed miſerentis eſt Dei. 5
Nemo propria uirtute miracula facit, niſi Deus. 311
Nemo ſe Chriſtianum eſſe glorietur, cum operibus bonis careat. 301
Nemo propheta acceptus eſt in patria ſua. 267
Nemo rapiet oues de manu Dei. 454
Nemo niſi per Chriſtum illuminatur. 370
Nec fides, nec ſpes eſt in cœlis. 402
Nemo poteſt tollere quicquã de manu patris. 439
Nemo poteſt duobus Dominis ſeruire. 429
Nemo eſt, qui gladio reſiſtat ſpiritus Sathanæ. 88
Nemo bonus niſi ſolus Deus. 97
Neceſſitates confiteri debemus Deo. 25
Nemo uadit ad patrem, niſi per Chriſtum. 28
Nemo uadi ad Chriſtum, niſi pater traxerit eum. 28
Nemo cognouit ſenſum Domini. 227
Nemo perfectè ſuas uias nouit. 87
Nemo quàuis iuſtificatus putare debet ſe eſſe liberum a mandatis Dei. 47
Nemo in ſola fide blandiri debet. 416

Neſcire debet dextera, quid agat ſiniſtra. 59
Nemo damnandus ex iudicio. 68
Niſi ſpiritus ſancti gratia, nil ualet noſtrum uelle. 7
Nihil in terra fit ſine cauſa. 88
Niniuitæ audita a Iona eorum ruina, pœnitentiam egerunt. 136
Nil deeſt confidentibus in Deo. 76
Nil obeſt pietati ſeruitus carnalis. 39
Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu ſancto non intrabit in regnum Dei. 200
Niſi renunciauerit omnia, quæ poſſidet, non intrabit in regnum Dei. 218
Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, ait Paulus. 477
Non reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam. 474
Non eſt poteſtas niſi a Deo. 468
Non ſufficit bona tantum agere, ſed bene bona agenda ſunt. 436
Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua. 228
Nō omnis qui dicit, domine domine intrabit in Regnum Cœlorum. 301
Non habebit Deū in patrem, qui nō habuerit eccleſiam in matrem. 298
Non quod intrat per os coinquinat hominem, ſed quod exit. 298
Non minus eſt uirtus quærere, quam portatueri. 309
Non poſſumus placere deo, dum in carne ſumus. 13
Nō debemus theſaurizare theſauros nobis in terra. 13
Non qui ſeipſum commendat probatus eſt, ſed quem dominus. 456
Non dabit Deus in æternum fluctuationem iuſto. 451
Non uocauit nos Deus in immunditia, ſed in ſanctificatione. 449
Non eſt panis comedendis cum malis hominibus. 445
Non eſt quærendum de profundo, ſi non uolumus cadere in profundū. 445
Non habitat in adiutorio altiſſimi peccator, qui non poſuit in Deo adiutore ſuo ſpem ſuam. 152
Non eſt nec furādum, nec occidēdū. 55
Noſtra cōuerſatio in cęlis debet eſſe. 285
Non eſt homo iuſtus in terra. 69
Non accuſes ſeruum bene operātem. 210
Non pigeat nos uiſitare infirmos. 212
Nō debemus ſperare i rebus terrenis. 20
Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem, ſed aduerſus principem tenebrarum. 212
Non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit. 218
Non magnum eſt diu uiuere ſed magnum eſt beatè uiuere. 23
Nos non ſolum nobis nati ſumus. 223
Non debemus iudicare cōſciā aliorū. 232
Non eſt diffidendum in tentationibus, nec deſperandum in tentationibus. 88
Non debet nos decipere liberi arbitrij autoritas. 86
Non debemus agere quod uolumus. 86
Non ſunt agenda mala, ut eueniant bona. 86
Non debemus locum dare Diabolo. 87
Non debet homo eſſe auidus in omni epulatione. 87
Non plus ſapere, quàm oportet ſapere. 91
Non debemus permittere, ut ſuperbia ſit in ſenſu, uel noſtro uerbo. 91
Non eſt diſtinctio Iudæi, & Græci, nā idem dominus omnium. 94
Non magnū eſt diu uiuere, aut ſemper uiuere, ſed magnum eſt beate uiuere. 23
Non omnis iuſtificatus ſtatim ſanctus eſt. 27
Noe maledixit Cham. 36
Non debemus fieri hominum eſt cupiditatum ſerui. 39
Non debemus mæchari. 85
Non debemus aſſumere nomen Dei noſtri in uanum. 54
Non debemus furari. 55
Non debemus occidere quenquam. 55
Non debemus dare locum Diabolo ſed Deo. 78
Non confidamus mūdo, quia tranſit, nec Diabolo, quia mendax, nec carni, quia concupiſcit aduerſus ſpiritum. 80

Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem,ſed aduerſus principem tenebrarum. 213
Nos non nobis tantum nati ſumus. 223
Non debemus conſcientiam alterius iudicare. 232
Non debemus eſſe auidi in epulatione. 87
Non dimittitur peccatum,niſi reſtituitur oblatum. 343
Noſtra habitatio in cœlis eſt. 344
Noſter aduerſarius Diabolus ſemper circuit,quærens quem deuoret. 345
Non intrabit in cœlum aliquid contaminatum. 348
Non eſt tam iuſtus in terra, qui non peccet. 365
Non eſt Dei homini neceſſitatem imponere. 368
Nos ipſi peccatorum cauſa ſumus. 369
Non eſt de hominibus quiſquam in terra,qui non peccet. 370
Non eſt ſequenda turba ad faciẽdum malum. 379
Non debemus ante tempus iudicare. 399
Non eſt propheta ſine honore. 268
Non eſt malum in ciuitate,quod nõ facit dominus. 260
Non ſunt timendi,qui corpora occidunt, ſed qui poſſunt mittere in gehenam 261
Non fœneraberis fratri tuo ad vſuram. 280
Non eſt poteſtas niſi a Deo. 280
Non debet paſtor in quemquam excommunicationẽ inferre,niſi quis ex inobedientia cõtumaciã incurrat. 288
Non omnis qui dicit,domine domine,intrabit in regnum cœlorum. 245
Non tãtum ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties eſt dimittendum proximis. 289
Non eſt homo, qui ligat, ſed Deus. 238
Nulla ſuſcipitur peccatorũ pœnitentia,niſi præcedat peccati cognitio. 254
Numquã deſerit Deus, niſi deſertus. 425
Nullam diſciplinam Lacedemones habebant abſtinentia potiorem. 4
Nunquam corpus agit in ſpiritum 83
Nullatenus boni Angeli peccare pñt. 83

O

Obtinere à Deo cor carneũ,non eſt ab illo cogi. 5
Oblatus eſt Christus,quia ipſe uoluit. 275
Obedire oportet Deo, magis quam hominibus. 298
Obedientia meretur regni Dei ingreſſum. 454
Oculus nõ uidit,nec aures audierũt, nec in cor hominis aſcendit, quæ Deus præparauit his,qui diligunt illum. 22
Oculi ſermonis uiderunt ſalutare Dei. 188
Occaſionem quærit, qui uult recedere ab amico. 192
Omnes facies terræ uiderunt ſalutare Dei. 168
Omnes qui extra eccleſiam uitam finiunt, in ignẽ æternũ ituri ſunt. 200
Omnia Dei gloria facere debemus. 14
Omnia opera noſtra operatur eſt Deus in nobis. 13
Omne quod nõ eſt ex fide peccatum eſt. 201
Omnes tenemur legi morali. 204
Omnis qui reliquerit omnia, quæ poſſidet propter Deum, centuplũ accipiet. 245
Omne regnum in ſe ipſum diuiſum deſolabitur. 262
Omnis plantatio, quam non plantabit pater cœleſtis,eradicabitur. 299
Omnia obedientiæ Dei ſubiciuntur. 19
Omnes peripatetici aſſerunt Deum abſque imperfectione intelligere omnia. 26
Omnia mala ſunt apud Deum. 31
Omnis ĩordinatus appetitus ſibi eſt pœna. 33
Omnis terra inuocabit nomẽ Domini. 407
Omnes perfecti tentati fuerunt. 85
Omnis enim q male agit, odit lucẽ. 397
Omnis qui credit in Christum non confundetur. 694
Omni, qui inuocauerit nomen domini ſaluus erit. 94

Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti. 99
Omnis Chriſti actio, eſt noſtra inſtructio. 339
Omnis ignorans malum. 277
Omnia poſſibilia ſunt apud Deum. 272
Omnia ſunt poſſibilia credenti. 269
Omnia poſſibilia ſunt credenti,licet maxima,& ardua ſint. 279
Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius,quaſi flos agri. 280
Omnia agéda ſunt cum timore Dei. 690
Omnes piè uiuere uolentes in Chriſto, perſecutiones pro Chriſto patientur. 59
Omnia ueniunt a Deo,ut fidem exerceamus. 65
Omnes homines ſunt peccatores. 69
Omnis,qui natus eſt ex Deo non peccat. 69
Omnem palmitem non ferentem fructum in Chriſto,Deus perdet eũ. 70
Oportet hoc corruptibile indui incorruptione. 16
Opera in fide, & Charitate facta,eſt theſaurus,quo diuites efficimur in cœlo. 12
Oportet nos manifeſtari ante tribunal Chriſti. 106
Opara hipocritarum a mundi gloria confecta ſunt. 12
Opera fidelium fide,& charitate confici debent. 10
Oportet epiſcopum ſine crimine eſſe,& irreprehenſibilem. 50
Oportet indefinenter tolerare tribulationes. 65
Optimam partem elegit ſibi Maria. 455
Orandum eſt ſine intermiſſione. 153
Oratio ignis eſt, qui Dæmonem cõburit. 98
Oratio eſt incendium contra Diabolum. 276

P

Paulus uocat Diabolum principem tenebrarum. 81
Pater omnes iudicium dedit filio. 108
Paulus arcana Dei penetrauit. 116
Paulus ter orauit dominum,ut ab eo auferretur ſtimulus carnis. 80
Parit nauſeam copia rerum, etiam maximarum. 269
Paulus inuenit Deum in uia. 36
Patientiam qui habet, opus perfectũ habet. 45
Paulus gloriabatur in infirmitatibus ſuis. 341
Pauperes conſolatur Deus. 343
Pauperes reſpiciuntur a Deo. 343
Panperes liberantur a Deo. 343
Paupere fortificantur a deo. 443
Paulus fuit prædicator ueritatis. 259
Paulus fuit tuba dei. 42
Pax eſt concordia cordium. 249
Paruulorum eſt regnum dei. 246
Paulus gloriatur de miſericordia dei erga peccatores. 154
Paſſiones hujus mundi non ſunt cõdignæ ad futuram gloriam. 185
Paulus ſeipſum oon iudicabat. 233
Pœnitentia uetat occidendi propoſitum. 256
Pœnitentia gratiam adminiſtrat. 256
Pœnitentia uitam promittit. 256
Paſtor præcellere debet ſubditos,per eminentiam bonitatis. 287
Percutienti maxillam debemus præbere & alteram. 256
Pœnitentiæ initium non niſi a bona uoluntate naſcitur. 253
Per quæ quis peccat, per eadem pœniteat. 235
Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei. 316
Per aquas intelliguntur dona ſpiritus ſancti. 321
Per inobedientiam unius hominis peccatores conſtituti ſunt multi. 369
Pœnitentię effectus laborioſior eſt, quam baptiſmum. 29
Pœnitentia ab effectu commendatur ſuo. 30
Pœnitentia ita eſt neceſſaria peccatoribus,ſicut ſunt medicamina uulneratis. 30
Pœnitentia non uerbis, ſed acti perficienda eſt. 30

Perfecta pœnitentia cogit peccatores omnia libenter ſufferre. 30
Peccata redimenda ſunt eleemoſinis. 30
Pœnitentia poſt peccati lapſum neceſſaria eſt. 32
Peccati natura eſt non ſolum abdicare hominem a Deo, ſed tollere gratiam Dei. 34
Peccatum cum conſumatum fuerit generat mortem. 35
Peccatum eſſe non poteſt, niſi uoluntate fiat. 368
Peccatum nihil aliud eſt, quam ordinem a Deo deſtruere. 369
Peccare non poteſt Deus. 369
Perditio noſtra ex nobis eſt.
Peccator tẽplum Diaboli nuncupaṫ. 122
Per templum Dei quilibet fidelium intelligitur. 122
Peccare, in patrem, & in filium remittitur, in ſpiritum ſanctum minimè. 449
Peccatum in filium, eſt per ignorantiam. 449
Peccatum in ſpiritum ſanctum, eſt per obſtinationem. 449
Per gulæ, & ebrietatis uitium mors intrauit in mundum. 13
Peccator eſt fœtidus, ueluti mortuus. 368
Peccator occultus debet occultè pęnitentiam agere. 328
Per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum. 389
Peccatores difficilè corriguntur. 393
Peccatores erubeſcunt de peccatis ſuis. 423
Pœnitentia aperit oculos, quos culpa clauſit. 286
Per peccatum Adæ remanſit homine fames peccati. 67
Pœnam æternã ſubſtinent mali Angeli. 82
Per tenebras intelliguntur peccata. 9
Peccare in fidem eſt impium, & infidele 13
Per bona opera teſtamur habere Chriſti fidem. 17
Probatio dilectionis exhibitio eſt operis. 407
Propter peccata ſæpiſſimè eueniunt mala. 369
Primum eſt quærendum regnũ Dei. 91
Præcepta Dei adeo grauia non ſunt, ut portare nequeant homines. 295
Prudentia carnis, mors eſt. 190
Prudentia ſpiritus, uita eſt. 190
Præſcientia Dei non imponit ullam neceſſitatem. 465

Q

QVi auſi fuerint aliud ſentire, & docere extra eccleſiam anathema eſt. 95
Qui non credunt, gratiam Dei conſequi non poſſunt. 267
Qui alteri nocet, ſibi prius nocet. 254
Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur, & qui confeſſus fuerit, miſericordiam obtinebit. 254
Qui deſpicit pauperem, exprobrat factori ſuo. 249
Qui obturat aurem ad clamorẽ pauperis, clamabit ipſe, & non exaudietur. 234
Qui uolunt diuites fieri, incidunt in laqueum diaboli. 228
Qui bene pręſunt, duplici honore habebuntur. 213
Qui maledixerit patri uel matri, morte morietur. 210
Qui diligit filium aſſiduè, illum flagellat. 210
Qui honorat patrem & matrem ſuã, uita uiuet longiori. 211
Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit. 210
Qui non credit, iam iudicatus eſt. 201
Qui fideliter agunt, placent Deo. 197
Qui odit patrem, in tenebris ambulat. 192
Qui ſunt in carne, Deo placere non poſſunt. 190
Quicunque uiolauerit templum domini, Deus diſperdet illum. 177
Quærendus eſt Deus, dum inueniri poteſt.
Qui gladium acceperit, gladio peribit. 294
Qui ſe humiliat exaltabitur. 312

Qui inuenerit Chriſtum, inuenit uitam. 390
Qui manet in Chriſto, in Deo manet. 366
Qui odit patrē ſuum, homicida eſt. 359
Qui uolunt diuites fieri, incidunt in multas tentationes. 344
Qui gloriatur, in Domino glorietur. 341
Qui uadit ad Chriſtum, nō eiicitur. 5
Quos Deus diligit, caſtigat. 369
Quæcunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt. 395
Qui odit correctionem, ueſtigium eſt peccatoris. 285
Qui rectus eſt, corrigit uiam ſuam. 282
Qui blaſphemauerit nomē Dei, morte morietur. 280
Qui diligit epulas, in egeſtate erit. 280
Qui amat ſunium eſt pinguia non ditabitur. 280
Qui impatiens eſt, ſubſtinebit damnum. 280
Qui non credit, iam iudicatus eſt. 26
Qui in Deo peccat, multa bona perdet. 35
Qui amat periculum, peribit in illo. 87
Qui correptionem odit, inſipiens eſt. 124
Qui ſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur a gloria. 91
Qui credit in Deum, ad iudiciū non ibit. 103
Qui cupit redire ad uitam, ſequatur Chriſtum. 128
Qui diligit proximum, legem implet. 44
Qui ſunt filij Dei, Chriſtum diligunt. 47
Quod tibi non uis, alteri ne feceris. 51
Qui non odit patrem & matrem, nō eſt diſcipulus Chriſti. 55
Qui diligit iniquitatem, odit animā ſuam 72
Qui ſe in Deo confidit, non deſpicitur. 76
Qui confidunt in diuitijs ſuis, corruent. 76
Qui confidunt ſe in uirtute ſua, confundentur. 76
Qui confiderit ſe in homine, deſpicietur. 76
Qui confidit ſe in Chriſtum, liberabitur ab inimicis 76
Qui confidit in Chriſto, magno gaudio afficitur. 76
Qui confidit in Chriſto, benedicetur. 76
Qui confidit in Chriſto, illuminabitur. 77
Qui in confidit in Chriſto, hęres cœlorum efficitur. 77
Qui confidit in Deo, omnia obtinebit. 77
Qui de mundo ſunt, carnalia ſapiunt. 435
Qui ex Deo eſt, uerba Dei audit. 210
Quos Deus iuſtificat, nemo condemnare poteſt. 427
Qui facit uoluntatem patris, intrat in regnum Dei. 13

R

Resistite Diabolo, & fugiet a nobis. 414
Radix omnium malorum eſt aurum. 84
Remedium animæ noſtrę, eſt pœnas inferni cogitare. 98
Regnum Dei regnum omnium ſęculorum. 244
Regnum cœlorum uiolenti rapiunt. 245
Regnum Dei tantum ualet, quātum habes. 248
Reſpexit Deus ad Abel, & ad munera eius. 247
Regnum Dei non eſt eſca, & potus. 244

S

Sacra ſcriptura eſt mare uaſtiſſimum. 33
Sabbata debemus ſanctificare. 49
Sapientia carnis Dei non eſt ſubiecta. 253
Sapientia carnis ininimica eſt Dei. 190

Sancti per fidem uicerunt regna. 94
Sancti, qui cum Chriſto regnant, offerunt Deo preces noſtras. 95
Sathanas reproborum primum obtinuit locum. 96
Sanctorum imagines uenerari debemus. 181
Sanguis Chriſti reddit nos ſpiritales. 19
Salus æterna non eſt in manu hominum. 6
Samaritana reperit Deum ad fontem. 36
Sapientia huius mundi ſtultitia eſt apud Deum. 84
Sacerdos ſi per ignorantiam inebrietur, per ſeptem dies pœnitere debet. 89
Sathanas transfigurat ſe in Angelum lucis. 130
Seminarium libidinis, eſt eſus carniũ, & potus uini. 87
Seruiendum eſt ſemper Deo. 198
Senex non eſt increpandus, ſed obſeruandus, ut pater. 291
Sedere in regno huius mundi, eſt deſcendere ad ignem. 218
Seminat & non metet, qui prædicat & non operatur. 304
Senſus, & cogitatio hominis prona ſunt ad malum. 67
Secundum omnes Philoſophos conſtat Deum eſſe in cœlo. 19
Septies in die cadit iuſtus. 19
Sion interpretatur empireum cœlum. 45
Si cõfitemur peccata, Deus iuſtus omnia dabit nobi. 33
Si uis ad uitam ingredi, ſerua mandata. 44
Si ad mare fugies ibi, erit Deus. 36
Si ad fontes fugies ibi, erit Deus. 36
Sine fide impoſſibibile eſt placere Deo. 70
Sine charitate uana eſt fides. 66
Si ad montes fugies ibi, erit Deus. 36
Sicut in igne probatur auro, ſic in tribulatione probatur homo. 66
Si quis petierit regnum cœleſte, dabitur illi ſignum mortis Chriſti. 133
Si quis ſuperbiæ ſignum quærit, dabitur illi ſignum Nabuchdonoſor. 133
Si quis auaritiæ ſignum petierit, dabitur ei illud Ananiæ, & Zaphyræ. 133
Si quis ſignum blaſphemiæ uoluerit, dabitur illud phaleliticæ. 133
Si non caſte, cautè. 447
Si Deus pro nobis, quis contra nos. 331
Si quis dixerit ſtellas nos cogi, anathema ſit. 278
Si quis dixerit noſſe ſe Deum, & mandata non cuſtodierit, mendax eſt.
Simile eſt regnum cœlorum decem uirginibus. 144
Sine adiutorio Dei non poſſumus facere. 252
Sola uoluntas remuneratur ex bono, & punitur ex malo. 288
Solus Deus poteſt dona perfecta dare. 20
Spes facit ſubſtinere tribulationes. 79
Spes inuiſibilia exoptare facit. 79
Spiritus ſanctus adiuuat nos in tribulationibus. 47
Spiritualis homo iudicat animam. 425
Spiritus promptus, eſt caro infirma. 317
Stimulus mortis peccatum eſt. 336
Stipendia peccati mors. 35
Stultitia huius mundi ſapientia eſt apud Deum. 418
Stultiſſimum eſt inter hoſtes crudeliſſimos dormire. 390
Summa cum ueneratione uenerãdus eſt Deus. 5
Superbi non ditabuntur, dum permanſerint in ſua ſuperbia. 227
Suſanna à ſenibus accuſata fuit. 85

T

Tentari, malum non eſt. 85
Terra ſumus, & in terram reuertemur. 21

Templum

emplum Dei Sanctum eſt. 21
res ſunt pœnitentiæ partes, oris cõ feſſio, cordis contritio, & operis ſa tisfatio. 32
erribilis eſt expectatio iudicij. 34
heſaurizare in terra eſt ſibi irã Dei theſaurizare. 16
erra maledicta fuit a Deo. 16
imor Dei ſtimulat nos ad exercitium boni operis 284
imor Domini expellit peccatum. 196
imor Domini permanet in æternum. 90
ribulationes cogunt nos ſæpe ad Chriſtum recurrere. 142
res ſunt uiæ, quæ ducunt ad Chriſtum, bene cogitare, bene loqui, & bene operari. 187
riumphauit Chriſtus in theatro ſanctæ Trinitatis. 388
riumphauit Chriſtus in cœlo in ſpiritu diuinitatis. 328
riumphauit Chriſtus de ſuis Crucifixoribus. 238
riũphauit Chriſtus in monte Thabor de uiuis, & mortuis. 238
Triumphauit Chriſtus de Chaipha.
Triumphauit Chriſtus de Herode.
Triumphauit Chriſtus de Pilato. 328
Triumphauit Chriſtus de Longino.
Trimphauit Chriſtus de Hieruſalẽ.
Tres pueri canebant in fornace.
Tunc gaudere debemus, cum conſciẽtiã mani uacuam culpis cernimus. 370

V

Vanitas uanitatum, & omnia uanitas. 186
Vanitati cratura ſubiecta eſt. 186
Vbi uult ſpũs ibi prõptus eſt corpus. 23
Vbi regnat iniquitas, ibi non regnat Chriſtus. 296
Vbi facultas deeſt ibi, uoluntas profacto reputatur. 248
Vbi ſpiritus Dei, ibi libertas. 67
Vbi abundauit delictum, ibi ſuper abundauit & gratia. 86
Vbi non eſt lex, nec ibi præuaricatio legis. 50
Veritas docet timorem Dei. 451
Verecundia in omnibus operibus bonis notam adulationis fugit. 449
Veri adulatores adorabunt patrem in ſpiritu, & ueritate. 94
Verbis noſtris ſtateram ſauere debemus. 378
Vnum debemus colere Deum. 46
Veritas per Chriſtum facta eſt. 57
Vita noſtra, eſt militia ſuper terram. 85
Virtutes exiſtunt moderatrices paſſionum. 85
Viri ſanguinum, & doloſi non dimidiabunt dies ſuos. 249
Virtus in ifirmitate perficitur. 326
Volens, quis miſeriam obtinere, poteſt, 244
Vnuſquiſque onus ſuum portabit. 244

Z

Zacharias obmutuit Dei permiſſione. 343
Zacheus uiſus fuit a Chriſto, dum eſſet in arbore. 36

FINIS.

DOMNVS LEONARDVS CERNOTA VENETVS,

E Diui Saluatoris Congregatione Regularis Canonicus,

D. ANDREAE MINAFREAE,

LITERATORVM OMNIVM MOECENATI,

ac Feudorum Biſaræ, & Fauarottæ Illuſtriſſimo Proceri. S. P. D.

NON me præterit, Procerum Illuſtriſſime, quantum ſumptum, quantamve impenſam feceris, vt hi Sermones typis (vt nunc loquimur) eſſent imprimendi. Illud fortaſſe cogitans, quod re ipſa euenit, eos ſacrarum literarum ſtudioſis plurimum

pro

profuturos. Qua in re animum præ te fers optimo ſanè principe dignum: qui nõ ſibi ſoli natus ſit, ſed vt aliis prodeſſe poſſit. Quo circa quis te non omnibus numeris abſolutũ principem dixe rit? Verè enim ingratus & dici,& haberi poſſet is,qui te laudibus ad cœlum non tulerit.Sed qui bus Dii boni?Ea,quę tua eſt, ea,qua ſolus ornari debes: nam quàm plures aliæ cum infimæ etiam ſortis hominibus tibi ſunt communes. Quòd ſcilicet tuorum commodorum oblitus, quæ potiſſimum ex ipſa pecunia pendere uidemus, publicæ,communiſque vtilitatis rationem habueris. Atque iſtud Quadrageſimale nobis legendum dederis,quod quam animæ noſtrę frugem afferat,illi,qui in eius lectione verſantur,optimè norunt. Eia igitur (Princeps ampliſſime) Cum hoc tãto tuo,tamq; pręclaro ſimus affecti beneficio, te etiam atq; etiam hortor. Sed quid dico,hortor? rogo ac obſecro,quod illud etiã in me cõferas:ne putes mihi,qui emendandorũ ſermonum prouinciam ſuſcepi neq; curam,neque diligẽtiam vnquàm defuiſſe. In illis enim quàm potui maximam adhibui. Cuius quidem rei teſtis eſt Antonius Amicius, iuris vtriuſque ſingulari cognitione ornatus. Teſtes ſunt Dominicus

&

& Ioannes Baptiſta Guerræi fratres, optimi huius libri impreſſores. Teſtis eſt denique liber ipſe, qui ex mendoſo corruptoq́; exemplari mendis omnibus purgatus, ac vt melius fieri potuit reſtitutus, in lucem hominum exit. Vale, meq́; in tuorum numero aſcribe.

Venetiis Prid. Cal. Auguſti. M D LXXIII.

SERMONES QVADRAGESIMALES R. P. ALEXANDRI BONANNI, ORDINIS MINORVM, Sacræ Theologiæ profeſſoris.

FERIA QVARTA CINERVM.

Cum ieiunatis. Matth. 6.

PAVLVS ille ſanctiſſimus, qui anteà more Hebraico Saulus dicebatur, ſumma charitate affectus, ac diuino ſpiritu inflammatus, naturæ noſtræ malitiam atque nequitiam cognoſcens, Romanos hunc in modum alloquebatur, Qui autem in carne ſunt, Deo placere non poſſunt: vos autem in carne non eſtis, ſed in ſpiritu, ſi tamen ſpiritus Dei habitat in vobis. Et rationem aſſignans ait, Non in commeſſationibus & ebrietatibus, quia caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. Sic reprehendens Corinthios dicit, Eſca uentri, venter eſcis, Deus autem hunc & hanc deſtruet: corpus autem non fornicationi, ſed Domino, & Dominus corpori; quoniam corpora veſtra membra ſunt Christi, Sed hoc perfectiſſimè ſummaque ſapientia Chriſtus filius Dei ſciens, hoc mane per Euangelium malignitates huius carnis expellendas nos docuit dicẽs, *Cum ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes: & nolite theſaurizare vobis theſauros in terra.* Quæ omnia carnis opera nuncupantur, vt Deo fauente videbimus, ſi aures voſtras erigentes attentè bonaque

Rom.8.
Rom.13.
Gal.5.
1.Cor.6.
Mat.6.

A cum ne

cum venia, quæ dicam diligenter perceperitis, & ea penitus animi s veſtris, mentibusque mandaueritis.

Quatuor ex hoc Euangelio fructus percipiũtur. In hoc portu vaſtiſſimi maris ſacræ ſcripturæ, & hodierni Euangelij quatuor maximè præcioſa piſcantur fideles.

Primum eſt ieiunandi præceptio.

Secundum eſt hypocritarum ieiunij reprobatio.

Textium veri ieiunij optima doctrina.

Quartum oſtenſio, ubi & quomodo ſit theſaurizandum.

Primus fructus. Primum igitur quod à fidelibus ex hodierna lectione colligitur eſt ieiunium, quod ſi Dominus noſter voluiſſet, non vtique dixiſſet. *Cum ieiunatis:* neque diſcipulos ſuos admonuiſſet, quòd ſponſo ablato poſt Aſcenſionem, eſſent ieiunaturi. Mirabili nempè, & excogitato artificio Dominus contra morbum medicinam confecit; ſciens enim quòd per gulæ & incontinentiæ vitium mors intrauit in terram, excogitauit abſtinentiæ virtute culpam & mortem deſtruere, tanquam alter Dauid, qui Golyath gigantem proprio mucrone interemit: nam 1. Reg 17. per abſtinentiã affligitur corpus, & diabolus effugatur. Hinc eſt quòd beatus Paulus iam Chriſti habitaculum, iam vas electionis effectus, intelligens ſibi non ſufficere ſolam gratiã, niſi gratiæ adiungat ſollicitudinem vigilantis, & laboris induſtriam, continuatis ſtudebat corpus vallare ieiunijs, vt ſpiritalibus reſiſtere poſſet inimicis, ideo aiebat. 1. Cor. 19. Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo.

Et ſi quiſpiam nobis hoc in loco obijciat, quòd in hodierno Euangelio non ieiunium, ſed modum ieiunantibus præſcripſit Dominus, audiat pro reſponſione Patriarchas, & Prophetas, nouum legat Teſtamentum, & inueniet ieiunium bonum, & ſanctum eſſe opus à Deo inſtitutum, ab Eccleſia, cuius authoritas ſola in hoc ſufficeret, & à sãctis hominibus approbatum, & quadrageſimale tempus figuris adumbratum.

Exd.o 34. Exodi 34. Sribitur de ipſo Moyſe, quòd fuit ibi cum Domino quadraginta dies, & quadraginta noctes: panem non comedit, & aquam non bibit.

Iud. 13. Vxori Manuæ liberatorem populi concepturæ Angelus apparens abſtinentiam indixit.

3.Reg. 17. Helias ieiunus orat, & ad eius orationem tribus annis, & ſex menſibus ros pluuiæ non cẽcidit ſuper terram. Iterum ieiunus orat, & pluuias obtinet à Deo. Ieiunus ad montem Dei peruenit, vbi diuinam habuit præſentiam, & ſi Deum non vidit, quia ſe huiuſmodi munere indignum exiſtimãs, vultum pallio operuit, cum Dñs tranſiret.

3.Reg.19. De eodem hunc in modum teſtatur ſcriptura. Ambulauit in fortitudine

tudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus vſque ad montem Dei Oreb.

Eſdras prædicauit ieiunium, & fecit, quòd omnes affligerent animas ſuas, quia petierant à Domino, vt viam rectam, & proſperam daret eis: ſequitur, Ieiunauimus & rogauimus Dominum noſtrum pro hoc, & euenit nobis proſperè. 1. Eſd. 8.

Et Thobias 12. Bona eſt oratio cum ieiunio & eleemoſyna, magis quàm theſauros auri recondere. Tob. 12.

Filij Iſrael audientes Holoferni horribilem potentiam humiliauerunt animas ſuas in ieiunijs. Iudit. 4.

Iudith, vt ſcribitur, ieiunabat omnibus diebus vitæ ſuæ præter ſabbatha, & poſtea, & feſta, & neomenias domus Iſrael. Iudit. 8.

Daniel per tres hebdomadas panem deſiderabilem non comedit, & caro & vinum non introierunt in os eius, & tunc mirabilem oſtendit ei Dominus viſionem. Dan. 10.

Amplius in nouo Teſtamento Anna propheteſſa filia Phanuel inter cętera commendatur, quòd non diſcedebat de templo, ieiunijs & obſecrationibus ſeruiens nocte ac die. Luc. 2.

De Ioanne Baptiſta dicitur, quòd eſca eius erant locuſtæ, & mel ſylueſtre. Et in alio loco, Venit Ioannes neq; manducans neq; bibens. Mat. 3. Mat. 11.

De Petro quoq; habet, quòd quàmuis eſuriret, comedere tñ renuit. Act. 10.

In eccleſia Antiochiæ erant prophetæ, & doctores; miniſtrantibus illis Domino, & ieiunātibus, dixit illis Spiritus ſanctus, ſegregate mihi Saulum, & Barnabam? Act. 13.

Et Matthæus Euangeliſta de Chriſto ſcribit. Et cum ieiunaſſet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, poſteà eſurijt. Mat. 4.

Hoc declarat Origenes in Leui. 16. Homil. 10. inquiens; Habemus quadrageſimæ dies ieiunijs conſecratos. Origenes

Hieronymus aduerſus Montanum huiuſmodi fert teſtimonium. Nos vnam quadrageſimam ſecundum traditionem Apoſtolorum toto anno ieiunamus. Hierony.

Auguſtinus contra Fauſtum libro 30. cap. 5. ait, Catholici edomandi corporis cauſa, à carnibus abſtinent certis diebus atque temporibus, ſicut per quadrageſimam ferè omnes. Auguſtinus

Chryſoſtomus Homil. 2. in Geneſ. 1. ſic prædicat, Nuſquam hodie de quadrageſimali tempore loquitur tumultus, vel clamor, vel canium conceſſionis: & ibidem Homi. 19. In hac quadrageſima his qui ieiunum curſum ſuſcepere. Chryſoſt.

Gregorius in hunc modum ait. Quadrageſima ſumma obſeruatione eſt obſeruanda, præter dies dominicos, vt ieiuniũ nullatenus ſolua- Gregor.

tur. Idem inquit, Chriſtus ieiunauit, vt ſuo ieiunio noſtrum ieiunium inſtitueret.

Theophyl. Theophy. ita nos inſtruit: Nequaquàm diebus quadrageſimæ, vt luxurioſi diuites ſolent, vini poculum ſuſpicemus. Idem nonnulli alij, quos temporis anguſtia ſilentio prætereo.

Thomas. Thomas doctor Angelicus de hac re tractat in ſecunda ſecundæ, quæſt. 147.

Primus eremita Paulus annos ſexdecim natus, ſeceſſit in latebras nemorum, in quibus permanſit annos nonaginta ſeptem, ſpelunca breui contentus, eſitabat fructus palmarum, bibebat aquam, palmicea tunica nudum contegebat corpus, nullum in ſolitudine hominem videre voluit, præter Antonium: vſus eſt miniſterio corui dimidiatum panem quotidie afferentis.

Antonius, qui Paulum hunc tumulauit, vixit etiam in ſolitudine annos viginti, pane & aqua famem refocillans.

Hieronymus conuentus hominum, & populi frequentiam habebat carceris loco, ſolitudinem verò pro paradiſo. vnde ſacco amictus Syriæ latebras, feris & ſcorpionibus infeſtas numeroſis prætulit ciuitatibus, humi cubans herbiſque victitans, & aqua.

Hylarion in deſertis Syriæ locis, breuiſſimum habitauit tugurium è iunco, & caricibus contextum, nec aliud quàm paucas ficus, & ſuccum herbarum ad victum adhibuit, nec illis ante ſolis occaſum veſcebatur.

Denique ſi quid fructus, & vtilitatis nobis afferre poſſunt gentilium exempla.

Rex Numidarum Maſſiniſſa iam nonageſimum annum agens, ſemel tatùm interdi veſcebatur ſine pulmento.

Ægyptiorum ſacerdotes præparci erant in victu vſque ad ſtuporem, carnibus, & vino abſtinebant, pane etiam raró veſcebantur, ne ſtomachum onerarent, oleum tantùm in oleribus nouerant, ouum quoque & lac vitabant pro carnibus, triduique inediam ſuſtinebant.

Lacedæmonii nullam diſciplinam abſtinentia habuerunt potiorem: pinguis, & obeſi ventris adolenſcentes inedia macerabant.

Socrates minimo viuebat ſumptu, veſcebatur pane & lacte.

Denique Perſarum magi, nihil in cibum præter farinam, & olera recipiebant.

Ex his omnibus concludimus ieiunium ſtatutum eſſe à Deo, propoſitum ab Eccleſia, commendatum à patribus, & nobis vtilitatem maximam afferre. Hoc namque ieiunio placatur Deus, chariſmatum ſpiritualium abundantia impinguatnr, vitia comprimuntur, præparaturque

tusque via caſtitati,quæ maxima virtus eſt: quia ſi gula luxuriam iuuat,ieiunium caſtitati prodeſſe oportet,cum oppoſitarum cauſarum oppoſiti ſint effectus:ſi ergo panem ſubtraxeris,& vinum,peccato viam præcludis, quoniam, vt fertur, Sine Cerere, & Baccho friget Venus.

Sed qua de re hanc Deus à nobis exigit præſentiam? Reſpondet Ezechiel 36.in perſona Dei dicētis.Et ſpiritum meum ponam in medio veſtri, & faciam, vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea cuſtodiatis,& operemini. Ezech. 36.

Sed contra Eccleſiaſtici 15.Si volueris mandata ſeruare,conſeruabunt te. Si ergo coactè in prima authoritate Deus nobis præcipit, vt eius præcepta conſeruemus,& obſeruemus,quare ergo in ſecunda idem Dominus ait, Si volueris mandata ſeruare: voluntariè enim in hac ſecunda oſtendit.Eodem loco inquit Sapiens:Deus ab initio conſtituit hominem,& reliquit illum in manu conſilij ſui. Eccleſ. 15.

Reſpondeo,Propheta Ezechiel 11.Dum de domo carnali Iſrael loqueretur, voce dominica inter alia hoc dixit. Et dabo eis cor vnum, & ſpiritum nouum tribuam in viſceribus eorum, & auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum, vt in præceptis meis ambulent,& iudicia mea cuſtodiant,faciantque ea. Quaſi diceret,ſi de peccatis veſtris dolentes, ad me conuerſi fueritis, auferam à vobis cor lapideum.Cor carneum autem obtinere à Deo, non eſt cogi ab illo;quia & ſi prius Deus illuminet,tamen ille diſponitur,deinde autem obtinet cor carneum, & ambulat in præceptis Dei, & facit illa.Si verò per alium prophetam dixit.Conuertimini ad me,ego conuertar ad vos. Quid ſibi vult,Conuertimini ad me, niſi vt homo diſponatur? Quid conuertar ad vos,niſi cor carneum obtinere ab eo? Fit autem hæc conuerſio per expoliationem veteris hominis, quæ in noſtra voluntate ſita eſt, Deo tamen adiuuante, & cooperante. Dei enim ſumus adiutores, ait Paulus ſecunda Cor. 3. Stat itaque in voluntate noſtra, vt aperiamus pulſanti cordis hoſtium, & diuinum ſplendorem ſuæ gratiæ introducamus: diuino tamen præueniente ſubſidio,ſine quo nec agere,nec currere ad eum poſſumus. Ezech. ij. Zacha. 1. 2. Cor. 3.

Sed contra Paul.Rom.9.Non uolentis,neque currentis,ſed miſerentis eſt Dei.Si non eſt volentis, cur Chriſtus ait, Venite ad me omnes,qui laboratis,& onerati eſtis:& qui venit ad me, nō eiiciā foras. Rom. 9. Mat. 11. Ioan. 6.

Priuſquàm ad contradictionis concilium deueniam, aliquas de libertate voluntatis noſtræ contra ventos aquilonares adducam in medium cōcluſiones,ut ex ſcripturę ſacrę fonte & mari haurire potero.

Prima habetur Gen.3.& Rom.6.Hominem per peccatum incur Gen. 3. Rom. 6.

riſſe mortem, omnemq; cæcitatem ac miſeriam, atq; peccati tormentum & fomitem quotidie in carne ſua ſentire. attamen libertas, qua Deus ab initio conſtituit hominem, penitus per peccatum minimè ablata eſt, ſed potius debilitata, nõ quo ad malum, ſed ad bonum
Luc.10. perficiendum. Hæc libertas per parabolam Luc. 10. de homine deſcẽ
Rom.7. dente ab Ieruſalem in Hyerico comprobatur. Et Apoſtolus Roma. 7. Velle adiacet mihi, ideſt hæc libertas, velle, ſcilicet in me eſt, ſed perficere non ualeo. Similiter bonum ex me ipſo, niſi adiuuante gratia,
Gen.4. & Geneſ. 4. teſtatur de Cain, cui Deus ait. Si benè egeris, recipies, ſin autem malè, ſtatim in foribus peccatum tuum aderit, ſed ſub te erit appetitus eius. hoc eſt, inclinatio ad peccatũ, quæ eſt ex corruptione carnis, quę peccatum primi parentis ſecuta eſt. Et tu dominaberis illius. hoc eſt in poteſtate tua erit tali inclinationi vel conſentire, vel diſſentire. Hæc ſunt verba Dei ad Cain.

Rom.6. Secunda concluſio eſt diui Pauli Rom. 6. Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore. Sic Petrus prima 2. Chariſſimi, obſecro uos tãquam aduenas & peregrinos abſtinere uos à carnalibus deſideriis, quæ militant aduerſus animam.

Quòd ſi in poteſtate noſtra nequaquã eſſet currere, & aſſentire, vel indurare nos ipſos, fruſtra Apoſtoli hoc dixiſſent. Id ipſum approbari
Ioan.1. etiã poteſt authoritate Ioan. 1. dicentis. Dedit eis poteſtatẽ filios Dei fieri. ideſt, vt fiant uel non fiant filii Dei, conſentiendo gratiæ, quę non cogit, ſed bene inclinat: nã ipſe Deus præſtò eſt gratia ſua, ut ſi quis uelit filius Dei effici, gratia paretur; ſin autẽ, nullo pacto cogitur. Am
Aug. plius dicit Aug. in de gratia & libero arbitrio cap. 15. Volũtas ſemper in nobis libera eſt, non tamen ſemper bona. aut. n. à iuſtitia libera eſt, quando ſeruit peccato, & tũc mala eſt. aut à peccato libera eſt, quã do ſeruit iuſtitiæ, & tunc bona eſt. Voluntas igitur noſtra libera eſt, non cogitur, non violentatur, & ſi gratia ad bonum egemus. Quare ad formam contradictionis paulò ſupra allatæ ex verbis Apoſtoli. Nõ eſt volentis. & ex verbis Ioan. Venite ad me. hunc in modum cenſeo reſpondẽdum. Vtriuſque eſt, ſi ad Deum venimus, videlicet & Dei miſerentis & trahentis, & ipſius hominis, & non ſolius hominis. ideo dicebat diuus Paulus, quòd non eſt volentis hominis, quaſi in ſua poteſtate & libertate ſola, ſed etiam miſerentis patris, qui voluntatem noſtram præparat & adiuuat. præcedit enim Deus, ut Auguſtino pla
Pſal.58. cet, & ſubſequitur, penes dicta prophetę Pſal. 58. & miſericordia eius
Pſal.22. præueniet me. Et in Pſal. 22. & miſericordia tua ſubſequetur me; quia præuenit nolentem, vt uelit: & voluntatem ſubſequitur ne fruſtra velit. Hinc colligimus, quòd ſalus non eſt in poteſtate hominis, ſed

ſed in manu omnipotentis Dei. Pſal. 38. Salus autem iuſtorum à Domino, ne omnis caro glorietur in cõſpectu eius. Dixit iuſtorum; quoniã illi, quos pater ad Chriſtum trahit, ſunt fideles, qui fide nõ ficta bonis operibus abundant. miſericordia. n. Dei eſt, quæ nos ad Chriſtum ducit. Et quid eſt ire ad Chriſtum, niſi fide filium Dei fieri, & credere in Chriſtum? Quapropter eo in loco non tollit Apoſtolus humanã libertatem, ſed aſſerit velle noſtrum nequaquam ſufficere, niſi ſpiritus ſancti dono adiuetur. Eodem modo ſedantur verba Hierem. 10. & Pauli Heb. 12. nã inquit ille. Non eſt viri ſuos facere greſſus, ait iſte, Rectos greſſus facere conceſſum homini. Pugnantia ergo dicunt? abſit. Nam licèt greſſus facere ſit in hominis poteſtate, cui & velle adiacet, nequit tamen illos per ſe facere rectos, nec perficere ſine illo cui conuenit illos in homine figere. Quod Paulus ad Philipp. 1. inſinuat dicens. Confido autem in domino, quia qui bonum opus cœpit in uobis, perficiet vſque in diem domini noſtri Ieſu Chriſti. Et Pſal. 16. Perfice greſſus meos in ſemitis tuis, nouerat enim hos greſſus nullatenus poſſe dirigi ſine Deo. At quia Deus ſtatuit ut in opere iſto conſenſus addatur hominis, ideo Paulus Heb. 13. admonet illos, ut ſuis uotis concurrentibus hos greſſus rectos faciant, tãquam Dei coadiutores in opere, ne abſque illo hos facientes greſſus, tanquam cęcutientes à recto itinere errantes claudicarent. Addimus certum eſſe nos uelle, quando uolumus; ſed Deus facit, ut bonum velimus: certum eſt nos facere cum facimus, ſed ille facit, ut faciamus, uires præbens voluntati: ideo vt ſupra tetigimus, dixit in Ezechiel. Faciam ut in pręceptis meis ambuletis & iudicia mea cuſtodiatis, & operemini. Quid enim eſt faciam, ut faciatis, niſi quia auferam à vobis cor lapideum, cor durum, & dabo vobis cor carneum, cor molle, & cor obediẽs vt faciatis? Deus igitur facit, ut nos faciamus, qa niſi ipſe faceret, minimè faceremus, tamẽ non cogit, quia nemo ſaluatur inuitus. Hoc cognoſcens Propheta Pſal. 50. dicebat. Cor mundũ crea in me Deus.

Pſal. 38. Philip. 1. Pſal. 16. Heb. 13. Pſal. 50.

Quid eſt cor nouum in nobis à Deo creatum, niſi nouitate reuelatæ intelligentiæ decorari? veluti nouum teſtamentum: ideo nouum, quia nouo lumine gratiæ atq; æternæ fidei ſtabilitum eſt. Quare ò Creator optime, licet velle mihi adiaceat, quia voluntas indifferens ad bonum & malum, tamen illud ſic mihi adiacere noui, & minimè opus bonum perficere queam, niſi tu adiuues, qui ſolus facis, vt bonũ ſit, quod uult mea voluntas. Adiuua ergo nos & miſerere noſtri.

Sed contra ſic perflant uenti contrarii hæreticorum. Adam propter inobedientiæ malum ſic cecidit in peccatum in cæcitatẽ, & ignorantiam Dei, vt nihil niſi peccatum facere & quærere poſſit.

Quibus reſiſtunt obſtacula fortiſſima Catholicorum ita reſpondẽtium: uerum eſt, & firmiter tenendum hominem fomitem peccati habere, & lubricos carnis motus ad malum: in his tamen motibus liberam eſſe uoluntatem, ut vel obediat vel non. Apertè docet Apoſtolus
Rom.7. Rom.7. Nunc autem iam non ego operor, quò fit ut voluntas debilitata in libertate, licèt ex ſe ſola non poſſit ad bonum, id tamen poteſt adiuuante gratia.

Prætereà natura noſtra abſq; voluntate & ratione nihil aliud eſt, niſi res quędam irrationalis, & quomodo nunc peccabit, ſi peccare in hominis libertate non eſt? cum ſecundum Auguſtinum nemo peccat in eo, quòd uitari non poteſt, & ut communiter fertur, Per ea quæ nō ſunt in poteſtate noſtra, neque meremur, neque demeremur. nemo igitur tenetur ad culpam, niſi voluntate propria deflexerit.

Adhuc iniquæ nobis Syrenæ obiiciunt. Si opera noſtra charitatis & iuſtitiæ plena, vt deberemus, non facimus, ſed ſemper in eis deficit charitas & iuſtitia, carnem omni tali opere reluctante & repugnāte ſpiritui, ſequitur quòd in omni opere peccamus & deficiemus: hæc autem deficientia ineſt naturæ vitiatæ ex peccato.

Aug. Reſpondent Catholici & potiſſimùm Aug. lib. de ſpiritu & litera cap. vltimo, inquiens. Iuſtitia eſt duplex: vna quæ deſeruit futuræ vitæ, vbi plenè diligemus, & perfectæ dilectionis Dei pręceptum adimplebitur abſque ulla fomitis renitentia: & iſta iuſtitia maior eſt, atq; potior; altera eſt minor priori, quæ huic vitæ noſtræ præſenti competit; qua iuſtus ex fide uiuit, licèt peregrinus a Domino, & ad hanc iuſtitiam pertinet, ne in quibuſdam operibus peccemus, & maximè in illis, quæ citra voluntatem contingunt. Nam Dominus non plus à nobis exigit, quàm quod per gratiam eius adiuti præſtare valebimus: vltra poſſibile enim Dominus neminem obligat. Quādo ergo vires omnes pro noſtra fragilitate poſſibiles, diligendo Dominū, aut aliquod opus faciendo ſumus impartiti, ſi quid ibi defuerit, culpæ nequaquā defectus iſte imputabitur. ſic ſcriptura multos viros iuſtos & perfectos nominat, qui licèt non caruerint fomite peccati, attamen iuſtitia illa, quæ præſenti uitæ competit iuſti fuerunt, nec in omnibus operi
Gen.6. bus peccauerunt. Sic Noe dicitur vir iuſtus. Gen.6. Noe uir iuſtus atque perfectus fuit in generationibus ſuis. & Abrahæ dictum eſt Gen.
Gen.17. 17. Ambula corā me, & eſto perfectus; & Iob.1. uocatur vir ſimplex
Iob.1. & rectus & de parentibus Ioannis Luc.1. Scriptum eſt, quòd erant iu
Luc.1. ſti ambo ante Deum incedentes in omnibus mandatis, & iuſtificationibus Domini ſine querela: ergo Dominus non exigit ultra poſſibile,
1.Cor.7. ſed quod in nobis eſt, appetit. ſic ait Apoſtolus. 1.Cor.7. Solutus es ab

uxore

vxore,noli quærere uxorem: Si autem acceperis vxorem, non peccaſti;& ſi nupſerit virgo,non peccauit.& 1.Cor. 15.Euigilate iuſti & nolite peccare.id enim nullo modo dixiſſet ſi ĩ omni opere homo neceſſariò peccaret. Et Chriſtus Mat. 6. inquit. Si oculus tuus fuerit ſimplex,totum corpus tuum lucidum erit,ideſt,intentio recta erit, nullæ tenebræ, ideſt peccata ibi erunt. nam per tenebras peccata intelliguntur,ut Paul.Ephſ.5.eratis aliquando tenebræ.Falsò ergo hæretici in omni opere hominem peccare aſſerunt.non igitur quęuis deficientia à ſumma charitatis plenitudine eſt peccatum,ſed ea ſola,quam vitare potuimus,quæ & proinde voluntaria dicitur : quæ autem nihil habet voluntarii, nec peccatum ſecundum veram rationem peccati poteſt dici. 1.Cor.15. Mat.6. Epheſ.5.

Adhuc inſtant hæretici.natura noſtra poſt peccatum,nihil niſi peccatum & malum efficere poteſt,& hoc neceſſariò quaſi ex conditione,quia Mat.7.Non poteſt arbor mala bonos fructus facere, & Paul. Epheſ.2.Eramus natura filii irę,& Dauid Pſal. 13.Omnes declinauerunt.Et Gen.6.& 8.Senſus.n.& cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcẽtia ſua.ergo natura fons eſt & origo oĩs mali. Mat.7. Epheſ.2. Pſal.13.

Reſpondẽt Catholici in homine abſque gratia conſtituto, in quo ſolùm dominatur fomes peccati,nemo negat fructum,ideſt opus, ibi fore malum, cum animalis homo omni gratia deſtitutus non percipiat ea, quæ ſunt ſpiritus Dei. Sed aliud dicendum eſt de homine exiſtente in gratia gratum faciente, quæ quando dominatur in homine aliquem parturit fructum,qui ſit inculpatè bonus: nam ſi gratia potentior eſt fomite ut Paul.Rom.5.ait.Si.n.vnius delicto multi mortui ſunt;multo magis gratia Dei in plures abundauit. Si ergo fomes facit opus malum,ergo gratia,quæ eſt potentior, opus bonũ efficere poteſt,& ſi arbor mala eſt.i.homo natura habet fomitem, efficitur tamen bona arbor per gratiam,qua habita, fit ut non ſint omnia opera peccata; vt Chriſtus Matth. 12.Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum.quando ergo homo facit quod in ſe eſt, adiuuante gratia Dei; quæ præſtò eſt,tunc conſtituitur arbor bona, & ſic dicitur filius Dei,,& non filius iræ: Item homo non baptizatus,dicitur arbor mala,quia nullam habet gratiam iuſtificantem:ſuſcepto uerò baptiſmate dicitur arbor bona,ergo in libertate noſtra eſt,& uolũtate libera aſſentire vocationi diuinæ,& pulſanti Deo hoſtiũ aperire.

Ieiunemus ergo,& pœnitentiam agamus,ad Deum currentes poſt commiſſa peccata. Quorſum? audi Bernardum quid dicat.Ieiunio redimuntur ſempiterna ſupplicia,gehennam meruimus, ubi nullus unquam cibus eſt,conſolatio nulla, terminus nullus, vbi guttam a-

quæ

quæ diues poſtulat,& accipere non meretur.bonum ergo eſt & ſalu tare ieiunium,quo redimuntur ęterna ſupplicia, dum remittuntur hoc modo peccata:non ſolum obtinet ueniam , ſed meretur gratiá, nō;ſolum delet peccata præterita,quæ cómiſimus;ſed & repellit futura,quæ committere poſſumus.ergo ieiunandum eſt, ut primus fructus huius Euangelii nos docet.

Secundus fructus. Secundum pretioſum, quod fideles in hoc portu ſacri Euangelii piſcantur,eſt exterminatio ieiunii hypocritarum , quod condemnatur à Chriſto dicente. *Exterminant enim facies ſuas*. Qui tanquam prudétiſſimus agricola,ut granum purum tempore ſuo colligere valeat, ſpinas interdum euellit,ne grano impedimento fiant;& ut ſapientiſſimus & induſtrius medicus,qui contra animæ morbos eſcarum paritatem & dietam inſtituens,in confectionibus ſuis aliud quidquam admiſceri alienum,nulla ratione conſentit,ne medicinæ uis,effectuſque impediatur,ſi ergo ſalubri(ſed amaro,in cortice tantùm)ieiunio aliquid laudis humanæ inuoluatur,ipſum puta vehementer obeſſe: bonorum.n.operum communis calamitas,eſt inanis gloria,qua quis ab hominibus videri contendit,ut magnificetur in oculis eorum,ſed non coram Domino.ſuper capita montium ſacrificat,ut à longè conſpiciatur: tales raptores ſunt gloriæ Dei,quos Chriſtus abſq; mercede remittit,à ſe reiicit,maledicit,nec eos ſe noſſe teſtatur. Vnde ait

2. Cor. 10. Paul.2.Cor.10.Qui gloriatur, in domino glorietur.& Iob.13. Non

Iob.13. enim ueniet in conſpectu eius omnis hypocrita?.

Mat.25. Sed contra Matth.25.Congregabuntur ante eum omnes gentes, ergo quō fugiet fraudolentus hypocrita, ut non compareat ante tribunal Chriſti?

Reſpondeo aduentus duplex:alter in die vniuerſalis iudicii,& túc omnes uenient:alter verò,quando itur ad Chriſtum pro remiſſione peccatorum,& ſic hypocritæ minimè venient,cum aliquid à Domino impetrandi capaces haud ſint; mundo.n.& hominibus , non Deo placere intendunt, ideo receperunt mercedem ſuam , quia, ut dicit

Tit.1. Apoſtolus ad Titum.1.Confitentur ſe noſſe Deum: factis autem negant.cum ergo opera ipſorum omnia ex fide & charitate nequaquam proficiſcantur, inutilia appellantur, & potius iram , quàm gratiam promerentur.nam opera fidelium fide & charitate confici debent,nō autem ut mundo appareant: Si uerò ex fide fiunt & gratia, Deo placent, & non ſunt peccata contra aduerſarios eccleſiæ. Deum dicentes odiſſe opera noſtra, quoniam peccata ſunt, ideo ſolam fidem exigere.Sed hoc falſum eſſe probat ſcriptura, & eſſe placita Deo fide-

Gen. 22. lium opera.Et primo Gen.dicitur Abrahæ, quia feciſti rem hanc, & non

non pepercisti filio tuo unigenito propter me, benedicā tibi, & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cęli &c. & benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ, quia obediſti uoci meæ. Si Deus odiret fidelium opera, non ſic benediceretur Abraham. Item 3. Reg. 21. notatur pęnitentia regis Achab, & fit ſermo Domini ad prophetam Heliam. Nonne vidiſti humiliatum Achab coram me? quia igitur humiliatus eſt mei cauſa, non inducam malnm in diebus eius. Et Petrus Act. 10. In veritate comperi, quia non eſt perſonarum acceptor Deus ſed in omni gente, qui timet eū, & operatur iuſtitiā, acceptus eſt illi. — 3. Reg. 21. — Act. 10.

Et Ioan. prima. 3. fiduciam habemus ad Deum, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata eius cuſtodimus, & ea, quæ ſunt placita coram eo, facimus. Et prima Cor. 7. Qui ſine uxore eſt, ſollicitus eſt, quæ Domini ſunt: quomodo placeat Deo. — 1. Ioan. 3. — 1. Cor. 7.

Et prima ad Theſſal. 4. Quomodo oporteat uos ambulare & placere Deo. Si ergo non placent opera bona, nec nos Deo operibus placere poſſumus. placent ergo Deo opera in fide, vt Gen. 4. Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. & Chriſtus Matth. 25. Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi: eſuriui enim &c. Vnde ſi eſſent peccata, pro peccatis, daret regnum, quod falſum eſt. & Martyres pro fide Chriſti peccaſſent, quod horrendum putamus. — 1. Theſſ. 4. — Gen. 4. — Matth. 25.

Sed inſtar ventus contrarius proteſtantium, quoniam non eſt homo iuſtus, inquiunt, ſuper terram, qui faciat bonum, & non peccet. Defendit portus catholicus cum diſtinctione dicens, nō quòd ſimul dum iuſtus bonum opus facit, tūc etiam peccet: ſed quòd ille qui hodie iuſtus eſt, cadere poteſt & peccare, ſicut Prouerb. 24. Septies enim in die cadet iuſtus. — Prouerb. 24.

Adhuc ruit ventus contrarius hæreticorum hoc modo, Eſaiæ 64. Quaſi pannus menſtruatæ vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ. — Eſa. 64.

Defendit portus catholicus dicens: Hic propheta loquitur de iuſtitia legis ſine fide in Chriſtū: at opera fidei, & Euangelij non ſunt talia. Adhuc ſequuntur hæretici. Cum feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite, ſerui inutiles ſumus. Luc 17. — Luc. 17.

Defendit portus catholicus dicens, non ait, quòd opera ſint inutilia, & quòd ſimus inutiles, ſed ſic dicere debemus, inquit Chriſtus, propter humilitatem, ne contrà gratiam Dei gloriemur.

Adhuc inſtant, quòd natura ſit immunda, & arbor mala, ut Paul. Rom. 7. Non. n. quod volo bonum hoc ago, ſed quod odi malum, illud facio. Item, iam non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum. — Rom. 7.

Reſponde-

Reſpondetur, licèt homo abſque fide filius Adæ, natura iræ filius dicatur, vt nullo quo vis modo Deo placere poſſit, attamen fidelis baptiſmate effectus, Deo placet, & opera eius gratia, & fide referta Deo placent. opera ergo hypocritarum, quoniam extra charitatem ad mũdi gloriam confecta ſunt, nullatenus Deo placere poſſunt: at fidelium opera fide, & charitate perfecta Deo placent, quod quidem hoc in Euangelio Chriſtus docet inquiens, *nolite fieri &c. Tu autem cum ieiunas vnge caput.*

Secũdus fructus. Tertium, quod in hoc portu piſcantur fideles, eſt doctrina veri ieiunij, vt non laudis humanę deſiderio, aut lege cogente vtaris, ſed virtutis amore Deo obſequi, & omnia ad ſui gloriam, ſiue comedamus, ſiue bibamus, facere conemur, exclamantes cum propheta. Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam. Ideo vnge caput tuum ait Chriſtus. caput noſtrum Chriſtus eſt, nos verò mẽbra eius: ſpiritualiter Chriſtus vngendus eſt, videlicet, dare ei in eſurientibus panem, in ſitientibus potum, in nudis veſtem, in peregrinis domum, in infirmis viſitationem, in detẽtis in carcere conſolationem, in ignorantibus veram doctrinám, in deſperatis fidem, in inimicis amorem, & ſic oleo pietatis miſericordiæq; caput tuum vngere poteris. Vngere caput, quid aliud eſt, niſi quæcunque feceris opera, Dei gloriæ tribuere? Vngere caput quid eſt, niſi quæcunque bona in te cognoueris, Chrſto porrigere, ex quo omnia, in quo omnia, per quem omnia ipſi honor & gloria. *Vt pater tuus, qui videt in abſcondito, reddat tibi.* Sic Paul. Rom. 2. Reddet vnicuique ſecundum opera eius. Rom. 2.

Ezech. 33. Sed contra Ezech. 33. Omnes iuſtitiæ eius obliuioni tradentur: ſi obliuioni, igitur nulla ex eis merces ſperanda erit, quomodo igitur Paulus ait, quod dabit vnicuique?

Antequàm huiuſmodi contradictionem apparentem aggrediar, nonnullas in medium afferam concluſiones.

Prima, Eccleſia catholica, portus ſecuriſſimus docet, quòd rectè piè opera bona fieri poſſunt in illum finem, quatenus iuſtitia & ſalus æterna per illa acquiratur, ideſt, communicetur, modò ex gratia, & fide fiant, vt ſcriptura docet, & primò Dauid Pſal. 118. Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum propter retributionem, & Chriſtus Matth. 6. hodie docet orare, eleemoſynam dare, ieiunare, non coram hominibus, ſed in abſcondito, & merces erit apud patrem in cęlis. & Matt. 7. qui facit voluntatem patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnum cœlorum, & Apoſtolus Ro. 2. Gloria autem & honor, & pax omni operanti bonum. Et Heb. 10. inquit. Vt voluntatẽ Dei faciẽtes reportetis promiſſiones. & Iacobi. 1.

Pſal. 118. Matth. 6. Matth. 7. Rom. 2. Heb. 10. Iacob. 1.

Qui

Qui perſpexerit in lege perfectæ libertatis, & permanſerit in ea, non auditor obliuioſus factus, ſed factor operis, hic beatus in facto ſuo erit. & Matth. 19. apertè Chriſtus docet. Sunt eunuchi qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cœlorum: ergo opera bona valent ad conſequendam mercedem. Matth. 19.

Secunda concluſio talis eſt. Opera ex fide, & gratia facta, nedum facienda ſunt propter mercedem acquirendam, & iuſtificãt hominem, quód Lutherani quouis modo negant. Nos verò ex aduerſo, ſcripturis probamus oppoſitum, vt Ezechiel. 18. Iuſtitia iuſti ſuper eum erit, & impietas impij erit ſuper eum. Et infra, In iuſtitia ſua, quam operatus eſt, uiuet. Sic Abacuc 2. Iuſtus autem in fide ſua viuet, eam fidem volens, quæ per charitatem operatur, vt ait Paulus. Dauid quoque inquit, Et retribuet mihi Dominus ſecundum iuſtitiam meam, & ſecundum puritatem manuum mearum in conſpectu oculorum eius. Hic propheta appellat iuſtitiam manuum, id eſt operum, & iuxta illa ſperat retributionem, & hoc non ob aliud, niſi quia opera inſtificant. & Paul. 2. Timoth. 4. In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex. corona, quæ ex fide, & operibus eſt. Et Philip. 2. Cum metu & tremore veſtram ſalutem operamini, ergo non tantum credite. Sic Iacob. 2. inquit. Videtis quoniam ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantùm, adducens Abraham, qui filium ſuum obtulit. Ezech. 18. Abac. 2. Gal. 5. Pſal. 17. 2. Thi. 4. Philip. 2. Gen. 2.

Ad formam autem contradictionis apparentis ſic reſpondetur. cum propheta ait. Iuſtitiæ iuſti obliuioni tradentur, non de illis in fide, & gratia peractis, & in eis manentibus, ſed de iuſtitijs illis, à quibus homo auerſus ſequitur iniquitatem loquutus eſt, qui prius iuſtus fuerat. ſic idem propheta eo in loco ait. Si autem auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem ſecundum omnes abominationes, quas operari ſolet impius, nunquid viuet? Omnes iuſtitiæ eius, quas fecerat non recordabuntur, quæ tamen recordari non merentur, quia de libro vitæ, in quo iuſti ſcribuntur, deletæ ſunt, & in libro mortis, vt puniantur, permutatæ in iniuſtitijs. ſic propheta in perſona omnium peccatorum Pſal. 138 ait. Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes ſcribentur, ergo nulla eſt contradictio. Pſal. 138.

Sed pacem catholicam perturbantes hæretici aiunt. Opus bonum opinione ſalutis, & iuſtitiæ quærendæ gratia factum, Impium, infidele, atque idololatricum eſt, peccans in fidem, & in promiſſionem Dei, & pugnat ex diametro cum præceptis primæ Tabulæ, vbi ſolus vnus Deus adoratur, timetur, & colitur, qui ſolam fiduciam à nobis exigit in eum. Qui ergo quærit per opera ſalutem à Deo recedit, ex gratia

Exod.20. illius cadit. vnde Exod.20. Non habebis Deos alienos coram me. & Ioan.14. Chriſtus Ioann. 14. Ego ſum via, ueritas, & vita. & Paul. Roma.6. Rom.6. Gratia autem Dei vita æterna in Chriſto Ieſu Domino noſtro; ergo non ex operibus.

Reſpondent Catholici ſic, Si opus bonum factum ex fide, & gratia opinione ſalutis, & iuſtitiæ per ipſum acquirendæ, facit hominem idololatram, impium & infidelem, ergo talis impius ac infidelis impetrat gratiam Dei, patet: nam Cornelius Act.10. adhuc infidelis, Act.10. ſuis operibus quæſiuit fidem, quæſiuit iuſtitiam, & conſecutus eſt omnia, ſicut ei dixit Angelus. Orationes tuæ, & eleemoſynæ tuæ aſcẽderunt in memoriam in conſpectu Dei. Si ergo opera illa ei impetrarunt, vt cum Petrus baptizaret, & in fide Chriſti illuminaretur, quomodo opera faciunt infidelem, cum propter opera efficiatur fideliſſimus?

Dan.4. Præterea Daniel peccaſſet peccato idololatriæ, inducens regem ſpe & opinione ſalutis conſequendæ dicẽs, Quam ob rem rex conſilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemoſynis redime. Sic Chriſtus Matth. 19. Si autem uis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Et Mat.19. Matth. 3. Venit Ioannes Baptiſta prædicans in deſerto Iudeæ & di-Mat.3. cens. Pœnitentiam agite: appropinquabit enim regnum cœlorum. Et 1. Cor.5. prima Cor.8. ait Paulus. In Chriſto Ieſu neque circuncíſio aliquid valet, neque præputium, ſed fides, quæ per charitatem operatur. idest obſeruantia mandatorum Dei. Si ergo idololatricum eſt inducere hominem ad opera ſeruanda ſpe ſalutis conſequendæ, ſequitur totam ſcripturam Euangelicam Chriſti, & Apoſtolorum doctrinã eſſe idololatricam: ad bonum enim faciendũ hortantur, & malũ fugiendũ.

Inſuper opus factum ex fide & gratia, primariò fit nõ propter mercedem, ſed honorem Dei, quia opus ſic fit ex gratia, quæ inclinat operantem primariò operari propter Deum ſummè dilectũ, & ſui ipſius 1.Cor.10. gratia. Vnde Apoſtolus prima Corint. 10. Siue ergo manducatis, ſiue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Secundariò tamen opus fieri poteſt propter mercedem, quam Deus gratuita Mat.5. miſericordia ſua promiſit, iuxta illud Mat. 5. Gaudete & exultate, qm̃ merces ueſtra copioſa eſt in cęlis. Nec opus factum ex gratia primò propter Deum, ſecundariò propter retributionem, dicitur opus ſeruile, vel timoris, aut mercedis; ſed opus amoris ac amicitiæ fidelis, quia ex gratia. patet ergo falſitas eorum: filius etenim ſeruit pro hæreditate. i. propter ipſum Deum, ſeruus verò propter mercedem temporalium: filius ergo manebit in domo in æternum, ſeruus autẽ &c.

Et ſi adhuc inſtarent quomodo opera ſunt meritoria homini, cũ

non

non ſint hominis? dicente propheta Eſa. 26. Omnia opera noſtra operatus es in nobis Domine. Si ergo opera non ſunt noſtra, quomodo ſunt nobis meritoria?

Reſpõdemus, opera bona ex fide fluentia, Dei ſunt, & noſtra Dei enim in hoc, quod ipſe ſua gratia facit ea meritoria gloriæ, qualia nec ex ſe, nec ex nobis eſſent: noſtra autem in hoc, quod nos liberè producimus ea, tanquam Dei optimi coadiutores: noſtrum. n. liberum arbitrium, ut iam diximus, citra Dei monitionem, præuentionem, & cooperationem non poteſt aggredi aliquod opus verè bonum; cum tamen à Deo monitum, & præuentum fuerit, poteſt Deo monenti obedire, Deo operanti cooperari. Hinc habemus duo, Dei ſcilicet monitionem, & noſtram obedientiam, Dei operationem, & noſtram cooperationem, quare in eodem opere ſimul & Deus, & nos operamur: opera ergo ſunt Dei & noſtra, quia Dei præuentione & aſſiſtentia, & gratiæ inhærentia, & noſtro conſenſu & cooperatione fiunt.

Sed dicent hæretici. non nè meum eſt quod Deus mihi dat eſſe meum? Certè quid dicatur illis, niſi quod ſcribitur Matt. 20. Aut non licet mihi quod volo facere? an oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum? Vnde Auguſtinus ad Siſtum presbyterum ait, Quando Deus opera noſtra remunerat, tunc ſua dona coronat, quare etiam ſoli Deo debetur gloria: opus verò merè noſtrum dicitur, quod non fit ex gratia, vti eſt opus Thurcæ, & in fidelis non habentis fidem, & illud non coronat Deus gloria ſempiterna non ſequitur ergo; hoc ex gratia, ergo non eſt meritoriũ: alioquin paſſio Chriſti facta ex gratia, nulli eſſet meritoria. At datur gratia gratum faciens gratis abſque reſpectu operum, qua accepta opera in illa facta, ipſa gratia facit accepta Deo, & nobis meritoria. Mat. 20. Auguſtinus.

Concluſio itaque eſt, quod ille, qui operatur bonum, poteſt duci vel in ipſum opus quod facit, ſolùm vt virtute illius operis mercedẽ ſibi promittat, ac ſtatuat: éo ſolo intuitu intentio mala fit, quæ declinat à ſummo bono, vt aduerſarii aſſerunt. vel intentio primũ ad Dei gloriam referiur: quoniam ſummè honorandus eſt, vt eius præceptis obtemperemus, nullam operis mercedem, ſed Dei gloriam tantùm reſpicientes, & ſic rectè opus propter ſpem ſalutis conſequendæ efficitur, & ſic patet ſolutio cõtradictionis.

Ieiunemus ergo hilari vultu, nec tamen pro naturæ et ualetudinis ratione ſuſcipiendum, ut noſtri Epicurei, Sardanapali volunt: qui, ut quibuſuis voluptatibus explendis ſufficere poſſint, nullã corporis moleſtiam volunt. Diſcurre tuo modo.

Quartum precioſum & vltimum, quod in hoc portu hauriunt ani- Quartus fructus.

mæ fideles, eſt, ut theſaurizemus in cęlo, quoniam uanum eſt & Chriſtiano uiro indignum nimis pro theſauri loco terrã eligere: tuæ ſemper electionis erit, cũ liber homo ſis, theſauri loco terram deorſum, vel cœlum ſurſum eligere. Si terram, theſaurizas tibi irã in die iræ. Terra quidem maledicta eſt in operibus à Deo: ſcriptum eſt.n. Veh,
Apoc.8. veh, veh habitantibus in terra. Vtquid ergo bona tua in maledictionis domicilio collocas? illic theſauri ſi permanent, velut pix calida, inquinant decipiuntq; poſſeſſores; ſatietatem, quietem promittentes, quę non præſtant. fruſtra igitur theſaurizat neſciens cui cõgregat. Vn
Pſal.39. de propheta Pſal.39. Beatus vir, cuius eſt nomen Domini ſpes eius,
Eccleſ.31. & non reſpexit in vanitates & inſanias falſas. Et Eccleſiaſtici.31. Qui
Pſal.15. poſt aurum nõ abiit, nec ſperauit in pecunia & theſauris. Et Pſal.15.
Pſal.38. Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei. & Pſal.38. Et nũc quę eſt expectatio mea? non ne Dominus? & ſubſtantia mea apud te eſt, ſed Dominus in cœlo habitat. ergo in cœlo theſaurizandum, non in terra. nam Iob cap.1. ait, Terra & oĩa in illa contenta auferenda ſunt.

Eccleſ.1. Sed contra. Eccleſiaſtes primo. Terra autem in æternum ſtat. Reſpondeo, quòd terra ab illa vetuſtate & corruptione, in qua adhuc manet, purganda eſt, veluti diluuij tempore aquis purgata fuit, ita in finali tempore ab omni corruptione igne purgabitur, quando erit cœlum nouum, & terra noua; non tranſibit terræ eſſentia, ſed figura, & formam induet, quam nunquam habuit, vt Paulus.1.Cor.7. Præte
1.Cor.7. rit.n. figura huius mundi, vt alteram induat nobiliorem, quæ de terra viuentium eſt intelligenda: ipſa enim tanquam firmamentum ſtabit in æternum, cum ſit à primis qualitatibus penitus aliena. Vel dicã & forte melius, quod de terra corporis noſtri intelligi poteſt, iam glo
1.Cor.15. rioſa effecta in cœlo. & hoc Paulus innuit.1.Cor.15. Oportet.n. corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Auferendæ ſunt ergo qualitates terræ, vt theſaurum Chriſtum in ea abſcondere poſſimus; nam ſi in hac corruptibili theſaurizare cupimus, illam ingredi difficile erit. Ideo Chriſtus Matth.19. ait, facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem intrare in regnum cœlorum.

Sed contra, nonne Abraham diues cœlum ingreſſus eſt, qui opulẽtiſſimus fuit, armentorumq;, auri, & argenti numerus quaſi infinitus ei fuit, tamen iam cœlum poſſidet. Audi Mat.8. Et recumbent cum Abraham, Iſaac, & Iacob in regno cœlorum.

Reſpondeo, qui fiduciam ſuam in theſauris ſuis, pluſquàm oportet, habet, difficile erit ei cœlum ingredi, hoc tamen impoſſibile minimè erit, qui.n. liberè Deo ſeruire voluerit, ut iam dimiſſis terreno-

rum

rum affectionibus in ſolo Deo confidat, iuxta illud dictũ prophetæ, Pſal.61.Diuitię ſi affluant,nolite cor apponere,is facilè ingrediť,qui verò diuitiis,pluſquàm decet, incumbit, is plurimum longè eſt à regno Dei.cum nemo poſſit duobus dominis ſeruire. Pſal.61 Mat.6.

Sed dices,qualis eſt theſaurus,quo diuites efficimur in cęlo?

Reſpondeo,ꝙ opera in fide & charitate facta,quæ ſi in vulneribus Ieſu Chriſti poſuerimus,in cęlo Theſarizamus: in eo enim ſpes bonorum omnium collocatur.

Sed cur Deus non indigens operibus noſtris,nobis tamẽ bona facere præcipit?Reſpondeo multis de cauſis Deum hoc facere.

Prima cauſa eſt, vt præſtemus ei obedientiam, quam tamen Dn̄s, & creator noſter à nobis exigit;eſt enim ſua voluntas,vt bona,& non mala perficiamus:ideo Matt.7.Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine,intrabit in regnum cęlorum, ſed qui facit voluntatem patris mei,qui in cęlis eſt. Et 1.Theſ.4. Hæc eſt enim voluntas Dei ſanctificatio veſtra, & vt volũtati eius obediamus,præcepta & bona opera nobis præſcripſit, vt quæ ſibi placeant, & quæ diſpliceant, ſciremus.Exod.20.Et Matth.19.Qua de re ſeruus,qui cognouit voluntatem Domini ſui,& non ſe præparauit, & non fecit ſecundum voluntatem eius,uapulauit multis.Luc.12. Mat.7. Theſ.4. Exdo.20. Mat.19. Luc.12.

Secunda cauſa eſt, vt acceptam iuſtificationem & gratiam retinere poſſimus:quid enim accepiſſe,& non retinere gratiam Dei iuſtificantem,prodeſſet?non autem niſi per bona opera retinetur. Paul.Ro.8. Si enim ſecundum carnem vixeritis,moriemini. Et Ioan.5. Chriſtus ait,Ecce ſanus factus es,iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid cõtingat,& Paulus 2.Cor.6.Exhortamur ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.Adam enim innocentiam non retinuit, domini enim præceptum fregit,Gen.3.Saul, quoniã Deo obedire noluit, reijcitur. primo Paralip.10.Patres à manu Pharaonis liberantur. Exod.14.ſed poſteà peccantes in deſerto perierunt. igitur bona opera iuſtificationem retinent,ſicuti cibus naturalẽ vitam:poteſt.n.filius, ſi contumax fuerit,paternã hæreditatem perdere,ſic iuſtificatus,quemadmodũ Iudas. Rom.8. Ioan.5. 2.Cor.6. Gen.3. 1 Paralip 1. Exod.14.

Tertia cauſa eſt,vt à nobis Deus benedictus glorificetur,quod per bona opera fieri facilè videtur,dum Deus ab illis honoratur,& proximus emendatur. Chriſto præcipiente Matth.5. Sic luceat lux veſtra coram hominibus,vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrẽ veſtrum,qui in cęlis eſt. Mat.5.

Quarta cauſa eſt,fidei noſtræ confeſſio.Paul. Ro.10.Corde enim creditur ad iuſtitiam,ore aũt cõfeſſio fit ad ſalutẽ: per bona opera nos fidem Chriſti habere teſtamur. per hoc etiam Chriſtianus cognoſci- Ro.10.

1 Pet. 2. tur prima Petri. 2. Conuerſationẽ veſtram habentes inter gentes bonam, vt in eo quod detractant de vobis, tanquàm de malefactoribus ex bonis operibus vos conſiderantes glorificent Deum.

Quinta cauſa, vt in nobis vitia extirpentur, vt creſcat internus homo, externusque corrumpatur, humilitas namque expellit ſuperbiam, ieiunium crapulam caſtitas luxuriam, oratio fugat diabolum Virtutes enim expellunt vitia: nam opera bona ſunt medicina, qua ſanantur vitia noſtra, ne regnet caro cum ſuis concupiſcentijs.

1 Cor. 3. Sexta cauſa eſt, quia Deus vlteriorem gratiam, præter eam, quam hic accipimus, nobis largiturus eſt, vitam æternã ſcilicet, & dona varia hic, & in futuro. Prima Cor. 3. Vnuſquisq; autem propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem: vult enim varia reddere pręmia pro operibus ſecundum gradus laborum. 1. Cor. 15. Sicut differt ſtella à ſtella in claritate & magnitudine, ita diuerſi ſunt gradus præmiorum in cœlo, ſecundum quod etiam hic diuerſi ſunt ſtatus, atque opera. Hic enim martyr, hic confeſſor. Et ſi fidei correſpõdet ex gratia præmium eſſentiale in cœlo, tamen accidentale præmium operibus reſpondebit. Hæc autem præmia operum ex gratuita Dei promiſſione ſunt, quæ non ab operibus, ſed à pia voluntate diuina naſcũtur.

1. Cor. 15.

Vltima cauſa eſt, eo quia opera bona præcepta ſunt, quia mediã ſunt, per quæ Deus gloriam ſuam impartiri vult: talem enim ordinẽ, ne homo vitam ocioſam uiueret, Chriſtus inſtituit. poſſet enim ſine opere gloriam ſuam tribuere, ſed hoc noluit: iuſtificauit enim te gratis, ſuam hanc gratiam tibi largitus eſt, adiutoriumuę ſpiritus ſancti tibi promiſit, donauitque, & te laborare, & non ociari in vinea iubet. Ideo ſi laborauerimus, tunc ſimul cum fide ſalutem apprehẽdemus: ſin autem neglexerimus, ſicut fatuis virginibus nobis fiet.

Theſaurizemus ergo theſauros operum perfectorum in cœlo, id eſt in Chriſto, in quo ſunt omnes theſauri ſcientiæ, & ſapientiæ Dei abſconditi, non autem in terra, vbi erugo & tinea conſumunt. conuertimini ad eum, vt gratiam & theſauros amiſſos recuperemus. Vnde in perſona Dei propheta ait, Conuertimi ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, fletu, & planctu.

Gen. 6. Hoc in loco notandum eſt, quòd clementiſſimus Deus antequàm aliquem flagellis perderet, ei anteà prædicebat, vt tempore Noe, quãdo malitia & improbitas hominum adeò creuerat, vt hæc verba, Pœnitet me feciſſe hominem, iram Dei præ ſe ferrent: omnis enim caro corruperat viam ſuam ſuper terram. Quare Deus patriarcham Noe, vt arcam fabricaret, alloquutus eſt, vt aquarum fluentium copia populus ille pernicioſus caſtigaretur. Sic Dauid cautum fecit per prophetam

2. Reg. 24.

phetam Gad, vt ex tribus ſibi propoſitis calamitatibus,ſcilicet fame, peſte, perſecutione, vnam eligeret. Sic ciuitati Ieruſalem, antequàm deſtrueretu, ruinam prædixit. Eodẽ modo admonitione paterna per prophetam Ioelẽ nos hodie cautos facit dicens, Conuertimini ad me in toto corde veſtro: quia huc vſque auerſi fuiſtis à me. non ad mundum, non ad carnem: nam vt ait. Chryſoſt. Qui theſaurizat in terra, non habet quid ſperet in cœlo. Luc.19. Ioel.2.

In ieiunio & in fletu, & in plãctu. hæc ſunt media, quibus theſaurizamus in Chriſto ieiunium ſcilicet, ſed non illud, de quo Auguſtinus in Eremo ad fratres ait. Ieiunant aliqui infirmi, vt parcitate ciborum ſanentur: nonnulli, quia nimis anteà comederunt: quàm plurimi auaritia ducti, & nonnulli hypocriſi. Chriſtianus verò nullo iſtorum ieiunio theſaurizat cęlum, ſed vero, & ſincero corde ieiunans: quoniam qui tale agit ieiunium cum Helia cœlum aperit, pluuiam obtinet: cũ eodem mentem purgat, caſtitatiuè lumen tribuit. hoc propheta intẽdebat dicens. Sanctificate ieiunium veſtrum. Quid ſanctificare ieiunium eſt, niſi ieiunio ſancta velle? Sanctificas ieiunium, ſi adulationi parentum, vel amicorum aures non præbebis, ſi iuſtitia pretio nõ vẽdes, ſi vanitatem non reſpicies, ſi patientia tribulationes reijcies, ſi lites euellis, ſi luctu, & lachrymis cogitationum carnalium ignem extingues: denique ſi tua ſubſtantia hilari vultu pauperes nutrire nõ negliges, & legi Dei incumbes. Ideo vt ieiunio in cęlo vitam æternam theſaurizes, eſto fortis in fide, iuſtus in iudicijs, fidelis in conſuetudine, patiens in contumelijs, conſtans in aduerſitatibus, ſobrius in conuiuiis, cõpatiẽs afflictis, æqualis humilibus, & quæ placita ſunt Deo, ſemper facere coneris: quoniam hæc omnia fide peracta, ſi fuerint in Chriſti latere locata, eiusque ſanguine inuoluta, tanquàm theſauri inuenientur, non ſolum in cœlo, ſed in cœlo cęlorum, in quo omnes diuitiæ affluunt, omnis gloria inuenitur, omnis conſolatio reperitur, omnis corona accipitur. Augu.

Theſaurizate ergo vobis theſauros in hoc cęlo Chriſto, quia ærugo & latrones ab eo fugantur, & expelluntur, & ſic caro non concupiſcet aduerſus ſpiritum: ſanguis enim Chriſti de latere effuſus lauat, mundatque carnalem hominem, illumque ſpiritalem reddit. Hoc Paulus in ſuis epiſtolis fidelibus oſtendit. iam enim priuſquàm caro ſanguine lauaretur, nil niſi mundum, dæmonem, & carnis concupiſcentias appetebat.

Theſaurizate ideo vobis theſauros in cęlis, quoniam ſecundum omnes philoſophos conſtat Deum eſſe in cęlo, ſed Chriſtiani addunt illum eſſe etiam in terris, in omnibus creaturis. Philoſophi volũt illũ

vt motorẽ, Chriſtiani verò vt creatorem,& conſeruatorem vbiq; per eſſentiam,intimæ penetrationis,ĩmediatus rei vnicuiq, dãdo eſſe præſentiam,tam cognitionis,quàm diſtantię localis,nõ procul eſt ab vno quoq;:in ipſo.n.viuimus, mouemur, & ſumus. per potentiam vbiq; eſt,quod omnia obedientiæ ſuæ ſubijciuntur. Cęlum & terram ego impleo: et ſi aſcendero in cęlum tu illic es.plena eſt oĩs terra maieſtate eius.Licèt igitur vbiq; ſit, ſcriptura tñ illũ in cęlis eſſe profert. ibi enim maiora mirabilioraque, & ſublimiora facit propter harmoniã, ordinem, pulchritudinem, & operationem. Sunt.n.cęleſtia corpora magnæ altitudinis,miræ latitudinis,ingentis luminoſitatis; motu regulari ſyderibus ornata, corpora ſimplicia virtute ſtabilia, tempore incorruptibilia,vitali influxu mirabili efficacia. Ex eorum magnitudine Dei potentia,ex pulchritudine Dei ſapientia,ex influxu & virtute Dei bonitas, & ex eorum perpetuitate Dei incorruptibilitas, & æternitas demonſtratur. Inter hos autem cęlos maximè in cęlo empyreo,quod eſt locus & domus ſanctorum Angelorum,& Beatorum relucet, vbi ſe præbet ſpenctandus Deus facie ad faciem. In hoc autẽ theſaurizandum eſt.

Theſaurizate ergo vobis theſauros in cęlo, vbi eſt pater noſter, cuius omnia ſunt plena,ergo nobis omne datũ optimum,& omne donum perfectum dare poterit, & theſauros noſtros fideliter cuſtodire.

Theſaurizate in cœlo, & ſciatis, quòd nulla creatura Deo fauente nobis nocere habet, nam cum patrem noſtrum, qui filios ſuos non poteſt non diligere,in cęlo eſſe profiteamur, fruſtra, metuemus à ſignis cęli,quę ad bonum filiorum à patre cęleſti regulantur.

Theſaurizate in cęlo, vt inter terrena bona & cęleſtia diſcrimẽ percipiamus. Hæc enim corruptibilia ſunt & infima, ita vt in eis ſpem nr̃am collocare nõ debeamus,nec poſſimus: cęleſtia autẽ pręſtãtiora ſunt & fortiora, ditiſſima,pro quibus cõdẽnanda ſunt hæc inferiora.

Theſaurizate in cęlo, vt recogitandum putemus vnde delapſi ſimus,nempè à cœlo,à quo curſu ad deſtinatum locum fœlicitatis noſtrę,Chriſti paſſione intercedente,redituri ſumus.Illa enim eſt patria nr̃a hic verò mũdus carcer,& exiliũ.Nos verò nil aliud petamus oprę musq; niſi cęleſtia,cœleſtemq; hæreditatem, non terrena, & caduca.

Theſaurizate in cœlo,vt doceamus ſicut à cœlis bonũ multiplex in hęc inferiora deſcẽdit,lucis,caloris,fœcũditatis,pluuiæ,atq; ĩfluxus, ita à cœlo Empyreo,& à Pr̃e luminũ varia donorũ genera,ac bñficiorũ deſcẽdere credamus.alij dat̃ ſermo ſapientiæ,alij ſermo ſcię,vt Augu.& Amb.dñt,& exponũt allegoricè moraliter & literaliter,ĩ cęlis:i. in angelis,ſanctorũ iuſtorumq; cordibus:nã ſicuti peccator dr̃ terra.

Terra

Terra es,& in terram ibis: ita iuſti aptiſſima metaphora cœli dicunt, & vt cœli operantur. Ideo Paulus ſuper illum Pſalmum, Cœli enarrant. intelligit de Apoſtolis. Dicuntur autem cœli, quia conuerſatio iuſtorum in cœlis eſt, ad cœlum aſpirant, & propter cœlum operantur. Eſt autem Deus in animabus ſanctis ſpeciali quodam modo, quo non eſt in peccatoribus, vel in cęteris creaturis irrationalibus; nam in iuſtis eſt ſedes ſapientiæ, in peccatoribus autem Deus non habitat, ac requiem non habet, vel ſedem. Templum enim Dei ſanctum eſt: habitat enim ſancta Trinitas: ad eũ veniemus, & manſionem eum apud faciemus. Pater in memoria, Filius in intellectu, ſpiritus ſanctus in voluntate. Ioan.14.

Theſaurizate ergo theſauros in cęlo, ideſt in ſanctis: tantum enim diſcriminis inter iuſtos & peccatores, quantum inter cœlum & terram. Qui ergo theſaurizatis, petite Dominum verum theſaurum inhabitare in cordibus veſtris, vt moueat, gubernet, illuminet, fortificet, & defendat vos. ſed attedite diligenter, vt ex corporibus, & animabus veſtris cœlum faciatis, vbi theſaurum reponere poſſitis.

Theſaurizate theſauros in cœlo. cœlum enim corpus altiſſimum eſt: ſic te per ſpem ab omnibus terrenis eleuare poteris, ac etiam à te ipſo, vt non tangas terram. Et ſicut cœlum corpus clarum eſt, ita tę clarum facias, nulla ex parte tenebroſum: cognitio tua, loquela, opus conuerſatio clarè luceat. ſic luceat lux veſtra coram hominibus. Cœlum eſt corpus ſolidum, ita & tu ſi vis theſaurizare eſto robuſtus, nõ cedas dæmoni, non carni, non mundo, nec rei alicui, nec peregrinam aliquam impreſſionem peccati, & errorum ſuſcipias, ſiue doctrinis varijs, & peregrinis, ſiue opinionibus hæreticorum, & infidelium noli adduci. cœlum eſt in continuo, & perpetuo motu, ſic tu ſi theſaurizare cupis in eo, diligenter, & ſolemniter, & feſtinanter mandata Dei obſerua: nam maledictus, qui facit opus Dei negligenter. Matt.5. Hier.8.

Theſaurizate in cœlo. ſicut enim cœlum plenum ſtellis videtur, ſic tu animam tuam virtutibus imple Sole fidei, & charitatis, quod fertur per duodecim ſigna, id eſt duodecim Apoſtolos. Luna ſpei, Marte fortitudinis, Venere caſtitatis, Mercurio eloquentiæ, Ioue miſericordiæ, Saturno humilitatis, ſtellis fixis, Sanctorum exemplis, Et ſicut ſtellæ noctu lucere, & die latere videntur, ita veræ virtutes in proſperitate latent, & in aduerſitate emicare debent.

Theſaurizate in cœlo, ſicut enim cœlum pluuias, & influẽtias mittit, ita anima iuſti pluuiam lachrymarum, & in influentiam bonorũ morum, quæ animas fęcundant, mittere debet ad iuſtificandum, & fructificandum, quæ auferũt ſiccitatem indeuotionis, peccatorum im

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

mundiſtiæ lauant, carnis ardores refrigerant, videtes eorũ cõtinentiã.
Theſaurizate in cœlo in quo magis Deus operatur quàm alibi, Iuſtis dat influxum fortitudinis, ne in proſperis extollantur, neque in aduerſis contriſtentur. non conturbabitur iuſtus quicquid ei acciderit. dabo vobis os & ſapientiam, ne in foueam hæreſum & errorum cadatis. vide Paulum factum cœlum. Omnia omnibus factus ſum. ita ſicut portauimus imaginẽ terrenã, portemus imaginẽ cœleſtẽ.
Theſaurizate in cœlo. i. in vita æterna, quam electis poſt mortem ſupereſſe minimè dubitemus, atq; hic fructus & finis eſt fidei, ſpei, patiẽtiæ, & exercitationis Chriſtianę, cuius vitæ conſequẽdæ cã, nullum pietatis opus arduũ, nullus labor grauis, nullus dolor acerbus, nullũ in agendo patiendoq; tẽpus diuturnũ, ac moleſtũ verè credenti debet exiſtimari, ꝙ ſi vita hac, quæ calamitatis alioquin plena eſt, nihil dulcius ac optabilius ducitur, quanto illa demum potior habenda eſt, quæ ab omni malo ſenſu, & metu procul abeſt, quæ cœleſtibus & ineffabilibus ſine fine gaudijs, delitijs, ac voluptatibus omni ex parte
Luc. 12. ſemper abundat? de qua Chriſtus. Nolite timere puſillus grex, quoniam complacuit Patri veſtro dare vobis regnum. De quo Paulus prima Cor. 2. ait. Sed ſicut ſcriptum eſt Es. 64. quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus ijs, qui diligunt illum. Et Ioann. 17. Hæc eſt autem uita æterna, vt
1. Cor. 2. cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti, Ieſum Chriſtum.
Eſa. 64 Et Matth. 19. Et ſunt eunuchi, qui ſe caſtrauerunt propter regnum
Io. 17. cœlorum. & Matth. 25. Venite benedicti. & Apoc. 2. Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod eſt in paradiſo Dei mei. Eſto fidelis vſque
Matth. 19. ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Vicenti dabo manna abſcon-
Matth. 25. ditum, ſicut & ego accepi à patre meo, & dabo illi ſtellã matutinam.
Apoc. 2. Et Apoc. 3. Ecce venio citò, tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam, qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei,
Apoc. 5. & foras non egredietur amplius, & ſcribam ſuper eum nomen Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei nomine Ieruſalem, quæ deſcendit de cęlo à Deo meo, & nomen meum nouum. Qui vicerit dabo edere mecum in throno meo, ſicut & ego vici, & ſedi cum patre meo in throno eius. Et Roma. 2. Qui reddet vnicuique ſecundum opera eius. Et ad Titum primo. Secundum fidem electorum Dei, & agnitionem veritatis, quæ ſecundum pietatem eſt in ſpem vitæ æternę, quam promi
Rom. 2. ſit, qui non mentitur Deus ante tempora ſecularia. & cap. 3. Vt iuſti-
Tit. 1. ficati gratia ipſius hæredes ſimus ſecundum ſpem vitæ æternæ. Et 1
1. Io. 2. Io. 2. Et hæc eſt repromiſſio, quam ipſe pollicitus eſt nobis, vitã æter
Aug. nam. Et Aug. lib. 22. de Ciuitate Dei. 30. ait. Quanta erit illa fęlicitas,

vbi

vbi nullum erit malum, nullum latebit bonum, vacabitur Dei laudibus, qui erit omnia in omnibus: nam quid aliud agetur, vbi neque vlla deſidia ceſſabitur, neque vlla indigentia laborabitur, neſcio admoneor etiam ſancto cantico, vbi lego, vel audio. Beati qui habitant in domo tua Domine, in ſęcula ſęculorum laudabunt te, omnia mēbra, & viſcera corruptibilis corporis, quæ nunc videmus per vſus neceſſitatis varios, & motus diſtributa: quoniam tunc non erit ipſa neceſſitas, ſed plena, certa, ſecura, ſempiterna fęlicitas: proficient in laudibus Dei omnes quippe illi, de quibus iam ſum loquutus, qui nunc latent harmoniæ corporalis numeri, non latebunt intrinſecus, & extrinſecus per corporis cuncta diſpoſiti, & cum cęteris rebus, quæ ibi magnæ atque admirabiles videbuntur, rationales mentes in tanti artificis laudem rationabilis pulchritudinis delectatione ſuccedent. Certè vbi volet ſpiritus, ibi protinus erit corpus. Et idem Augu. lib. 3. de libero arb. c. 25. ait, Tanta eſt pulchritudo iuſtitiæ, tanta iocunditas lucis ęternæ, hoc eſt incommutabilis veritatis, atque ſapientiæ, ut etiam Aug. ſi non liceret amplius in ea manere, quàm vnius diei mora, propter hoc ſolū innumerabiles anni huius uitę pleni delitijs, & circumfluentia tēporalium bonorum rectè meritoq; contemnerentur. Non enim falsò, aut paruo affectu dictum eſt, quoniam melior eſt dies vnus in atrijs tuis ſuper millia. Idem Aug. ſerm. 64. de verbis Domini. Non magnum eſt diu viuere, aut ſemper viuere, ſed magnum eſt beatè viuere. Amemus vitam æternam, & ex eo nouerimus, quantum pro vita Aug. æterna laborare debemus, cum videmus homines amatores præſentis vitæ temporalis, atque finiendæ, ſic pro illa laborare, vt quando uenerit metus mortis, quicquid poſſunt, faciant, non vt auferant, ſed vt differant mortem. Quantum laborat homo, quando mors imminet, fugiendo, latendo, quicquid habet dando & ſe redimendo, laborando, cruciatus moleſtiasque ſuſtinendo, medicos adhibendo, & quicquid aliud homo poteſt, facilius inuenimus in vita æterna, quod ibi non ſit, quàm quod ibi ſit, tantum valet quātum habes. te da, & habebis illam; non ibi erit laxari, & dormire; non ibi erit eſurire, & ſitire; non ibi erit creſcere & ſeneſcere. Ecce quanta tuli, & nondum dixi, quid ibi erit? Ecce iam vita eſt, iam icolumitas eſt, iam nulla pęna, nulla fames, nulla ſitis, nullus defectus, nihil horum: & tamen nondum dixi, quod oculus non vidit. Theſaurizate ergo theſauros in cœlo, & non in terra, quia caro & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt.

Hæc eſt illa caro, de qua Paulus Rom. primo ait. Coluerunt & ſeruierunt potius creaturę quam creatori, propterea tradidit illos Deus in paſsionem ignominiæ. Rom. 1.

Rom. 8. Hæc eſt illa caro, de qua Paul. Roma. 8. Qui autem in carne ſunt, Deo placere non poſſunt: uos autem in carne non eſtis, ſed in ſpiritu, ſi tamen ſpiritus Dei habitat in uobis.

Epheſ. 5. Hæc eſt illa caro, quam exulem ab Epheſis cupiebat Paul. dicens, Fornicatio autem & omnis immunditia, aut auaritia nec nominetur in uobis, ſicut decet ſanctos.

Theſ. 4. Hæc eſt, de qua reprehendit Theſ. 4. Non enim uocauit nos Deus in immunditiam, ſed in ſanctificationem.

Heb. 13. Hæc eſt, de qua reprehendit Heb. 13. Fornicatores enim & adulteros iudicabit Deus.

Hæc caro te in lectulo peccatorum dormire facit. ideo Paulus reprehendens Romanos 13. ait, Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere.

Rom. 13.

Hæc caro in cognitione Dei difficultatem tribuit, ut Paulus primo Corint. 13. ait. Nunc cognoſco ex parte, tunc autem cognoſcam, ſicut & cognitus ſum. Et in eodem loco. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.

1. Cor. 13.

Hæc caro te mundum moleſto animo relinquere facit: ideo Paulus hortabatur Corinthios 2. cap. 5. Scimus enim quoniam ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, quòd ædificationem ex Deo habeamus, domum nō manu factam, ſed æternã in cœlis.

2. Cor. 5.

Hæc caro in operando difficultatem ponit. ideo Paulus hortabatur Galatas 6. ad perſeuerantiam dicens, Bonum autem facientes non deficiamus: tempore enim ſuo metemus non deficientes. Corinthios hortabatur cap. 4. Propter quod non deficimus, id enim quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ: ſupra modum in ſublimitate in æternum gloriæ pondus operatur in nobis.

Gal. 6.

2. Cor. 4.

Hæc caro ponit difficultatem & dolorem illis, qui theſauros relinquere nellent. ideo Paulus ad Philip. 3. Sed quæ mihi fuerunt lucra, hec arbitratus ſum propter Chriſtum detrimenta & ſtercora, ut Chriſtum lucrifaciam ad cognoſcendum illum & uirtutem reſurrectionis. Eodem modo Coloſ. primo. In omni patientia & longanimitate cum gaudio gratias agentes Deo & patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum in lumine, qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum filij dilectionis ſuæ, in quo habemus redemptionem & remiſsionem peccatorum.

Philip. 3.

Coloſ. 1.

Coloſ. 3. Hæc caro Chriſtum cognoſcendum nemini dat: ideo Paulus ad Coloſ. 3. Mortui enim eſtis, & uita ueſtra eſt abſcondita cum Chriſto in Deo. Cum autem Chriſtus apparuerit uita ueſtra, tunc & uos apparebitis cum ipſo in gloria. Ieiunemus ergo patres: ieiunium enim a Chriſto præponitur, & ab Eccleſia Catholica confirmatur.

FERIA

FERIA QVINTA CINERVM.

Acceſſit ad eum Centurio. Matth. 8.

PAVLVS Apoſtolus ſorte electionis uas nuncupatus, & conſtitutus magnitudinem fidei exoptans aperire fidelibus, ad Gal. præſertim ſcribens, cap. 2. in hæc verba prorupit. Quòd autem nunc viuo in carne, in fide uiuo filij Dei Idem 2. Cor. 13. inquit, Vos met ipſos tētate, ſi eſtis ex fide Christi vos probate. Et quare hoc protulit? Rom. ca. 10. innotuit, Finis. n. legis Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti. Hoc idem Chriſtus in hoc portu Panormi, cæleſtis huius Euangelii, exemplo Centurionis nos ſumma pietate docet inquiens, *Cum intraſſet Ieſus Capharnaum &c.* erigite aures, & ingenti hæc deſiderio percipere conemini, ut tum animæ beneficium tum Deo laudes ſuſcipere valeatis. Gal. 2. 2. Cor. 13. Rom. 10.

Quatuor Anchoris nauis fidei catholicæ in hoc portu ſacri Euangelii firmatur, & ſtabilitur. Quatuor fructus ex hoc Euang. percipiuntur.

Prima ē, vt quacūq; nos neceſſitate cogēte ad Deū cōfugere feſtinemus.

Secunda, ut neceſſitates cunctas illi confiteri ne uereamur.

Tertia vt fide nos viua & uera accinctos uelimus.

Quarta vt charitate pollentes diuinæ miſerationi, & maieſtati nos ipſos exhibeamus.

Prima igitur Anchora eſt, ut in omni tam animæ quàm corporis ægritudine ad Chriſtum confugiendum putemus, ut Eſa. 43. Ego ſū qui deleo iniquitates tuas propter me. Ob id Centurio ad Ieſum accedens hæc depromit, *Domine puer meus &c.* Quaſi eum noſſet ex nomine, Dominum appellat, medici magnitudinem nō ignorans. Pſal. 57. Qui aſcendit ſuper occaſum, qui de morte triumphat Dominus nomen illi. Qui corporibus medentur, morbos tollere nequeunt, arte tantum & medicamine naturam confortant, ſic ut noxia pellant, tandem æger conualeſcat. Iſti non domini, ſed naturæ tantùm miniſtri dicendi ſunt. Hic autem languoris Dominus eſt & ſanitatis; vulnerat & medetur; percutit & ſanat; mortificat & viuificat; deducit ad inferos & reducit: ideo propheta Pſal. 33. clamitat, Accedite ad eum, & illuminamini. Primus fructus. Eſa. 43. Pſal. 57. Pſal. 33.

Sed contra. 1. Timoth. 6. ait. Deus lucem habitat inacceſſibilem. quo nam pacto nos mortales carnis ſarcina onuſti ad illum accedere poterimus, vt illuminemur, ſi lucem habitat inacceſſibilem? 1. Timoth. 6.

Reſpōdeo, hi quorū opera plena ſunt caligine, carnalia duntaxat ſentientes, ad eum accedere nequeunt, ut quidam Iſraelitici populi

Egyptiaca

Egyptiaca prępediti conſuetudine, montē cum Moyſe aſcēdere haud poterant: ſic & iſti lucis locum huiuſmodi aſcendere, niſi prius antiquo & terreno depoſito indumento minimè valent: & ecōtrariò qui per viam bonorum operum virtutumq; incedere didicerunt, procul à ſe vitia expellentes, hi profectò ad Deum accedere facilè poterunt, vt ab eo illuminentur: fide tamen ſuper omnia duce, charitate comite, aliter nil ab eo, niſi iuſtitiā & iudicium aſſequi poterimus. Fides enim ſubſtantia eſt & fundamentum certiſſimum, vbi abſque omnī dubio creditur: rerum ſperandarum argumentum non apparentiū, hoc eſt, quæ nō videntur, attamē certò tenetur non equidē fides illa,

1. Cor. 13. qua verbo hominis creditur, ut Apoſtolus. 1. Cor. 13. Charitas omnia credit, neq; illa fides, qua homo credit Dominum loquutum fuiſſe & promiſiſſe: hoc. n. modo Iudæi credunt in Deum, habentes legem

Deut. 28. Dei, & promiſſiones illius. Deut. 28. & Leuit. 26. Sed illa fides, quam

Leuit. 26. Rom. 3. Gal. 3. Apoſtolus fidem Chriſti vocat Rom. 3. & Gal. 3. omnes. n. filii Dei eſtis per fidem, quæ eſt in Ieſum Chriſtum. & Ioan. 14. Creditis in

Ioan. 14. Deum, & in me credite.

Hæc fides quippe in Chriſtum in corde credere, & in ore confiteri facit, quòd Ieſus filius Dei & ſaluator mundi ſit, qui noſtris pro pec

Rom. 4. catis mortuus eſt, & reſurrexit. Rom. 4. & in ſumma quod Prophetæ euangelium, & Apoſtoli de Chriſto docuerunt & ſcripſerunt, crede

Ioan. 20. re neceſſum habemus: De hac fide Ioā. 20. ait. Hæc ſcripta ſunt ut cre datis, quia Ieſus eſt filius Dei, & ut credentes vitam habeatis per no

Rom. 10. men eius. Et Rom. 10. Si confitearis ore Dominum Ieſum. & 1. The.

1. Theſ. 4. 4. Si. n. credimus quòd Ieſus mortuus eſt, & Mat. 26. Tu es Chriſtus

Mat. 26. filius Dei viui. Hanc fidem omnes ſcholæ, concilia cuncta, totaq; Ec cleſia Catholica & Apoſtolica docēt, venerātur, & ſanctificāt contrà gentium & Iudæorum cęcitatem, qui in tenebris ambulant. Empedo cles gentilis quo nā pacto Deus res peregrinas alienasq; ab eſſentia ſua cognoſcebat, intelligere minimè poterat, niſi diuino itellectui cō poſitio imponeretur. qua de re auferens penitus à Deo compoſitionē inſimul & notitiam rerum productarum abſtulit. Ariſt. & Auer. om nesque peripathetici fidei carentia aſſerunt Deum abſq; intellectus ſui imperfectione particularia intelligere nequire. Hinc Auer. ait, Me lius eſt quædam non intelligere. Plato Deum orbis totius animam nuncupabat: cæteri verò idolis cunctisq; creaturis omnem Dei glo riam præſtiterunt, quibus etiam fidem & ſpem omnem collocarunt, ſed euanuerunt. ideo in reprobum ſenſum traditi ſunt: qui. n. non cre dit, iam iudicatus eſt. Sic de Hebræis Matth. Veh tibi Corozaim,

Luc. 7. veh, tibi Bethſaida. Luc. 7. Cui aſſimilabo generationem hanc? Simi

les

les ſunt pueris ſedentibus in foro ſibinuicem reſpondentibus, cantauimus vobis tibiis,& non ſaltaſtis.

Huic fidei Apoſtolus duo præſtat officia. primum quod peccatorum ſine legis merito præcedente gratis iuſtificet. Iudæi. n. putantes neminem peccatorẽ remiſſionem mereri poſſe,niſi prius per obſeruantiam legis meruiſſet,errabant:at Apoſtolus fidei,& non operum legis merito tribuit,Rom.3.Arbitramur hominẽ iuſtificari fide,& non operibus, ideſt merito. idcirco quis conſideratione præceptorum legis peccata ſua cognoſcit.Rom.3.Per legem cognitio peccati,& pęnitet,ideſt,vitiis ſe expoliat,ac in Chriſtum redemptorem credit,ad eum accedere poteſt. Rom.3. Rom.3.

Sed hoc ſcitu dignum erit,quod inter alia credenda, tria præcipua fore in Chriſti diuinitate aſſerimus,potentiam ſcilicet,ſapientiã, ac bonitatem:quemadmodum autem ſummus Pontifex multos ſibi caſus reſeruat,à quibus nullus ſacerdos peccatorem abſoluere valet: ſic Deus multa ſibi retinuit,quæ nulli cõmunicare conſtituit. primò quò ad potentiã tria ſibi ſoli vendicauit,ſcilicet creationem animę, donum gratiæ, & coronam gloriæ.

Secũdò quo ad ſapientiam ſimiliter tria, ſcilicet damnatorum & ſaluandorum numerum certò ſcire;intima cordium rectè cognoſcere:ac determinatum diem Iudicii vniuerſalis pronunciare.

Tertiò quo ad bonitatem;quoque tria, vocationem omnium, remiſſionẽ peccatorum,ac redemptionem vniuerſalem. Hoc ergo primum officium eſt fidei noſtræ.Secundum officiũ fidei eſt, quòd per charitatem operetur.Gal.5.Neque circũciſio,neq; præputiũ aliquid valet,ſed fides,quæ per dilectionem operatur:poſtquàm. n. Deus in iuſtificatione prima credenti peccatum gratis remiſit,in tali momento iuſtificationis & peccatorum remiſſionis donatur donum gratiæ, ideſt,ſpiritusſanctus qui ſpiritui noſtro aſſiſtat, & infirmitatem noſtram adiuuet,vt ſalus æterna apprehendatur. Quæ tamen vita æterna res alia eſt à iuſtificatione,nam diſtincti ſunt fidei articuli, remiſſio peccatorum,& vita æterna. Ex quo ſequi videtur non omnem iuſtificatum etiam ſtatim ſaluum eſſe:ſequitur.n.ſaluus iuſtificationẽ, ſicuti fructus arboris flores,& virilis ętas iuuentutem. datur igitur ſpiritusſanctus homini iuſtificato in adiutorem,vt præcepta Dei ſeruare,operaque bona facere queant. Ex ſe homo hæc faciet nũquam, niſi diuino illi fauente auxilio.his verò iuſtificatorum operibus non propter dignitatem operum, ſed ex gratia Deus ſalutem ſpopondit. ſic Matth.19.Luc.18.Ioan.5.1.Cor.3.& quã plurimis in locis promiſſionem ſalutis operibus piis connectit. Si quis autem ſecundum Gal.5. Matth.19. Luc.18. Ioan.5. 1.Cor.3.

carnem

carnem vixerit, ſpiritum ſanctum à ſe fugat, Dei filiationem amittit, vitamq; æternam nequaquam apprehendit. Fidei igitur operari per dilectionem alterum officium habet. Sic hodie Centurio fide ac dilectione accinctus fiducialiter ad Chriſtum cucurrit.

Ioan. 14. Sed dices, quonam pacto eundum eſt ad Chriſtum, ſi ſcriptura ſibi conſtare minimè apparet? ait.n. Chriſtus Ioan. 14. Nemo venit ad
Ioan. 6. patrem niſi per me. & Idem Dominus Ioan. 6. contrarium in mediũ adducit dicens, Nemo venit ad me, niſi pater meus traxerit eum; ſi nemo ad patrem vadit, niſi per filium, quare dicit, nemo venit ad filium, niſi pater traxerit?

Reſpondeo vtrumque neceſſariũ fore, patrem trahentem ad filiũ, & fidem filii, qua ad patrem trahimur. Quid. n. eſt, quòd pater ad filium trahit, niſi audire verbum patris, quod eſt filius? nam ſicut per
Ioan. 1. verbum Dei cuncta fuiſſe creata leguntur Ioan. 1. ſic pariter per verbum Dei omnia à patre, quaſi per hoſtium quoddã, quo in ouile Dei ingreditur, abſque violentia trahuntur. Id de ſeipſo Chriſtus aſſerit. Ego ſum hoſtium, & infra. Verba quæ ego loquutus ſum, ſpiritus & vita ſunt. & ſicuti nemo abſque filio ad patrem venire valebit, ſic nemo ſpiritu ſancto ablato filium adorare verè poterit. Stat ergo vt pater ille ſit, qui ad filium trahit, & qui trahendi ſunt à patre ad filium, veniant. etenim pater pius cum ſit & clemens, quos ad fidem filii venturos nouerit, hos & ſua bonitate præuenit, inſpirando, vt ſuũ tandẽ effectum fœliciter conſequantur. Vt verò id nobis apertius clariusq; patefiat, ſcitu dignum eſt, quòd licet homo baptiſmate Chriſti abluatur, quoniam nihilominus poſt baptiſmum ad peccata reuertitur, & gratiam amittit, regnum Dei ob id conſequi haud poterit. vn-
1. Cor. 6. de. 1. Cor. 6. Nolite errare fratres, neque fornicarii, neque idolis neque adulteri, neq; molles, neque maſculorum cõcubitores, neque fures, neque auari, neque ebrioſi, neque maledici, neq; rapaces regnum
Gal. 5. Dei poſſidebunt. & ad Gal. 5. Manifeſta ſunt opera carnis &c. qui talia agunt, regnum Dei nõ conſequentur. Sic etenim fieri poteſt, ut ſemel accepta gratia in baptiſmate per peccatũ perdi poſſit, qua amiſſa homo filius iræ apud Deum denuò conſtituitur: quoniam Deus ingenti pietate pollet, vt gratiam iam amiſſam diuina miſeratione recuperare valeamus, præuia tamẽ diſpoſitione pœnitẽtiæ fructus, quã
Eſa. 55. tum in nobis eſt, faciendo, obicemuè remouendo, ut Eſa. 55. Derelinquat impius viam ſuam, & vir iniquus cognitiones ſuas, & reuerta-
2. Petr. 3. tur ad dominum, & miſerebitur eius. & 2. Petr. 3. Nolens aliquos perire, ſed ad pœnitentiam reuerti. Cum autem pulſum Dei homo ſẽ
Pſal. 48. tit, quod in ſe eſt, facere debet, quod eſt conſentire. Pſal. 84. Audiam

quid

quid loquatur in me Dominus Deus, & conſentiendo dolere de peccatis, & dolendo, Deum diligere, & diligendo illuminabitur à Deo. Vnde patres pœnitentiam non temerè ſecundam poſt naufragium tabulã vocant, qua ſcilicet ex vertice mortalis peccati tanquam è naufragio ſubuehi: & & in gratiam amicitiamq; Dei transferri vnuſquiſque poſſit, quantumlibet multis magniſq; criminibus prægrauatus, vt Ezechielis. 18. Conuertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus veſtris, & non erit vobis in ruinam iniquitas. Proiicite à uobis omnes præuaricationes veſtras, ĩ quibus præuaricati eſtis, & facite vobis cor nouum & ſpiritum nouum: & quare moriemini domus Iſrael? quia nolo mortem morientis dicit Dominus Deus, reuertimini & viuite. Et Auguſtinus ſcripſit duos libros de pœnitẽtia, de quibus in Pſalmum trigeſimum ſeptimum ſcribens, in præfatione ita loquitur. De pœnitentia duos iam dudum ſcripſi libellos, & iterum ſcribendum arbitror: primũ quia vtile eſt, vel quotidiè veniam delictorum precari: deinde quoniam in illis duobus libellis adhortatio pœnitentiæ vel profectus eſt, ſi geratur: nunc autem quemadmodum pœnitentia agi debeat exprimendum eſt. nihil, n. prodeſt agere niſi ita agatur, ut oportet. & idem Auguſtinus lib. 1. de adulterinis cõiugiis, & c. 28. Quæ autem Baptiſmatis, eadem recõciliationis eſt cauſa, ſi forte pœnitentiã finiẽdæ vitæ periculũ præoccuppauerit: nec ipſas. n. ex hac vita ſine arra ſuæ pacis exire velle debet Mater Eccleſia. Et Cõciliũ Lateranenſe magnum cap. 1. ſic ait, Si poſt ſuſceptionẽ baptiſmi quiſquam prolapſus fuerit in peccatum, per veram pœnitentiam ſemper poteſt reparari. Et Concilium Tridentinum cap. 2 Seſſione 14. ſic ait, Cęterùm hoc ſacramentum multis rationibus à baptiſmo differre dignoſcitur, nam præterquàm quòd materia & forma quibus ſacramenti eſſentia perficitur, longiſſimè diſſidet, conſtat certè baptiſmi miniſtrum iudicem eſſe non oportere: cum Eccleſia in neminem iudicium exerceat, qui non prius in ipſam per baptiſmi ianuam fuerit ingreſſus. Quid. n. mihi inquit Apoſtolus de illis, qui foris ſunt, iudicare? ſecus eſt de domeſticis fidei, quos Chriſtus Dominus lauacro baptiſmi ſui corporis, membra ſemel effecit: nam hos ſi ſe poſtea crimine aliquo contaminauerint, nõ iam repetito baptiſmo abluit, cũ id Eccleſia Catholica nulla ratione liceat; ſed ante hoc tribunal tanquam reos ſiſti voluit, vt per ſacerdotum ſententiam nõ ſemel, ſed quoties ab admiſſis peccatis ad ipſum pœnitentes confugerint, poſſent liberari. Alius eſt præterea baptiſmi, & alius pœnitentiæ fructus: per baptiſmum. n. Chriſtum induentes, noua prorſus in illo efficimur creatura, plenam & integram peccatorum omnium remiſſio-

Ezech. 18.

Auguſtinus.

Auguſtinus.

Concil. Lateraneuſe cap. 1.

Concil. Triden. ca. 2. ſeſſ. 14.

miſſionem conſequentes: ad quam tamen nouitatem & integritatem per ſacramentum pœnitentiæ ſine magnis noſtris fletibus & labori bus, diuina id exigente iuſtitia, peruenire nequaquam poſſumus: vt meritò pœnitentia, laborioſus quidam baptiſmus à ſanctis patribus dictus fuerit. Eſt autem hoc ſacramentum pœnitentiæ lapſis poſt baptiſmum ad ſalutem neceſſarium, vt nondum regeneratis ipſe baptiſmus. Et Hieronymus ſanctus li. 20. aduerſus Pelagianos adfert multa ſcripturæ teſtimonia, quibus pęnitentia ab effectu ſuo commendatur. & idem in ca. 3. Eſa. ait, Secunda. n. poſt naufragiu tabula pęnitentia eſt: & conſolatio miſeriarum, impietatem ſuam abſcondere.

Hierony.

Diuus Ambroſius ad Virginem lapsã, ca. 8. Pænitudo neceſſaria eſt, ſicut vulneratis ſunt neceſſaria medicamina. Sed quanta putas, & qualis neceſſaria pęnitentia, quæ aut æquet crimina, aut certè excedat? pęnitentia non verbis agenda eſt, ſed & actu, cum animo conceperis, non aliud remedium conſtitutum eſſe poſt baptiſmum, quàm pœnitentiæ ſolatium, quantamuis afflictionem, quãtumuis laborẽ, & indecorem ſubire eſto contenta: dummodo ab æternalibus pęnis libereris. Et Concilium Trident. ſeſs. 6. cap. 14. Lapſi reparationem ſecundam poſt naufragium deperditę gratiæ tabulam Sancti Patres aptè nuncuparunt. Item ſeſs. 14. canone 2. Siquis ſacramenta confundens, ipſum baptiſmum pœnitentiæ ſacramentum eſſe dixerit, quaſi hæc duo ſacramenta diſtincta non ſint, atque ideo pœnitentiam non rectè ſecundam poſt naufragium tabulam appellare, anathema ſit.

Ambroſius.

Conc. Tridẽ. ſeſſ. 6. can. 14.

Seſſ. 14. can. 2.

Notandum tamen eſt, tres eſſe pœnitentiæ partes ſeu actiones, cõtritionem, cõfeſſionem, & ſatisfactionem, quæ totã hominis ad Deũ conuerſionem, pœnitentis officium, & renouationem complectuntur: de quibus ita Chryſoſt. ait, Perfecta pœnitentia cogit peccatorẽ omnia libenter ferre: in corde eius contritio, in ore confeſſio, in opere tota humilitas. Hanc eſſe frugiferam pœnitentiam Chryſoſtomus aſſerit, ut quibus modis Deum offendimus: offendimus autem corde, ore, ac opere, iiſdem Deo reconciliemur: corde quidem per contritionem, ore per confesſionem, ac opere per ſatisfactionem. Ad cõtritionem pertinet illud Pſal. 50. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies. Confeſſionem his verbis Lucas indicat. Multi credentium veniebant, confitentes & annunciantes actus ſuos.

Pſal. 50.

Act. 19.
Num. 5.

Ad ſatisfactionẽ porrò ſpectãt digni pœnitentiæ fructus, quos Ioãnes Baptiſta poſtulat, inter quos & eleemoſynę. De his aũt Daniel propheta 4. Peccata tua, inquit, eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordiis pauperũ. Et Amb. ad Virginẽ lapſam, ca. 8. ait, Grande ſcelus,

Luc. 3.
Mat. 3.
Act. 26.
Ambroſius.

ſcelus,grandē hēt neceſſariā ſatisfactionē.& eo referēdū etiā qđ Pau. 1. Cor. 12.
ait, 2. Cor. 12. De Corinthis deplorandis, q̄nquidē ſuper īmunditia,
fornicatione, & impudicitia,quā geſſerant,pęnitentiam nec dū egiſ- Pſal. 37.
ſent.ideo Dauid Pſal. 37. Miſer factus ſum,& curuatus ſum vſq; in fi
nem: tota die contriſtatus ingrediebar. Quoniam lumbi mei impleti
ſunt illuſionibus : & non eſt ſanitas in carne mea. Quoniam ego in
flagella paratus ſum,& dolor meus in cōſpectu meo ſemper: Quoniā
iniquitatem meam anunciabo, & cogitabo pro peccato meo. & Pal. Pſal. 101.
101. Oſſa mea ſicut cremium aruerunt,percuſſus ſum vt fenum: quia
cinerem tanquam panem manducabam,& potum meum cum fletu
miſcebam. & Paul. Act. 26. inquit, Sed his qui ſunt Damaſci primùm Act. 29
& Ieroſolimis,& in omnem regionem Iudææ, & gentibus anunciabam,
ut pœnitentiam agerent,& cōuerterentur ad Deum, aliqua pę
nitētiæ opera facientes. Et Concil. Florentinū in doctrina de ſacramē Concil. Florent.
tis. Quartum ſacramentum eſt pęnitentia, cuius quaſi materia ſunt
actus pęnitentis,qui in tres diſtinguuntur partes. Quarum prima eſt
cordis contritio,ad quam pertinet, vt doleat de peccato commiſſo
cum propoſito non peccandi de cætero. Secunda eſt oris confeſſio,
ad quam pertinet,ut peccator omnia peccata, quorum memoriā habet,
ſuo ſacerdoti confiteať integraliter. Tertia eſt ſatisfactio pro pec
catis ſecundum arbitrium ſacerdotis: quæ quidem præcipuè fit per
orationem, ieiuniū & eleemoſynā. Forma huius ſacramēti ſunt ver Con. Trid.
bā abſolutionis,quæ ſacerdos profert, cum dicit. Et Concil. Tridē ſeſſ. 14. cap. 3.
tinum cap. 3. ſeſſ. 14. in doctrina de ſacramento pęnitentiæ. Sunt autem
quaſi materia huius ſacramenti ipſius pęnitentiæ actus, nempè
contritio,confeſſio,& ſatisfactio. Qui quatenus in pęnitente ad inte
gritatem ſacramenti,ad plenamque & perfectam peccatorum remiſ
ſionem ex Dei inſtitutione requiruntur, hac ratione pęnitentiæ partes
dicuntur: & ibidem docet prætereà Sancta Synodus ſacramenti pę-
nitentiæ formam,in qua præcipuè ipſius uis ſita eſt, in illis miniſtri
verbis poſitam eſſe,ego te abſoluo &c. quibus quidem de Eccleſię ſā
ctæ more, preces quædam laudabiliter adiungūtur: ad ipſius tamen
formæ eſſentiam nequaquam ſpectant,neque ad ipſius ſacramenti ad
miniſtrationem ſunt neceſſariæ. & in Seſſ. cano. 4. Si quis negauerit
ad īntegram & perfectam peccatorum remiſſionem requiri tres actus
in pænitente,quaſi materiam ſacramenti pęnitentiæ,videlicet,cōtri-
tionem,confeſſionem,& ſatisfactionem,quæ tres pęnitentiæ partes
dicuntur: aut dixerit duas tantum eſſe pęnitentiæ partes, terrores
ſcilicet incuſſos conſcientiæ, agnito peccato,& fidem conceptam ex
Euangelio, vel abſolutione, qua credit quis ſibi per Chriſtum remiſ

ſa peccata, anathema ſit. Pœnitentia ergo poſt peccatum lapſis neceſſaria, eſt ut ad Deum cum Centurione fiducialiter accedere poſſint:
Pſal.9. Deus.n.inquit propheta, Pſal.9.exaudit deſiderium pauperum, præparationem cordis audiuit auris tua.& tanquam à Deo cognitus ad
Hebr.4. nuptias ingreditur: nam, vt Paulus inquit, omnia nuda ſunt apud
Hier. 32. Deum, & Hier. 32. Nihil abſconditum apud te eſt.

Pſal.7. Sed contrà Pſal.7. in perſona Dei propheta ſic loquitur. Populus quem non cognoui ſeruiuit mihi, ſi Deum nihil latet, cur dicit non cognoui?

Reſpondeo tunc Deus cognoſcit, quando ignorantes ſe ipſos cognoſcere facit, ideſt, qui prius quales eſſent, non agnoſcebant, Deo poſtmodum adhærentes, ſeipſos & Deum cognoſcunt: hoc
Pſal.134. autem per probationem fieri ſolet, ut Dauid Pſal. 134. Domine pro
Gen.22. baſti me, & cognouiſti me. Sic de Abraham Gen. 22. cui dixit Deus, poſtquàm in probatione probatum inuenerat, Nunc cognoui quòd timeas Deum, ideſt cognoſcere te feci. Et idem dicendum eſt de aliis.

Ad primam ergo dico allegoricè de Chriſto intelligendam puto, cui populus gentium ambulans viam vitiorum, & idolorum culturam erat incognitus Deo, priuſquàm Deum verum agnoſceret, vt rectè Deus poſſet dicere, Populus quem non cognoui. manens ſupple in cultura idolorum ſeruiuit mihi, dum ad fidem uocati ſeruiũt
Eſa.65. mihi in vero cultu, agnoſcentes me verum Deum, & Dei filium, & ita hos cognoui, ut gaudens dicam Eſa.65. Inuentus ſum à non quærentibus me, palam apparui his, qui me ignorabant, vt populus gen
Rom. 15. tilis fuit, ad quem Apoſtolus Rom. 15. Gentes verò ſuper miſericordia honorare Deũ nec dixit miſericordia, ſed ſuper, quaſi dicat, Iudæi licèt indigni eſſent, promiſſionem tamen habebant. tu verò gentilis hanc non habebas, ſed ex ſola benignitate ſaluus es. hunc cognouit Chriſtus ideſt cognoſcentem & videntem eum fecit, dum relictis idolis ad Deum conuerſus eſt, & cum Thoma dicere poteſt, Dominus meus, & Deus meus. Et cum Centurione, Domine puer meus iacet &c. & cum Petro peccatorem ſe accuſat dicens, Exi à me quia homo pecator ſum. & cum Magdalena lachrymatur, & cum Zacheo Chriſtum in domo recipit dicens, Ecce dimidium bonum meorum &c. & cum duobus diſcipulis in Emaus exclamat. Nonne cor noſtrũ ardens erat. Et cum Paulo clamitat, Domine quid me uis facere? Sic Apoſtoli eum cognoſcentes, ibant gaudentes à conſpectu concilii. Sthephanus percuſſus lapidibus nullum ſentiebat dolorem, ſed dixit, Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum. Sic latro ſe illi comẽdat,

Memento

Memento mei Domine. Sic Chananæa relicta patria, & filia ad eum vadit dicens, Miſere mei Domine. Sic prodigus cognoſcens eum exclamat, Pater peccaui in cœlum, & coram te. ita Samaritana reliquit hydriam, Petrus retia, Matthæus denarios, vt ad eum accederẽt & ſequerentur.

Eamus igitur toto corde ad Chriſtum humiliter, non cum ſuperbo Phariſæo dicente, Gratias tibi ago domine, ſed cum humili Habraham dicente, loquar ad Dominum cum ſim puluis. cum Iob dicente, Putredini dixi, frater meus, & mater mea vermibus. Et cum Paulo dicente. Venit Chriſtus peccatores ſaluos facere, quorum primus ego ſum. Et cum Virgine glorioſa dicente. Ecce ancilla Domini. & cum Centurione hodie dicente. *Domine non ſum dignus.*

Secunda anchora eſt, quòd confiteamur infirmitates noſtras, ſicut Centurio, quia non ſanat, niſi confiteamur. prima Ioann. 1. Si confiteamur peccata noſtra, fidelis Dominus & iuſtus, vt remittat nobis peccata noſtra, & mundet nos ab omni iniquitate noſtra. Et Prouerb. 28. Qui abſcondit ſcelera, non dirigetur, qui autem confeſſus fuerit, & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur, ſicut Centurio. *Domine puer meus, &c.* languentis conditionem non abſque miſterio retulit. quia ſcilicet puer eſt peccati ſeruus inſcius, ille tamen pretioſus. Secundus ſtatus. 1. Io. 1. Prouer. 28.

Grauiter torquetur, quia peccata graues torturas ſecum afferunt, mortis formidinem, ſpem cum deſperatione, honorem diuini iudicij, ad inferos deſcenſum, mordacis conſcientiæ, ita vt quòd ipſum quaſi mare ferueat. Audi Auguſtinum, Iuſſiſti Domine, & verè ſic eſt, vt omnis inordinatus appetitus, & affectus ſibi ipſi ſit pœna, & ſecum quocunque pergat, infernum ferat, ſicut teſtudo domum. audi Iob 17. vbi enim cogitationes meæ diſipatæ ſunt, torquentes cor meum certè ſi ſuſtinuero, infernus domus mea eſt, & in tenebris lectulus meus. ideo ſapiens Eccleſi. 12. Vanitas vanitatum. Paul Roma. 8. Vanitati creatura ſubiecta eſt. Et Pſal. 118. Auerte oculos meos, ne videant vanitatem. Et Pſal. 4. Vt quid diligitis vanitatem. Et Auguſt. ait. Vanitatem obſeruare dicitur qui in alia re, quàm in Domino ſperat. Ideo Paul. quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram. Aug. Iob. 17. Eccle. 12. Paul. 8. Pſal. 118. Pſal. 4. Augu.

Multis enim de cauſis peccatum deteſtandum eſt. Primò, quia Deus nemini mandauit impiè agere, & nemini ſpatium peccãdi præſtitit, ſed odit iniquitatem operantes: nec eſt quicquam Deo magis inuiſum ac exoſum, qui diligit, alioquin omnia quæ ſunt, & præter peccatum, nihil odio atque ſupplicio proſequitur, illudque nec in cœlo,

nec in terra ſinit impunitum abire. & ne parum execrandum videatur, Chriſto Domino, qui alioquin peccatum non fecit, cauſam præbuit ſubeundæ crucis, & acerbiſſimæ mortis perferendæ: etenim ipſe vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra: poſuit Dominus in eo iniquitatem omnium noſtrum,
Eſa.23. Eſa.23. Et primo Ioann.2. Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris,
1.Io.2. non pro noſtris autem tantùm, ſed etiam pro totius mundi. Ac proptereà quidem lauit nos à pecatis noſtris in ſanguine ſuo, vt quotquot cum ipſo per baptiſmum in mortem ſepeliũtur, hi peccatis mortui, iuſtitiæ viuant, ac in nouitate vitæ per ipſius gratiam continenter ambulent. Cęterum qui poſt acceptam in baptiſmo Chriſti gratiam, iterum voluntariè peccant, in Chriſtum peccant, Chriſtum perſequentur, Chriſtum denuò crucifigunt, quos Chriſto iuſto iudici pœnas non minores, quàm ſceleratos ethnicos dare oportebit. Sic enim
Hebr.10. Paulus docet Heb.10. Voluntariè peccantibus nobis poſt acceptã notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hoſtia: terribilis autem quædam expectatio iudicij. De quibus. 2.Pet.2. Melius erat illis
2.Petr.2. non cognoſcere viam iuſtitiæ, quàm poſt agnitionem retrorſum conuerti ab eo, quod illis traditum eſt ſancto mandato: ideo primo Cor.
1.Cor.2. 2. Qui ſtat, videat ne cadat: nam cadendo poſteriora prioribus deteriora fiunt, Luc.2. Præterea, qui faciunt peccatum & iniquitatem, ho
Luc.2. ſtes ſunt animæ ſuæ, nam homo per malitiam occidit animam ſuam:
Ezech.18. anima enim quæ peccauerit, ipſa morietur, Ezech.18. Nihil autem ea morte infęlicius, qua homo à ſanctorum omnium conſortio, ab angelorum, & cęlitum gaudio, atque ab ipſo denique ſummo & æterno bono, in cuius cognitione ac fruitione ſanè omnis ſalus, & perfecta hominis beatitudo conſiſtit, in æternum ſeparatur. Ad hoc, ea peccati natura eſt, atque malignitas, vt non ſolum à Deo, Deique gratia, & gloria homines etiã iuſtos abducat, ſed prætereà ſummis, æternisq; malis cum corporis, tum animæ ſubijcit: nec ſolum in hac, ſed etiam in futura vita infæliciſſimos reddit, vt in poteſtatem Dæmonum redacti, ſupplicijs grauiſſimis, & malis omnibus perpetuò addicant. Hinc notãda ſunt in ſcripturis ſanctis, quæ paſſim de reprehenſis ac punitis peccatoribus exempla proferuntur, & vt de Cain, Pharaone,
Ge.4. Exo.14. Nabuchodonoſore, ſodomitis, Ægyptijs, Iſraelitis, & cæteris quorũ
Dan.4. Ge.19 ſcelera iuſtus Deus miris ac horrendis modis eſt perſequutus. Ob-
Ezech.16. ſeruandæ quoque ſententiæ, quæ peccatorum peſtes fugiendas & exe
Exod.7. crandas docent, vt Ioan. 8. Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati:
Io.8. Et ſapientiæ.14. Odio ſunt Deo impius & impietas eius. & Prouerb.
Sap.14. 14. Miſeros facit populos peccatum. Et Eccle.21. Quaſi à facie colu-
Prouer.14. bri

bri fuge peccata. Et Pſal. 5. Non Deus volens iniquitatem tu es, neq; habitauit iuxta te malignus, neque permanebunt iniuſti ante oculos tuos. Et eccle. 9. Qui in vno peccauerit multa bona perdet. & Tob. 4. Omnibus diebus vitæ tuæ in mente habito Deum, & caue ne aliquando peccato conſentias, & prætermittas præcepta Dei noſtri: agnoſce ergo æquiſſimum peccatorem vindicem Deum, cognoſcendo time, timendo caue ſaluti tuæ, & cauendo pœnas euades horribiles peccatorum: multa enim flagella peccatoris, & Pſalm. 5. Odiſti omnes, qui operantur iniquitatem. & Eccleſ. 12. Altiſſimus odio habet peccatores, & impijs reddet vindictam. Et prouerb. 15. Victimæ impiorum abominabiles Domino: vota iuſtorum placabilia. Et Eſ. 14. Detracta eſt ad inferos ſuperbia tua, concedit cadauer tuum, quomodo cecidiſti lucifer de cœlo, qui mane oriebaris? qui corruiſti in terram, vulnerabas gentes. Et Paul. Roma. 6. Qui mortui ſumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo? an ignoratis, quia quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus: conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmũ in mortem. Et Iacob. primo. Peccatum cũ conſumatum fuerit generat mortẽ. Et Pſal. 33. Mors peccatorum peſſima. & ad Ro. 6. ſtipendia peccati mors. En tortura ſeruuli huius: peccati enim effectus torturas, infirmitates, dolores, paralyſes, & cętera, quæ tum corpora, tum animas torquent, faciunt, vt amplè dictum eſt: mirum ergo eſſe non debet, ſi Centurio hodie ait, *Male torquetur.*

Pſal. 5. Eccle. 9. Tob. 4. Pſal. 5. Eccle. 12. Prouer. 15. Eſ. 14. Ro. m. 6.

Sed alia eſt tortura, qua nulla peior inueniri poteſt atque deterior, quæ eſt ſeruitus tum peccati, tum demonis; tum legis, tum mundi: homo etenim in paradiſo poſitus libertate arbitrii gaudens, omniũ creaturarũ Dñs, & rex habebatur, cui cuncta animalia tanquam regi & mundi dño obedientiã præſtabant: ſed cecidit in inobediẽtiam in ſimulq; in ſeruitutem, ita vt omnia membra omnesq; ſenſus, oĩaq; interiora & exteriora in ſeruitutẽ reducta ſint, & tanquã mercenarius inter ſpinas, & ſudores, laboresq; pane veſcebatur, à quo animalia cũcta diſceſſere: adeò vt continuè eum offendere quæſiuere, & creaturæ omnes ei oẽ malum conſpirarunt: aqua eum ſubmergit, aer ſuffocat, ignis comburit, & tanquã inimicũ, & malefactorem à delitijs paradiſi angelus ex parte Dei fugauit: & non ſolùm ſibi, nobis quoque ſeruitutem, & miſeriam acquiſiuit, ita vt nil boni à nobis quaſi ex nobis efficere valeamus, & hæc prima ſeruitus nuncupatur.

Secunda verò, vt Ambroſio, & Auguſtino placet, ex ebrietate originem traxit: non enim eſſet hodie ſeruitus, niſi ebrietas præcederet, quoniam Noe plantauit vineam, cuius vinum potare

conſtituit, & ebrius factus dormiebat, tunc autem Cham filius pudenda patris non ſolum ipſe, ſed alios fratres ſuos, eà videre voluit, ita vt cæteri hoc videntes patri cooperimentum præſtabant. ſurrexit tamen à ſomno Noe, & hoc percepto maledixit Cham, vocans eum Chanaam; dicens, Maledictus puer Chanaam, ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis, dixitque Benedictus Dominus Deus Sem ſitque Chanaam ſeruus eius, & tunc incępit ſeruitus hominum.

Tertia ſeruitus peccati eſt, quæ infœliciſſima, & infima omnium dicitur; ea enim gratia & charitas Dei perditur, omnia merita noſtro rum operum obliuioni traduntur, & tanquàm rebellis homo locum ſecurum, ad quem fugiat non inuenit, ideo Dauid Pſal. 133. Quò ibo à ſpiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Si aſcendero in cœlum, tu illic es, ſi deſcendero in infernum, ades.

Ion. 2. Si ad mare fugies, ibi Deum inuenies, ibique Ionas eum inuenit.

Si ad fontes, ibi eſt, ibique Samaritana eum reperit.

Ioan. 4. Si ad montes, ibi erit, vbi Moyſes & Helias, Petrus, Iacobus &
Matt. 17. Ioannes eum inuenerunt; ibi turbas ſatiauit, docuit, multaque ſigna fecit.

Si in ſiluis te abſcondere velis, ibi erit: vbi vulneratus deſcendens ab Ieruſalem in Hyericho, incidit in latrones.

Luc. 10. Si per ſtratas viarum eris, ibi eum inuenies, vbi Paulus iuuenit,
Act. 6. & ad vocem eius dicentem, Saule, Saule, quid me perſequeris? ceciderunt & conuerſus eſt.

4. Reg. 2. Si in medio flumine quæras Deum, ibique inuenies, vbi Helyſeus eum reperit.

Si ad arbores aſcendas, vt ab eo fugias, ibi eum inuenies, vbi Zachæus à Chriſto inuentus eſt, & ſalutem acquiſiuit.

Si in domo Deum non vides, ibi eſt, vbi Magi eum inuenerunt, &
Luc. 2. ei munera obtulerunt.

Luc. 19. Si ad Eccleſiam pergis, inuenies, vbi Salomon cœteriq; Apoſtoli inuenerunt, adorarunt, & in eum firmiter crediderunt.

Mat. 2. Si in lectulo iaces Deum inuenies, ibi Ezechias augumentũ annorũ quindecim ab eo obtinuit. Optimè ergo propheta ait. Quo ibo à ſpiritu tuo, quaſi locus inueniri nequit, vbi Deus nõ adſit, vbiq;.n.eſt præſentia, potentia, iuſtitia, ac prouidentia. Miſera ergo eſt hæc ſeruitus peccati, quando quidem perpetuam infamiam infert: ad Chriſtũ autem accedendum putemus & ei fiducialiter hanc aperiamus miſeriam & infirmitatem, ob id carnem humanam aſſumpſit, vt hanc debellaret

bellaret ſeruitutem: baptizari voluit, vt eam ſanctificaret; ieiunauit, vt eam deprimeret;ſacra conſtituit, vt eam annihilaret: vendi voluit, vt nos ab ea redimeret: ligari voluit, vt nobis ſolutionem pręſtaret;vt Eſ.43.ſeruire me feciſtis,in peccatis veſtris.ſanguinem effudit,vt nos ab ea mundaret:crucis patibulum aſcendit, vt eā cruci affigeret: mori voluit,vt eam morti traderet: reſurrexit à mortuis, vt in libertatē nos magno cum gaudio redderet: & Augu.ait hæc omnia humiliter patietur Deus,vt mundus qui perierat,liberaretur. Eſ.43.

Tertia Anchora eſt,quod tantam in Chriſtum fidem habeas,quòd credas, vt ſanare & indulgere poſſit; quia filius Dei eſt, ergo poteſt. hanc fidem Centurio profitetur, cum Dominium abſconditum in paupertate manifeſta cōfitetur dicēs,*Domine*, O felix Centurio, quid in Chriſto damnationis conſpexiſti? pauper erat, nulla comitante caterua: literis non infudauit, quomodo ſeruum ſanare valebat? quare Dominum vocas, ſi peccatis noſtris ligatum, & inuolutum vides? vt Paulus annuit.Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit.

Nouerat enim Centurio fidei lumine Chriſtum Deum in ſimilitudinem carnis peccati, factum egenū,ac pauperem, vt diuites efficeremur cuius ſub vmbra carnis latebat diuinitas:ob id clamitat,*Domine non ſum dignus*, ac ſi dixiſſet: Si Moyſes verbo tuo indignum ſe exiſtimauit,quanto magis ego maieſtate tua. Si Hieremias in ventre matris ſanctificatus inquit ah,ah,ah, Domine neſcio loqui:quo nam pacto ego peccatis repletus,in iniquitatibus conceptus te ſuſtinuero, teque ſuſcipiam? Si cœli te capere non poſſunt, quomodo cellula mea magnitudinem tuam comprehendet?

Si infinitus es, terminum habere nequis.

Si Hebræis promiſſio facta eſt,quomodo ad gentilem venies?Hac de cauſa,Domine non ſum dignus,nam meritorum meorum ad gratias tuas imenſas nulla eſt proportio.

Ex hoc milite gentili multa documenta haurimus.Primum eſt,vt Deum & ſuperiores honorare diſcamus, eiſque obedire: qui enim poteſtati reſiſtit, Deo reſiſtit.Secundum,vt diſcant milites Eccleſiam non deſtruere,aut ſpoliare:nam Centuriè Synagogam fabricabat,cū eſſet gentilis.Tertium ne ſanguinem humanum continuè effundant, quandoquidem Centurio magnam erga ſeruulum charitatem commendauit. Quartum, vt humilitati inuigilent, vt Centurio dicens, *Domine non ſum dignus*, Quintum, vt Prælati ſui gregis curam, ac diligentiam memoriæ mandent. Sextum, vt Patresfamiliàs neceſſitatem ſeruorum ſuorum charitatiuè ſuſcipiant. Septimū vt diſcat omnis Ec

cleſia præparationem cordis, & operis, cum Chriſtum ſacrãmentali ter ſuſcipere decreuerit, & cum paritate Angelorum, & ſanctitate Ioannis Baptiſtæ continuè dicere putet, Domine non ſum dignus. Ipſe autem benignus, & miſericors eſt, mortem peccatoris non appetit clamans, Venite ad me omnes, quia omnia mihi tradita ſunt à Patre meo.

Ioan. 8. Sed contrà Ioannes 8. Filius non poteſt quicquam facere. Si omnia ei tradita fuere, quomodo quicquàm facere non poteſt? & quomodo ad eum ire cogor? & quid ab eo obtineam?

Reſpondeo ad primam, quòd filius Dei quicquàm facere à ſeipſo nequaquàm poteſt: in nulla enim re patri aduerſatur, ſed ſolum quòd ſibi à patre traditum eſt, operatur. nec impotentiam, ſed cum patre æqualitatem arguit: ſicut enim filius à patre accipit, quòd ſit filius, ſic ab illo recipit operari. & ſic ſecunda propoſitio illæſa manet. Verumtamen vlterius dicam. non equidem dixit quædam à ſe facere poſſe quædam verò minimè: ſed generaliter ait, filius non poteſt facere quicquàm, hoc eſt, ſolus, & per ſe; eadem enim natura diuina, quæ in patre eſt, & in filio eſt, æqualem poteſtatem in illis arguit, licèt pater illam à ſe, filius verò à patre habeat. Centurio ergo fide formata imbutus, opera Trinitatis ad extra cognoſcens, filiumque ſolum non eſſe, ſed tum patre & ſpiritu ſancto gratiam, ſanitatem, libertatemque tum animæ, tum corporis petens, quæcunque ſibi cordi erant animoque ſedebant, obtinuit: gratiam ſcilicet pro ſeruo, ac peccatorum ſuorum libertate.

Quartus fructus. Quarta Anchora eſt, quòd ſit habenda charitas erga ſeruos, famulos, & ancillas, vide Centurionis ſingularem erga ſeruum amorem & pietatem, dum ægrum tanta proſequitur humanitate, vt quaſi filium complectatur, non vt improbi Domini ſolent, quos ſine affectione vocat Apoſtolus, domo expellunt, & ad publica hoſpitia deferri iubent: at Centurio impulſum legis natu ræ ſequens dictantis, vt alteri faceret, quod ſibi fieri vellet, domi ipſum fouet & nutrit, & medicis curandum tradit. intelligens hoc eſſe officium veri domini, & quod æquum, & iuſtum eſt, ſeruis præſtet, quaſi præſagiens, quòd in Chriſto non ſit ſeruus neq; liber, nõ quòd in Chriſtiana Republica, vt impij volunt Anabaptiſtæ, ſeruorum erga dominos tollenda eſt obedientia; quod Paulus omnino impugnat, & negat Epheſ. 6. & Coloſſ. 3.

Epheſ. 6. Coloſ. 3. Serui obedite dominis veſtris cum timore & tremore, & ſimplicitate cordis, ſicut Chriſto non ad oculum ſeruientes. Item prim. Cor.

1. Cor. 7. 7. Seruus vocatus es? non ſit tibi curæ.

1. Cor. 6. Sed contrà prima Corinth ſexto., ait Paulus. Nolite fieri ſerui ho-

hominum.

Reſpondeo duplex eſt ſeruitus, ſpiritualis, & carnalis. de ſpirituali loquitur, cum ait, Nolite fieri ſerui hominum, quaſi dicat, Nos qui ſanguine pretioſo liberati eſtis à vana veſtra conuerſatione & à captiuitate Sathanæ, & ſeruitute peccatorum, & facti eſtis ſerui Dei, non patiamini ab vlla creatura dominari, ſed à Deo, & nemo regnet in veſtro animo, niſi ſolus Deus, ſed ſtate in libertate legis Moſaycæ, qua Chriſtus vos liberauit: non enim poteſtis duobus dominis ſeruire. Alia ſeruitus eſt carnalis, qua ſerui obediunt Dominis ſuis ſecundum carnem, de qua crebiò Apoſtolus Coloſſen. 7. & Timoth. 6. loquitur, quæ pietati non obſtat. 1. Cor. 7. Coloſſ. 7. Timoth. 6.

Contra hoc Apoſtolus prima Corinth. 7. ait, Serue ſi liber fieri poteris magis utere: quaſi dicat, ſi potes ad libertatem aſpirare, excute ſeruitutem, & arripe libertatem: ergo Apoſtolus videtur ſibimet non conſtare, qui iuſſit vnumquemq; in ſua vocatione manere, ſeruum in ſeruitute, gentilem in præputio, circuncifum in cuncifione. 1. Cor. 7.

Reſpondeo, non præcipit Paulus, vt ſeruus abrumperet vincula ſeruitutis, ſed dicit, ſi potes liber fieri, plus vtere ſeruitute, & ſubiugate magis, vt i vocatione tua ſeruitutis, in qua vocatus es, permaneas.

Nicolaus de Lyra ait, Seruus, vocatus es, ſcilicet ad fidem, nõ ſit tibi curæ, id eſt non feras hanc conditionem moleſtè: nam in illa potes Chriſto ſeruire, Sed & ſi potes liber fieri ex gratia domini tui, vel alio quouis modo de facili, magis vtere ſeruitute, quàm ante, exemplo Chriſti, qui in diſcipulis ſuis erat ſicut miniſter: nihil enim obeſt pietati ſeruitus iſta carnalis, modò ſpiritu liber ſit, & ſcias te vnũ dominũ, & patrem Saluatorem habere in cœlis. nõ. n. Deus perſonam, ſed cor, & fidem reſpicit: ergo ſi occaſio præbuerit, magis vtere ſeruitute, vt vnuſquiſque in ſua vocatione maneat. Sic optimus Centurio pro ſeruo ſuo, quaſi pro filio ad Chriſtum acceſſerit, ſanitatem illius quærens, & humiliter Chriſti potentiam, & maieſtatem confitẽs ait, *Domine non ſum dignus, ſed tantùm dic uerbo.* quia verbo Domini cœli firmati ſunt. *ſanabitur puer meus.* & hæc in eo fides charitate plena, talis magnitudinis apud Deum inuẽta eſt, vt Chriſtus quæcunq; ipſe optauerat, concederet, quinimo fidem ſuam commendaret.

Hęc eſt illa fides formata, charitate plena, qua Abrahã quicquid petijt, obtinuit, vt ait Paul. quia patrem multarum gentium poſui te ante Deum, cui credidiſti, qui viuificat mortuos, & vocat ea, quę non ſunt, tanquàm ea quæ ſunt. Gen. 4.

Hæc eſt illa fides, qua iuſtiſſimus Abel hoſtiam Deo gratam obtulit, Gene. 4. Gen. 4.

Hac fide Henoch, ne mortem videret, tranſlatus eſt.

Gen.5. Hac fide Abraham patriam reliquit, & in terra promiſſionis mora tus eſt Gen.12.

Gen.12. Hac fide idem Abraham filium ſuum, vt Deo placeret, in ſacrificium tradere voluit. Gen.13.

Gen 13. Exod.2. Hac fide Moyſes aufugit, & reliquit Ægyptum. Exod.2.

Exod.7. Hac fide idē ſigna magna in conſpectu Pharaonis oſtendit, Exo.7.

Hac fide idem Moyſes cum tribubus duodecim mare rubrum per

Exod.14. tranſiit, ſubmergens Pharaonem, Exod.14.

Hac fide Ioſue ſolem ſtabiliuit, & firmauit contra Gabaonithas,

Ioſ.6. Ioſue.6.

Hac fide Dauid intrepidè pugnauit, & Gigantem occidit primo

1.Reg.17. regu.17.

4.Reg 2. Hac fidè Helias in curru igneo cęlum aſcendit. 4.Reg.2.

Eſa.6 Hac fide Eſaias labia munda obtinuit, Eſ.6.

Hac fide Hiere. multa futura prænunciauit.

Ezech.1. Hac fide Ezechiel viſiones horribiles vidit.

Dan.6. Hac fide Daniel ora leonum clauſit, Dan.6.

Hac fide Gedeon à bello cum Madianitis liberatus fuit.

Iud.8. Hac fide Naaman à lepra mundatur, 4.Reg.5.

4.Reg.5. Ion.3. Hac fide Niniuitæ pænitentes miſericordiam à Domino obtinuerunt, Io.3.

Ioan. 2. Hac fide Iones à piſce fuit liberatus.

Iob. 2. Hac fide Iob à Dęmone non fuit ſuperatus.

Luc. 1. Hac fide Virgo glorioſa Chriſtum concepit.

Luc.1. Hac fide Zacharias à ſilentio exiuit.

Mat. 2. Matt.15. Hac fide Magi obtulerunt Domino aurum thus, & myrrham.

Hac fide Magdalena peccatorum remiſſionem conſecuta eſt.

Hac fide Chananæa gratiam pro filia reportauit.

Mat.16. Hac fide Petrus ait, Tu es Chriſtus filius Dei viui. Ideo ſapiēs ait, ignorabam quoniam omnium bonorum mater eſt, vt verè fides formata charitate & opere omnium bonorum mater eſt: quandoquidē

Ioan.1. hæc fides nos filios inſtituit. Io.1. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri.

Ioan. 8. Hac fide expellūtur tenebræ. Ioan.8. Qui credit in me, in tenebris non manet.

Ioan. 8. Hac fide diſcipuli Chriſti efficimur. Ioan. 8. Si manſeritis in ſermone meo, verè diſcipuli mei eritis.

2. Cor.4. Hæc fides ad altiora illuminat. 2.Cor. 4. Deus qui duxit de tenebris lumen ſplendeſcere illuxit in cordibus noſtris ad illuminationē ſcientiæ & charitatis in facie Ieſu Chriſti.

Hæc fides remiſſionem tribuit peccatorũ, Luc. 2. Fides tua te ſalua m fecit. Luc. 2.

Hæc fides te iuſtum reddit apud Deum. Rom. 3. Iuſtitia autem Dei per fidem Ieſu Chriſti in omnes, & ſuper omnes, qui credunt in eum. Rom. 3.

Hæc fides facit, ut tibi peccata minimè imputentur. Pſal. 33. Beati, quorum remiſſæ ſunt iniquitates. Pſal. 33.

Hęc fides non te confundit. Rom. 10. Omnis, qui credit in illum, non confundetur. Rom. 10.

Hæc fides conſcientiam lætam reddit. Rom. 5. Iuſtificati igitur ex fide, viua ſcilicet, pacem habeamus ad Deum per Chriſtum. Rom. 5.

Hæc fides te Deo placere facit, vt Paul. Heb. 2. ſine fide impoſſibile eſt placere Deo. Heb. 2.

Hæc fides formata & viua, plena operibus, dat tibi vitam æternã. Io. 3. Qui credit in me, habet vitam æternam. Ioan. 3.

Hæc fides facit te ad Deum ire. Ro. 8. Quomodo inuocabunt eũ, in quem non crediderunt? Rom. 8.

Hæc fides te miraculis illuſtrat. ſi habueritis fidem, ſicut granum ſinapis. Mat. 17.

Hæc fides per dilectionem te operari facit, vt Paul. fides quæ per dilectionem operatur. Gal. 5.

Hæc fides in corde Chriſtũ habitare facit. Epheſ. 3. Habitare Chriſtum per fidem in cordibus veſtris. Epheſ. 3.

Hęc fides facit eloqui verba Dei. Credidi, propter qđ loquutus sũ. Pſal. 115.

Hæc fides hodie Centurionem filium Dei facit obtinere quæcunque pro ſeruo petierat, & Chriſtum admiratum oſtendit dicentem, Non inueni tantam fidem in Iſrael, ideſt tantam fidei facilitatẽ: quoniam gẽtilis erat, nec miracula viderat, nec legem audiuerat, nec cultum Dei obſeruauerat; attamen credidit filium Dei, & Dominũ ſanitatis Chriſtum eſſe, ideo hac fide plena charitate erga Deum & ſeruulum, quodcunque petiit, obtinuit. Currite ergo fratres cum Cẽturione, fide & charitate pollentes ad Chriſtum, pietatis fontem; & ſeruulæ animæ veſtræ infirmitates fiducialiter aperite, quia qui largè pretium ſanguinis abundè pro vobis effudit, vobis quęcunque fide viua petieritis, largiri non deſinet. ſic Deus pater, Deus filius, Deuſque ſpiritus ſanctus nobis concedat per infinita ſęcula ſeculorum. Amen.

FE-

ſum nobis fieri proximum, qui ſubleuandus, & opera noſtra egẽs offertur ſeu hoſtis fuerit, vel amicus, ſeu barbarus, vel domeſticus.

Hæc erat veteris legis imperfectio, quæ tantùm irã operabatur, ꝓpter trangreſſionẽ poſita eſt, peccatum demonſtrabat, & neminẽ ad perfectum adduxit: exigebat quod non præſtabat, & augebat prohibitione peccatum; & ſubintrauit vt abundaret delictum: per eam.n. cognitio peccati eſt, non deletio, pędagogus tãtum fuit ad Chriſtũ. Hęc tamẽ lex, ſancta iuſta & bona eſt: his tamen, qui legitimè ea vtuntur, quaq̃ iuſtis nõ ſit poſita, ſed iniuſtis, peccatoribus, plagiariis, homicidis impiis, & ſceleratis: nã iuſti vt Abrahã, Iſaac, Iacob, Daniel, cęteriq́; Patres nõ timore, vt ãcillæ filii, ſed amore, vt liberę filii legi ſeruiebant: tñ legẽ non habebant. fuerunt.n. ante legẽ, ſed ſpiritũ habuerũt non huius mũdi, qui inimicos Dei cõſtituit, ſed q ex Deo eſt, quo nõ amicos tm̃, ſed inimicos quoq; diligere toto cordis affectu conabãt.

Decem etenim in hac lege p Moyſen Deus verba protulit, & deinde per Chriſtũ & Apoſtolos Chriſtianis omnibus cõmendata, quæ & Decalogi nomẽ obtinuerunt, atq; ita recenſentur, vt habetur Exo. 20. Loquutusq́; eſt Dominus cũctos ſermones hos, Ego ſum Dominus Deus tuus, q eduxi te de terra Aegypti, de domo ſeruitutis. Nõ habebis Deos alienos coram me, Non facies tibi ſculptile neque oẽm ſimilitudinem, quę eſt in cęlo deſuper, & quæ in terra deorſum, nec eorũ quæ ſunt in aquis ſub terra. Nõ adorabis ea, neq; coles: ego ſum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, viſitans iniquitatẽ patrũ in filios in tertiam & quartã generationẽ eorũ qui oderunt me: & faciẽs miſericordiam in millia his, qui diligũt me, & cuſtodiunt præcepta mea. Nõ aſſumes nomẽ Dñi Dei tui in vanũ: nec.n. habebit inſontẽ Dñs eum, qui aſſumpſerit nomen Domini Dei ſui fruſtra. Memento vt diẽ ſabbati ſãctifices. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua Septimo aũt ſabbatum Dñi Dei tui eſt. Non facies omne opus in eo, tu & filius tuus, & filia tua, ſeruus tuus & ancilla tua, iumentũ tuum, & aduena, qui eſt intra portas tuas: ſex.n. diebus fecit Dominus cęlũ & terrã & mare, & oĩa quæ in eis ſunt, & requieuit in die ſeptimo: Idciro benedixit Dñs diei ſabbati, & ſanctificauit eum. Honora patrem tuũ & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terrã, quã dominus Deus tuus dabit tibi. Nõ occides, Nõ mæchaberis, Non furtum facies, Non loqueris cõtra proximum tuũ falsũ teſtimoniũ Non concupiſces domũ ꝓximi tui, Nec deſiderabis vxorẽ eius, non ſeruũ, non ancillã, non bouẽ, non aſinũ, nec oĩa quæ illius ſunt. Et Leuit. 19. & Deut. 4. & Exo. 34. & Deu. 5. & c. 10. hæc eadẽ dixit Dñs. Idẽ affirmãt Apl̃i & Euãg. in Matth. 19. hr̃: & ecce vnus accedens ait illi, Mgr̃ bone,

Leuit. 19. Deut. 4. Exod. 34. Deut. 5. 10. Mat. 19.

duo ſint nomina, unius rei tamen ſunt. non obſtat ergo quòd lex in Synai primò fuerit data, & quòd eadem lex danda eſſet in Monte Syon quia inde haurire debebat ſuam perfectionem vt ſic poſtmodũ lex fidei diceretur, & eſſet; qua totus homo ſanctificaretur ad plenum, & non tantum portio animalis, vt per illam veterem: decebat enim, ut Syon, quã in plaga meridionali locatam nouimus, ſuo ſplẽdenti lumine legem illam aquilonarem, ac omni terrore plenam luſtraret; ardoremq́; temperaret, ſuæ ſeueritatis, & tunc locum habuit, quando Euangelium legi coniunctum eſt per Chriſtum, Epheſ. 2. fecit vtraque vnum. Et veniens de cœlis legem igneã & ferream ita leniuit, vt diceret confidenter. Iugum.n. meum ſuaue eſt. quod clarè oſtendit dum circunciſionem ſanguineam in lenem & pium trãſmutauit Baptiſmũ: ſed & clarius deſignauit, dum in die palmarũ ſuper aſinam equitauit, quod pietatẽ & clementiam interpretari videtur; ſed & hic clariſſimè oſtendit hodie, dum inimicos diligere præcipit, & non ſolum diligere, ſed orare, & benefacere.

De Syon etiam lex exiſſe dicitur, quia Apoſtoli ſpiritu ſancto repleti ipſam legem iam ad perfectionem deductam per redemptorẽ in Syon primò promulgare cęperunt. Demum exindè accepta poteſtate à Chriſto per vniuerſum ſparſerunt orbem.

Vel dicas, quòd per Syon intelligitur cęlum Empyreum: & propheta accepit futurum pro præterito: ab hac enim Syon deſcendunt non ſolum leges & ſtatuta, ſed iudicia, & punitiones, cũ ſit locus iuſtitiæ & reſidentiæ Dei.

Sed quid nobis dictum hoc, Ego ſum Dominus Deus tuus, ſonare uoluit ac aperire?

Reſpondeo, Deus quidẽ à notitia ſui Decalogum exorditur, & ab inſinuatione maieſtatis ſuæ, vt cognitũ legiſlatorem magis reuereamur, eiusq́; propoſitis mandatis maior apud omnes authoritas conſtet. Nempè tam feriò nobiſcũ agitur, ut ſi vnquam ſalui eſſe velimus, hic velut in clariſſimo ſpeculo, diuinæ maieſtatis voluntatem, omnẽque rectè viuendi rationem certò cõtemplemur, agnitamque legem illam ſanctiſſimam adiuuante Chriſti ſpiritu accuratè ſeruemus. Nec .n. præcipit ſolum, ſed benedictionem quoque promittit, & opem tribuit noſter legiſlator. Spiritũ meum, inquit, ponam in medio veſtri, & faciam vt in præceptis meis ambuletis & iudicia mea cuſtodiatis et operemini. Quare cum Chriſtus etiam præcepiſſet, Tollite iugum meum ſuper vos: ne quis cauſaretur difficultatem, adiecit, Iugum.n. meum ſuaue eſt, & onus meum leue: iis videlicet qui gratiæ ſpiritu imbuti, in charitate non ficta ambulant.

Ezech. 11.

Mat. 11.

Deute-

Deut. 6. Deuteronomij 6. Hæc ſunt præcepta & cæremoniæ, atque iudicia, quæ mandauit dominus Deus ueſter, ut docerem uos, & faciatis ea in terra, ad quā tranſgredimini poſſidendam, ut timeas Dominū Deum tuum, & cuſtodiam omnia mandata, & præcepta eius, quæ eius præcipio tibi & filijs ac nepotibus tuis, cunctis diebus uitæ tuæ, ut prolongentur dies tui. Audi Iſrael, & obſerua, ut facias quæ præcipit tibi Dominus, & bene ſit tibi, & multipliceris amplius, ſicut pollicitus eſt Dominus Deus patrum tuorum tibi terram lacte & melle manantē. Audi Iſrael, Dominus Deus noſter, Deus unus eſt, &c. & in fine capitis: Præcepitq; nobis Dominus ut faciamus omnia legitima hæc, & timeamus Dominum Deum noſtrum, ut benè ſit nobis cunctis diebus uitæ noſtræ, ſicut eſt hodie. eritq; noſtri miſericors, ſi cuſtodierimus, & fecerimus omnia præcepta eius coram Domino Deo noſtro, ſicut mandauit nobis. Idem cap. 4. Caue ne quando obliuiſcaris pacti

Deut. 4. 10. Domini Dei tui, &c. & capite 10. Circuncidite igitur præputium cordis ueſtri, & ceruicem ueſtram: ne induretis amplius, quia Dominus Deus ueſter ipſe eſt Deus Deorum, & Dominus dominantium, Deus magnus & potens, & terribilis, qui perſonam non accipit, nec munera. Facit iudicium pupillo, & uiduæ, amat peregrinum, & dat ei uictū atque ueſtitum: & uos ergo amate peregrinos, quia & ipſi fuiſtis aduenæ in terra Ægypti. Dominum Deum tuum timebis, & ei ſeruies: ipſi adhærebis, uorabisq; in nomine illius. Ipſe eſt laus tua, & Deus tuus, qui fecit tibi hæc magnalia, & terribilia, quæ uiderunt oculi tui. Idem

Malac. 1. cap. 28. Malachiæ 1. Magnificetur Dominus ſuper terminum Iſrael: Filius honorat Patrem, & ſeruus Dominum ſuum: ſi ergo pater ego ſum, ubi eſt honor meus? & ſi Dominus ego ſum, ubi eſt timor meus?

Hier. 32. dicit Dominus exercituum. Hierem. 32. Non erit tibi difficile omne uerbum. Qui facis miſericordiam in millibus, & reddis iniquitatem patrum in ſinum filiorum eorum poſt eos. Fortiſſime, magne & potens, Dominus exercituum nomen tibi. Magnus cōſilio & incomprehenſibilis cogitatu, cuius oculi aperti ſunt ſuper omnes uias filiorum Adam, ut reddas unicuiq; ſecundum uias ſuas, & ſecundum fructum

Pſal. 46. adinuentionum eius. & Dauid pſal. 46. Quoniam Dominus excelſus,

Ezech. 36. terribilis, Rex magnus ſuper omnem terram. Ezechiel. 36. Dabo uobis cor nouum, & ſpiritum nouum ponam in medio ueſtri, & auferā

Ezech. 11. cor lapideum de carne ueſtra, & dabo uobis cor carneum. Et cap. 11. Dabo uobis cor unum, & ſpiritum nouum tribuam in uiſceribus eo-

Mat. 5. rum. Matth. 5. Nolite putare quoniam ueni ſoluere legem aut prophe-

Matt. 11. tas. Non ueni ſoluere, ſed adimplere. & cap. 11. Venite ad me omnes qui laboratis, &c. & cap. 19. Si uis ad uitam ingredi, ſerua mandata,

&

& cap. 28. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, docentes eos ſeruare omnia quæcunque mandaui uobis. Matth. 28.

Paulus ad Hebr. 5. Et conſumatus, factus eſt omnibus obtemperātibus, cauſa ſalutis æternæ. Item ad Romanos 8. Spiritus adiuuat infirmitatem noſtram. & ad Philippen. 4. Omnia poſſum in eo, qui me confortat. & Ioan. 1. cap. 5. In hoc cognoſcimus, quoniam diligimus natos Dei, cum Deum diligamus, & mandata eius faciamus. Hæc eſt charitas Dei, ut mandata ejus cuſtodiamus, & mandata eius grauia non ſunt. Heb. 5. Rom. 8. Philip. 4. 1. Ioan. 5.

Auguſt. quæſt. 140. ſuper Exodum. Cum tam multa loquutus ſit Deus, duæ tantùm tabulæ dantur Moyſi lapideæ, quæ dicuntur tabulæ teſtimonij futuræ in arca. Nimirum omnia cętera, quę pręcepit Deus, ex illis decem pręceptis, quę duabus tabulis conſcripta ſunt, pendere intelliguntur, ſi diligenter quęratur, & bene intelligantur: quomodo hęc ipſa rurſus decem pręcepta, ex duobus illis, dilectione ſcilicet Dei & proximi, in quibus tota lex pendet & prophetę. & in lib. de natura & gratia, cap. 43. & cap. 69. & de tempore ſermone 61. & ſermone 191. Augu. ſuper Exod. q. 140. Auguſtinus.

Chryſoſtomus in lib. de compunctione cordis. Reuera ipſe pronunciauit de pręceptis ſuis, quòd nihil in eis laborioſum ſit, & nihil oneroſum dicens, Iugum. n. meum ſuaue eſt, & onus meum leue; & nos econtrà grauia efficimus, quę ille leuia conſtituit: & quę ille ſuauia poſſit, nos facimus amara peccando. Chryſoſt.

Baſilius in regulis breuioribus, ſiue conciſiuis diſputatis, interrogatione 176. agens de inimicorum dilectione. Sine dubio (inquit) nō pręcepiſſet qui bonus ac iuſtus eſt, niſi etiam facultatem, qua id faceremus, fuiſſet largitus. Baſilius.

Concilium Tridentinum Seſſi. 6. cap. 11. Nemo autem quantumuis iuſtificatus, liberum ſe eſſe ab obſeruatione mandatorum putare debet: nemo temeraria illa & à patribus ſub anathemate prohibita voce uti, Dei præcepta homini iuſtificato ad obſeruandum eſſe impoſſibilia: nā Deus īpoſſibilia nō iubet, ſed iubēdo monet & facere qđ poſſis, & petere qđ nō poſſis. Cuius mādata grauia nō ſūt, cuius iugū ſuaue eſt, & onus leue. Qui. n. ſunt filii Dei, Xp̄m diligūt: qui aūt diligunt eum, ut ipſe teſtatur, ſeruant ſermones eius. Quod vtiq; cū diuino auxilio pręſtare poſſunt: licet. n. in hac mortali vita quātumuis ſancti & iuſti in leuia ſaltem & quotidiana, quæ etiam venialia dicuntur, peccata quandoque cadant, non propterea deſinunt eſſe iuſti. Nā iuſtorum illa uox eſt & humilis & verax. Dimitte nobis debita noſtra Conc. Trid. ſeſſ. 6. cap. 11.

ſtra, quò fit, vt iuſti ipſi eo magis ſe obligatos ad ambulādū in via iuſtitiæ ſentire debeāt quo liberati iam à peccato, ſerui autē facti Deo, ſobriè, iuſtè & piè uiuentes proficere poſſunt per Chriſtum Ieſum, per quem acceſſum habuerunt in gratiam iſtam. Deus namque optimus ſua gratia ſemel iuſtificatos non deſerit, niſi ab eis prius deſeratur. Itaque nemo ſibi in ſola fide blandiri debet, putans fide ſola ſe hæredem eſſe conſtitutum, hæreditatemq; conſecuturum, etiam ſi Chriſto non compatiatur, ut & conglorificetur: nam & Chriſtus ipſe, ut inquit Apoſtolus, cum eſſet filius Dei, didicit ex ijs, quæ paſſus eſt, obedientiā: & conſumatus, factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ. Propterea Apoſtolus ipſe monet iuſtificatos dicens, Neſcitis quòd ij, qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, ſed unus accipit brauium: ſic currite ut comprehendatis. Ego igitur ſic curro, non quaſi in incertum: ſic pugno, non quaſi aerem uerberans; ſed caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne fortè cum aliis prędicauerim, ipſe reprobus efficiar. Item princeps Apoſtolorum Petrus, Satagite, ut per bona opera certam veſtrā vocationem & electionem faciatis. Hæc.n. facientes non peccabitis aliquando. Vnde conſtat, eos orthodoxæ religionis doctrinæ aduerſari, qui dicunt iuſtum in omni bono opere ſaltem venialiter peccare, aut qđ, intolerabilius eſt, pœnas eternas mereri: atq; etiam eos, qui ſtatuunt in omnibus operibus iuſtos peccare, ſi in illis ſuam ipſorum ſocordiam excitādo, & ſeſe ad currendum in ſtadio cohortando, cū hoc ut imprimis glorificetur Deus, mercedē quoq; intuentur æternā: cum ſcriptum, ſit Inclinaui cor meum ad faciendum iuſtificationes tuas in æternum propter retributionem. & de Moyſe dicat Apoſtolus, q̄ reſpiciebat in remunerationem. Item Canone 18. Si quis dixerit, Dei præcepta homini etiam iuſtificato, & ſub gratia conſtituto, eſſe ad obſeruandum impoſſibilia anathema ſit.

Rom.7. Sed qualis erat conditio legis? Paulus Rom.7. ait, Lex ſanta & mā datum ſanctum.

1.Cor.15. E contrario idem Paulus 1.Cor.15. ait, Lex robur, & uirtus peccati eſt. ſi ſancta, quomodo uirtus peccati erit? ergo Paulus ſibimet contradicit.

Reſpondetur quòd ipſa lex comparata Deo, ut Iac.1. Omne bonū deſcendit, ſancta & iuſta eſt, prohibens malum facere, immo promittit bonum facere cuſtodienti ipſam, quę a Deo oblata fuit ſcriptis: quia non ſolum illos, qui aderant, ſed inſuper quos futuros nouerat, utque in finem ſeculi ad ſuam obſeruantiam cogere intendebat. profectò quicquid ipſa pręcipit, aut ad ornamentum corporis, aut animę

mę pertinet: corpus.n.ornatur moribus, ſed anima intelligentia decoratur: illud naturalis legis ſenſus demonſtrat, hãc verò intelligentiam allegoricus ſeu figuralis intellectus inſinuat.

Lex verò quatenus delectationẽ peccati auget propter inhibitionem mala apparet, nõ in ſe, ſed in exhibitione iuſtitiæ puniens tranſgreſſionem: nam inuenta eſt lex bona bonum facere volenti, quã implere dicitur qui vixerit vt ipſa præcipit, licet non ſe extendat ad iuſtificationem, quia lex data fuit, vt quæreretur gratia, & gratia data eſt, vt adimpleretur lex, & ſaluus fieret totus homo. Si quis autem tranſgreſſor inuentus eſt, ſibi imputatur, ſi per illam punitur: ipſa.n. iram non infert niſi malum facienti. Hoc dicebat Paulus Ro.7. lex bonũ facere intendebat omni volenti. Rom.7.

Sed è contrario idem Paulus Rom.5.ait, lex ſubintrauit, vt abundaret delictum. Rom.5.

Reſpondeo, quoniam Paulus Apoſtolus ait, lex ſubintrauit, &c. Non dixit, quaſi lex eſſet cauſa delicti, ſed ſignificat rei euentũ, quia collata fuit, ut minueret peccatum. Sed è contrario euenit non legis natura, ſed eorum ignauia, & ſecordea qui legem accepere, ipſi.n.de ſuis viribus præſumebant adimplere iuſtitiam, concupiſcentia effecta ardentior ex prohibitione: abundat quippe peccatum in nobis, ſiue cum negligimus quod Deus iubet, ſiue cum de viribus noſtris prę ſumentes gratiam Dei non imploramus, & addimus infirmitati noſtræ ſuperbiam. Non equidem vt maius exiſteret iudicium lex data eſt, ſed vt maior appareret gratia: ideo Apoſtolus in eo loco adiecit dicens, Vbi abundauit delictum, ibi ſuperabundauit gratia. Nec dixit ſimpliciter abundauit, ſed exceſſum ſuperabundauit; quia gratia non ſolum à ſupplicio nos liberauit, ſed & peccatorum condonationem ac vitam largita eſt. Superabundauit, quia non ſolum à morbo liberet, ſed & formoſum, fortè & honoratum faceret hominem. Superabundauit, quia non ſolum eſurientem alit, ſed multarum paſſionum faciat hominem dominum, & tandem regnum cœlorum conſequatur. Ideo Paulus 2. Cor. 3. ait, Lex ſancta, & mandatum ſanctum. 2.Cor.3.

Sed econtra idem Paulus 2. Cor.3.ait, Lex calcat & deſtruit, & Gal.3. Si data eſſet lex, quæ posſit viuificare, ergo ex lege eẽt iuſtitia. 2.Cor.3. Gal.3.

Reſpõdeo, dum Paulus legem contemplaretur continentem in ſe Dei voluntatem, laudat eam, tanquam mittentem ad gratiam; dum verò cernit illam, non valentem per ſe iuſtificare hominem, illam vacuam iudicauit & debilem, non valentem tribuere ſalutem.

Sed quid facit Lex in mundo? Reſpondet. Paul. Peccatum non

cognoui, niſi per legem.

Sed contra Rom. 5. idem Paulus ait, Peccatum erat in mundo vſq; ad legem. Item Rom. 7. ait, Peccatum quod operor non intelligo: ergo contradicit ſibi ipſi.

Reſpondeo, quòd licet peccatum fuerit cognitum ante legem; non tamen cognitum fuit, quantum malum eſſet, & quam vindictã expectaret, ſicut per legem cognitum fuit, dicens. Siquis hoc vel hoc faceret, occidatur: nec legi imputandum, ſi operatur ad mortem, ſed tranſgreſſoribus.

Aliter dicam, quòd ante legem fuerant quædam peccata, quæ non cognoſcebantur eſſe peccata, ut concupiſcentia: ideo Paulus Roma. 7. ait, concupiſcentiam neſciebam eſſe peccatum, niſi lex diceret.

Ad aliam dico, peccatum erat in mundo vſque ad legem, non quòd peccatum acceperit finem tempore, quo collata fuit lex, ſed vſque ad terminum legis, quando intrante gratia omne peccatum deletũ fuit à Chriſto, uaticinatum à Michea propheta 7. & Hebr. 9. loquens de Chriſto ait, ideo noui teſtamenti mediator eſt, vt morte intercedente in redemptionem earum præuaricationum quæ erãt ſub priori teſtamento repromiſſionem accipiant, qui vocati ſunt ęternæ hæreditatis in Chriſto Ieſu.

Mich. 7. Heb. 9.

Ad illud peccatum, quod operor, nõ intelligo, & ſi à Gamaliele plenam cognitionem habuerit.

Reſpondeo, nõ intelligit quod nõ approbat ratione ſic de concupiſcentia conqueſtus ait, Quod nolo id ago. i. quod non approbo ratione, cogor lege carnis committere.

Vel dicamus, ideo peccatum non intelligebat, quia illud non agnoſcebat ſub obiecto intellectus contineri, quod vt aiunt, eſt ens in quantum ens: nam cum peccatum nihil ſit in eſſentia, ſed duntaxat quædam carentia boni, quod actui debebat ineſſe, & non ineſt. Idcirco ſub conſideratione huiuſmodi potentiæ, ſcilicet intellectus, cadere nequit. ideo Paulus Rom. 8. ait, lex vbi non eſt peccatum non imputatur. Item Roma. 4. Vbi non eſt lex, nec præuaricatio legis.

Rom. 8. Rom. 4.

Sed è contrario Heb. 2. idem Paul. ait, Peccato omnes nos obnoxios fuiſſe. Item Gen. 4. Multis ante legem peccatum imputatum legimus. Item, peccauerunt multi poſt legem.

Hebr. 2. Gen. 4.

Reſpondeo ad primum quòd licèt præcedentibus legem Moyſi peccatum non fuerit imputatum per legem ſcriptam, fuit tamen illis imputatum per legem naturalem. nam Gen. 4. Cain poſt parricidium

ait,

ait, Maior eſt iniquitas mea &c. Quid aliud eſt illud Moyſi, niſi lex naturæ in tabulis lapideis ſcriptę? nam quod in corde non legebant homines, datum fuit illis in tabulis, vt homo ad ſcriptum intrò reuocaretur, quia homo fugitiuus erat cordis ſui.

Ad Secundum dico, quòd bene ſtat, ut quis peccator extiterit; & non transgreſſor. Aliter dico, quòd Paulus intellexerit de peccato originali.

Ad Tertium dico cũ Auguſtino, licèt ante legem Moyſi nulla fuerit præuaricatio, ibi tamen poteſt aliquod peccatum eſſe, quod multi ſequebantur: & licèt puniti non fuerint per legem Moyſi, fuere tamẽ multi per legem naturalem, quę ſedem tenet in mente, & hominem peccatorem iudicat: quanquam cæteris paribus, grauius puniendus eſt transgreſſor legis Moſaycæ, quàm naturæ ſolius, quia lex peccatũ auget, vt Paulus ait: Vbi maior cognitio, ibi maior transgreſſio iudicatur: tranſgreditur lex aut non faciendo quæ præcipit, aut faciendo quæ vetat. hæc ergo eſt imperfectio legis antiquę, quam videns Chriſtus non ſoluere, ſed adimplere voluit, & perfectionem qua carebat, per legem Euangelicam dare voluit, ideo ait, Audiſtis, & non legiſtis. Dictum eſt, & nõ ſcriptum, antiquis. Diliges proximũ tuum, & odio habebis inimicum tuum: Sed de hoc ſatis.

Secundus piſcis & fructus huius Euangelii eſt cognoſcere perfectionem legis Euangelicæ, quæ in dilectione Dei & proximi conſiſtit. Duo enim ſummaria charitatis præcepta exiſtũt: quorum primũ de diligendo Deo, ſic in veteri nouaq; lege proponitur, Diliges Dominũ Deum tuum ex toto corde &c. & proximum tuum ſicut te ipſum. Deut. 6. Matth. 22. Marci 12. & Luc. 10. *Secundus fructus.*

Hæc charitas eſt plenitudo legis, & ſumma iuſtitiæ, hoc eſt vinculum perfectionis: charitas inquam de corde puro, conſcientia bona, & fide non ficta. Roma. 13. Coloſſ. 3. primo ad Timoth. primo. *Matt. 6. 22. Mar. 10. 12. Rom. 13. Coloſſ. 3. Timoth. 1.*

Sed audi Gregorium magnum lib. 10. Moralium in Iob, c. 6. Dei dilectio per tria diſtinguitur, quia ex toto corde, ex tota anima, & ex tota virtute diligi conditor iubetur. Qua in re notandum eſt quod diuinus ſermo, cum Deum diligi præcipit, non ſolum narrat ex quo, ſed etiam informat ex quanto, cum ſubiungit, *Ex toto*: ut videlicet qui perfectè Deo placere deſiderat, ſibi de ſe nihil relinquat. Proximi autem dilectio ad duo præcepta deriuatur, cum & per quendam iuſtum dicitur, Quod ab alio tibi odis fieri, vide ne tu alteri facias. *Gregor.*

Et per ſemetipſam veritas dicit, Quæ vultis faciant vobis homines, & uos facite illis. Quibus duobus, ſcilicet vtriuſque teſtamẽ *Tob. 4.*

ti mandatis per vnum malitia compeſcitur, per aliud benignitas præ rogatur: vt malum quod pati non vult quiſque non faciens, ceſſet à nocendi opere. Et rurſum bonum quod ſibi fieri appetit impendens, erga vtilitatem ſe proximi exerceat ex benignitate.

Virtus charitatis multiplex. Deinde cap. ſeptimo eiuſdem libri. Bene ergo lex Dei multipliciter dr̄, quia nimirum cum vna eademque ſit charitas ſi mentē plenè ceperit hāc ad innumera opera multiformiter accēdit. Cuius diuerſitatē breuiter exprimimus, ſi in electis ſingulis bona illius reſtringendo numeremus.

Gen. 4. Hæc namq; primū per Abel & electo Deo munera obtulit, & fratris gladium non reluctando tolerauit.

Gen. 5. Hæc Enoch, & inter homines ſpiritaliter viuere docuit, & ad ſublimem vitam ab hominibus etiam corporaliter abſtraxit.

Gen. 7. Hæc Noe, deſpectis omnibus ſolū Deo placabilē oſtendit, atque in arcæ fabricam ſtudio longi laboris exercuit, & mundo ſuperſtite pio opere exercendo ſeruauit.

Gen. 9. Hæc per Semet Iaphet humiliter verēdā patris erubuit, & ſuperiecto dorſis pallio, quæ nō videbat, abſcondit.

Gen. 22. Hæc Abrahæ dextrā quia ad mortem filii obediendo extulit, hūc prolis innumeratæ, gentium patrem fecit.

Gen. 27. Hæc Iſaac mentem, quam ſemper ad munditiam tenuit, caligantibus ætate oculis ad videnda longè poſt uentura dilatauit.

Gen. 37. Gen. 42. Hæc Iacob cōpulit, & amiſſum bonū filiū medullitus gemere, & prauorum filiorum pœnitentiam ſub æquanimitate tolerare.

Hæc Ioſeph docuit à fratribus venūdatū libertate animi īfracta ſer uitium perpeti, & eiſdem poſt fratribus mente non elata principari.

Exod. 42. Hęc Moyſen, derelinquente populo, & vſque ad petitionem mortis in precibus ſtrauit, & vſque ad interfectionem populi per zeli ſtudium erexit, vt & pro pereunte plebe ſe mori obiiceret, & contra peccantem protinus vice Domini iraſcentis ſæuiret.

Num. 25. Hæc Phinees brachium in vltionem peccantium erexit, vt arreptō gladio coeuntes transfigeret, & iram Domini iratus placaret.

Ioſ. 9. Hæc Ioſuæ exploratorem docuit, ut & prius contra falſiloquos ciues veritatem verbo defenderet, & hanc poſtmodum gladio cōtrà hoſtes allegaret.

1. Reg. 3. Hæc Samuel & in principatu humilem præbuit, & integrū in deiectione ſeruauit: qui cum perſequentem ſe plebem diligeret, ipſe ſibi teſtimonium extitit, quia culmen ex quo deiectus eſt, non amauit.

1. Reg. 24. Hæc Dauid ante iniquum regem & humilitate cōmouit ad fugā,

&

& pietate repleuit ad veniam: qui perſecutorem ſuum, & timendo ſu git, vt Dominum & tamen cum poteſtate feriendi reperit, non agnouit inimicum.

Hæc Hathanet & contra peccatorem Regem in authoritatem liberę increpationis ſuſtulit, & cum Regis culpa deeſſet in impetitione humiliter ſtrauit. 2. Reg 12.

Hæc per Eſaiam nuditatē carnis in prædicatione nō erubuit, & ſub ducto carnali uelamine ſuperna myſteria penetrauit. Eſa. 20.

Hæc Heliam, quia feruoris zelo uiuere ſpiritaliter docuit, ad vitā quoque & corporaliter abſtraxit. 4. Reg. 2.

Hæc Heliſeum, quia magiſtrum ſimpliciter diligere inſtituit, magiſtri ſpiritu dupliciter impleuit. 4. Reg. 2.

Per hanc Hieremias, ne in Ægyptum populus deſcenderet, reſtitit: ſed tñ & inobediētes diligens, quò deſcēdi ꝓhibuit, & ipſe deſcēdit. Hier. 42.

Hæc Ezechielem, quia prius à terrenis deſiderijs ſuſtulit, poſt per cincinnum capitis in aere liberauit. Ezech. 8.

Hæc in Daniele, quia à regijs dapibus gulam compeſcuit, ei & eſu rientium ora leonum clauſit. Dan. 14.

Hæc tribus pueris, quia in trāquillitate poſitis incendia uitiorum ſubdidit tribulationis tempore & flammas in fornace temperauit. Dan. 3.

Hæc in Petro & minis terrentium principum fortiter reſtitit, & in circunciſione ſubmouenda minorum verba humiliter audiuit. Act. 15.

Hæc in Paulo, & manus perſequentium humiliter pertulit, & tamen circunciſionis negotio longè ſe imparis prioris ſenſum audenter increpauit. Multiplex ergo iſta lex Dei eſt, quæ ſingulis rerū articulis nō ꝑmutata cōgruit, & cauſis ſe uariātibus nō uariata coniūgit. Gal. 2.

Sed contra Rom. 13. Paulus ſic loquitur, Qui diligit proximum legem adimpleuit, quomodo itaque multiplex eſſe poterit, quinimo & prima tabula, quæ cultum Dei præcipit ſuperflua apparet. Rom. 13.

Reſpondetur, quòd Apoſtolus totā obligationem, qua homo per legem Decalogi tenebatur, euacuare non intellexit, ſed de illa quam erga proximum habet homo, quæ in ſecunda tabula continetur, loqui intendit.

Aliter dicam, quòd Paulus Deum nō poſſe diligi abſque proximi dilectione optime agnoſcebat: igitur contradictio nulla eſt. Diligite itaq; inimicos veſtros: Chriſtus.n.legem non ſoluere, ſed adimplere ueniſſe fatetur.

Sed contra Eph. 2. Abolita eſt lex: Chriſtus enim legem euacuauit, vt Paul. annuere videtur. quomodo igitur illam impleuit? Ephe. 2.

Reſpondeo. Non moralem legem, quæ adhuc in ſuo manet robo-

re, ſoluere venit: quæ à nobis vt æterna lex, quæ in mentibus noſtris ſcripta naturalis dicebatur, obſeruanda exiſtit. Illã ergo Christus implere conſtituit, Paulus verò de cæremonialibus atque iudicialibus gratia Dei mediante euacuatis loquutus eſt, ſaltim in magnam partem vel per Chriſtum in meliorem ſortem redactæ fuere: ait. n. apoſtolus Hebr. 7. Lex neminem ad perfectum duxit, quæ in tres ſcinditur partes, in moralem ſcilicet, vt pręcepta decem: in iudicialem, oculum pro oculo, dentem pro dente; & in cæremonialem, quæ in ſacrificia conuertebatur, ſed impefectè exiſtebat.

Hebr. 7.

Lex cæremonialis, in qua Hebr. ſacramenta ac ſacrificia imolabãt, ſatis imperfectionis continebat, quandoquidem ſacramenta illa gratiam minimè conferebant, ſolum autem ab irregularitate homines transferebant, ut Paulus Hebr. 9. Si ſanguis hircorum & taurorum, & cinis vitulæ aſperſus inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis, quatomagis ſanguis Chriſti. & Gal. 5. Neq; circũciſio aliqd, &c.

Hebr. 9. Gal. 5.

Lex Iudicialis peccata fugienda aſſeuerabat, ac ſeuerè puniebat, & timore & tremore Deo ſeruiendum fore præcipiebat. Idcirco Apoſtolus eam pędagogum eſſe voluit, eo quoniam nimis percutiebat.

Moralis lex imperfecta, quaſi ad perfectionem vſque homini bono conuenientem in Dei ſeruitio nequaquam deueniebat: hanc præſertim Chriſtus Dominus non ſoluere, ſed adimplere decreuit, venitque: quæ vt clarius vobis pateant ordinatim aperiam.

Primum itaque præceptum huiuſmodi legis ſcilicet, Vnum cole Deum: plurimum à vera perfectione deficiebat. docebat. n. nullum alium niſi ſolum Deum timere, ipſumque cultu externo magis, quã interno adorare. at Chriſtus Ioan. 4. perfectionem ſuperaddidit inquiens, Venit hora & nunc eſt quãdo veri adoratores adorabunt patrem in ſpritu & veritate. Vbi interni cordis excellentiam oſtendit, puritatem uè docuit.

Ioan. 4.

In ſecundo præcepto, quod eſt, Non aſſummes nomen Dei tui in vanum: perfectio nulla erat: periurium equidem, & non iuramentũ auferre conabatur. Chriſtus verò perfectionẽ illi præſtitit, Matt. 5. ſic loquẽs, Audiſtis quia dictum eſt antiquis. Nõ periurabis: reddes aũt Domino iuramenta tua: ego autẽ dico vobis. Oĩno nolite iurare, &c.

Matth. 5.

Tertium pręceptum, ſcilicet, Sabbata ſanctifices: à vera perfectione longè aberat. ſabbatum. n. tũc temporis ſanctificabant, cum ab operibus manualibus ſe abſtinebant. Chriſtus autem perfectionem addidit, cum opera ſpiritualia operanda, charitatemque erga proximũ in die feſto exercendam voluit, vt Ioan. Mihi indignamini: quia totũ hominem ſanum feci.

Quartum

Quartum præceptum, Honora parentes: perfectione carebat, quãdoquidem ad patris & matris derelictionem minimè deueniebat. Chriſtus idcirco perfectum fecit inquiens, Qui non odit patrem ſuũ & matrẽ ſuam, adhuc & animã ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipľs.

Quintum præceptum, Non mæchaberis: multum imperfectionis ſecũ retinebat, in quo libellum repudii dari lex diſpenſabat, ut vxorẽ primam homo, ſi uellet, relinqueret, & ſecundam, tertiam quoq; acciperet. Chriſtus verò illud perfecit dicens, Ego autem dico vobis, Si quis dimiſerit uxorem, & aliam duxerit, mæchatur.

Sextum ſcilicet, Non furtum facies: perfectione indigebat. non.n. hominem laborare pro ſubueniendo proximo docebat. Hoc perfectum voluit Paulus, ut Epheſ.4. Qui furabatur, iam non furetur: magis autem laboret operando manibus ſuis, vt habeat vnde tribuat neceſſitatem patienti.

Septimum pręceptum, Non loqueris cõtra proximum tuum: nullam aut minimam in ſe perfectionem habebat, quia taciturnitatẽ accuſatis minimè præſtabat: ideo Chriſtus, ut exemplo nobis eſſet à falſis accuſatus teſtibus conticuit.

Octauum, Non concupiſces vxorem proximi: imperfectionem præ ſe ferebat: ad caſtitatem.n.aſpirabat minime, ut pp regnum cœlorũ quis caſtraretur eunuchus: hac de re Paulus Euãgelicus cõſiliũ pręſtitit aſſerens, De virginibus præceptũ non habeo, conſilium aũt do.

Nonum, Non concupiſces rẽ proximi tui: imperfectum erat, eo quia à mundanis rebus ſe abſtrahi haud docebat, ut Paulus, Omnia arbitratus ſum detrimenta: & Chriſtus hodie in Euangelio illud perfectione implet dicens, *Eſtote perfecti ſicut et pater ueſter perfectus eſt, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos.*

Decimum & ultimum, Non occides: à vera perfectione diſtabat ſummoperè, manum quippe, non autem animũ prohibebat; nec malo reſiſtere, ac inimicis benefacere docebat. Hac de re Chriſtus in Euangelio, ut perfectè illud nobis tribueret ait, *Ego autem dico uobis, diligite inimicos ueſtros benefacite & orate &c.* Videte ergo legis imperfectionem. perfectio autem à Chriſto ſibi præſtanda fuit, ideo nõ ſoluere, ſed adimplere venit, vt non ſolum anicos, vt publicani conãtur, ſed magis inimicos diligamus, vt filii Dei nominemur & ſimus.

Sed contra Apoc.5. Sub throno Dei omnes ſancti clamant, vindica ſanguinem noſtrum Deus noſter. Apoc.6.

R̃ndeo vindica.i.vindicabis, vt oſtendant uiri ſancti nil crudelitatis impunitũ remanere: Deus.n. ſe vindicaturũ in die iudicii promiſerat. ideo Deut.32. Mihi vindictã, & ego retribuã dicit Dominus. Deut.32

Pſal. 15. Contra Dauid Pſal. 15. Deus qui das uindictas mihi: ergo conceditur homni uindicta.

Reſpondeo, quòd non obſtat, vt Deus aliquam ſibi uindictam reſeruet, & ptãtem dederit prophetæ aliquam uindictam facere. eam uindictam potiſſimùm Deus ſibi reſeruat, quę eſt contra oppreſſores viduarum, pauperum, pupillorum, qui non habent vnde releuentur: Pſal. 145. de quibus Pſal. 145. Cognoui quia faciet Dominus iudicium inopis, & vindictam pauperum, quæ vel fit nunc vel alibi, ſed debet eſſe vindicta ſine peccato: ideo Dauid Pſal. 4. Iraſcimini, & nolite peccare: id eſt, ſine vindicta mala.

Coloſ. 3. Sed contra Coloſ. 3. Paulus aduerſatur Dauidi dicens, Propter qđ deponentes omnem iram.

Reſpondeo, ꝙ Apoſtolus loquutus eſt de ira, quæ ex mera concupiſcibili oritur, quæ eſt libido puniendi; & hæc cum careat ratione, deponenda eſt, quia obiectum eius eſt vltio.

Alia ira eſt, quàm tenet homo ſub dominio rationis: & hæc non eſt deponenda, quia eſt ira contra vitia, contra diabolum hortantem nos male facere, contra nos ipſos, dum de peccatis dolentes indignamur, quod ad tam vilia corruerimus: & ſic homo non ſolum nõ peccat, ſed meretur, quia Deus ad cor reſpicit.

Rom. 12. Ephe. 4. Coloſ. 3. Ephe. 4. Sed Apoſtolus Rom. 12. ait, Date locum iræ: ſi debemus iræ locũ dare, cur Eph. 4. & Colo. 3. dixit? Et mandauit deponere omnem irã. quid. n. eſt date locum iræ, niſi iram intra nos locare? & è contrario Epheſ. 4. ait, nolite locum dare diabolo.

Reſpondeo, locus eſt quadruplex: ſuperior, inferior, exterior, & interior. Primus ſupra nos, Secũdus ſubter nos, Tertius infra nos, Quartus intra nos. Primus eſt paradiſus, Secũdus infernus eſt, Tertius bona ſocietas, Quartus bona conſcientia.

In primo loco locare debet homo per contemplationem ſeipſum Pſal. 140. cum viator eſt; & cum propheta dicere, Pſal. 140. Portio mea Domine, in terra viuentium, hic locus noſtra habitatio eſt. Dicas cum eodem. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt.

In ſecundo verò loco per continuam conſiderationem homo ſe collocare debet, conſiderans gehennam ignis: & dicat cum Eccleſia, Iob. 10. Erue me domine a porta inferi, & memorari, quia ſcriptum eſt Iob. 10. Hęc eſt terra miſeriæ & tenebrarum, in qua nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat: ſicut mons ęthnæ qui ardet & flãmas emittit, & nunquam extinguitur, in quo eſt fletus, & ſtridor dentium.

In tertio loco, qui dicitur exterior, collocet ſe homo per optimam conuerſationem, quia homo eſt animal ſociabile: ſed recordetur qđ ſcriptum

ſcriptum eſt, Cum ſancto ſanctus eris, & cum peruerſo peruerteris.

In Quarto loco, qui eſt interior, collocet ſe homo per conſiderationem conſcientię ſuę & lacrymis dicat cum Eſa. 38. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animę meæ: in hoc debet homo ſe præcipuè collocare & mūdare, vt Deus in eo habitet, & nullo alio mō niſi lacrymis cum propheta Dauid, Pſal. 6. Lauabo per ſingulas noctes lectum meū lacrymis meis. De quarto ergo loco ait Apoſtolus deponere iram, de illa ira loquitur, quæ facit nos proximo inimicari, quem ex lege diligere tenemur, ſicut nos ipſos. hanc Xp̄s vult deponendam ante ſolis occaſum; ſicut Paul. Epheſ. 4. Noli cōtra mēbrum tuum iraſci. Date ergo locum iræ, ideſt ſupportate patiēter irā perſequentis vos, & iram ſuperbientis humiliter fugiendo declinate, vt Chriſtus Matth. 5. Siquis te percuſſerit in vnam maxillam.

Eſa. 38. Pſal. 6. Eph. 4. Mat. 5.

Nolite locum dare Diabolo, ideſt claude hoſtium cordis, quaſi loci, qui continuè pulſat, vt nos tentaret. locum ei dat, qui conſentit ſuis tentationibus: ſic qui cōſentit inſpirationibus Ieſu Chriſti, Chriſto locum dare dicitur: idcirco ſi legis perfectionem habere voluerimus verbis & documētis Chriſti, eiuſque Euangelio locum nos prę ſtare oportebit. audite ergo quid nobis affert hodie. *Diligite inimicos ueſtros.* Ecce quòd hæc lex amoris eſt, & dilectionis, ideo eam facile obſeruare poterimus. Hæc eſt lex perfectiſſima, quia à Chriſto omni perfectione pollens proficiſcitur.

Sed heu quia à paucis hæc hodie obſeruantur; cunctis difficilis apparet, & tamen Chriſtus ait, Onus meum leue. Sed vnde eſt hæc difficultas? vnde oritur? Nos non excuſat fragilitas, quia gratia à Chriſto collata nos confortat, Omnia poſſim in eo, qui me confortat, inquit Paulus, & ſi nos eam non accipimus, nobis imputatur.

Non excuſat ignorantia, quia Chriſtus ad nos venit, vt voluntatē dei nobis aperiret, ut ipſe teſtatur, Omnia quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis, & Ioan. 6. Ego veni, non ut faciam voluntatem meam, ſed eius, qui miſit me patris. Igitur quæ Deus nobis præcipit & quæ eius ſit voluntas optimè ſcimus.

Ioan. 6.

Non dicendum eſt legem veritatem non afferre, quia veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.

Nec dicendum legem, errorem continere, quia propheta ait, lex Domini immaculata conuertens animas, teſtimoniū Domini fidele.

Pſal. 18.

Nec obſcura eſt, quia lucerna eſt vitæ miſericordiæ: vt propheta, lucerna pedibus meis verbum tuum.

Pſal. 118.

Nec eſt nimis longa, ut tædio nos afficeret, & memoria retineri non poſſit, quia verbum abbreuiatum fecit Dn̄s ſuper terrā. Et Paulus

lus

Chriſtus ait, Neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua.

Sed è contrario Chriſtus Matth. 5. ait, Sic luceat lux ueſtra coram Mat.5.
hominibus, ut uideant ueſtra bona opera.

Reſpondeo, poſſunt opera fieri coram hominibus non ad gloriam facientis, ſed ut glorificent Deum patrem. Per dexteram amor Dei, per ſiniſtram cupiditas mundi intelligitur: vel per dexteram pars bonorum ſpiritualiũ, vbi ſol iuſtitiæ lucet, calor charitatis ardet, ſplendor ueritatis fulget. Per ſiniſtram mundi proſperitas intelligitur: in qua obſcuritas ignorantiæ, frigus indeuotionis inuenitur: quia Chriſti præſentia nunquam apparet. iſti igitur ſunt iuſti quos Deus nunquam deſerit. Pſal. 36. Nunquam uidi iuſtum derelictum. Pſal.36.

Sed quare Chriſtus iuſtus in cruce poſitus ait, Deus, Deus meus, Pſal.21.
ut quid dereliquiſti me?

Reſpondeo, quòd per aliquam morulam in ſua humanitate fuit derelictus: & licèt in agonia orans vt eriperetur a cruciatibus, non fuerit exauditus, ſed derelictus ſub tribunali iuſtitia appetente vindictam pro reatu parentum, tñ dum pro fidelibus orauit, Pr̃ in manus tuas cõmendo ſpiritum meum, fuit exauditus. Sed illa derelictio fuit nobis refrigerium, quia mortuus eſt pro nobis, vt lex Moyſi, quæ honera grauia & importabilia ponebat: ſed Chriſtus omnia dulcia fecit dicens, Iugum enim meum ſuaue eſt.

Sed contrà Apoſtolus 2. Timoth. 3. Omnes qui piè viuere volunt, 2.Timoth.3.
in Chriſto Ieſu perſecutionem patiuntur: quomodo ergo ſuaue, ſi tot affligimur tormentis; vult etiam vt diligamus inimicos, & benefaciamus perſequentibus nos.

Reſpondeo, qui fide viua & non ficta Chriſto vnitur has perſecutiones parui facit. Audi Paulum ſub iſto iugo prompto animo dicentem Act. 21. Ego non ſolum alligari, ſed & mori paratus ſum pro no Act.21.
mine Domini Ieſu Chriſti. Sic Cor. hortatur 2.6. In omnibus cõmendantes voſmetipſos tanquam Dei miniſtros in multa patientia, in tribulationibus, in anguſtijs, in plagis multis. Dico ergo anguſtam eſſe viam non aſſuetis & carnalibus, ſed ſuauem diligentibus Deum: & ut tibi ſit ſuauis primò ſe ſuppoſuit, & fecit eam dulcem, deinde Matth. 10. dixit, Qui vult uenire poſt me abneget ſemetipſum; tollat Matt.10.
crucẽ ſuã, & ſequatur me: neceſſe ergo habemus, ſi iuſtitiã chriſtianã ſectari cupimus, ut fidẽ operibus ornemus: nam fides ſine operibus mortua eſt, ut ait Iacob. 2. Sicut corpus ſine ſpiritu. & Paul. ait Gal. Iaco.2.
5. fides quę per dilectionẽ operatur, id eſt meritoriè. & loquẽs de fide Gal.5.
mortua 1. Cor. 13. ait, Si habuero oẽm fidẽ, ita ut montes transferã, 1.Cor.13.
charitatẽ aũt nõ habuero, nihil mihi prodeſt. dr̃ ergo mortua, qñ nõ ẽ

charitati

charitati coniuncta: dicitur uiua, quando charitati unitur, quia facit uitam æternam conſequi. Dicitur formata, quia dat ſalutem gratiam & iuſtitiam: & hanc Deus reſpicit cum fructibus ſuis, ſicut A-
Gen.4. bel, & munera eius.

Sed hæretici eo fundamēto, quòd ſola fides ſine operibus iuſtificet & ſaluet, hoc modo aiunt. fides eſt miſericordiæ diuinæ cognitio, promiſſæ nobis in Chriſto. cum ergo ſola Dei miſericordia iuſtificemur, & fides illius miſericordiæ eſt cognitio, patet quod ſoli fidei tribuatur iuſtificatio: cognoſcere autem miſericordiam eſt credere, & nullo operum neutrorum reſpectu fidere diuinæ miſericordiæ: ergo iuſtificatio ſoli fidei, & non operibus tribui debet. vt Paul. Rom. 5. Iuſti
Mat.8. & 9. ficati ex fide pacem habemus. & Matth.8. & 9. Saluum te fides fecit, & confide fili.

Reſpondent Catholici, quòd cognitio rei non eſt res ipſa cognita: ſicut cognitio lapidis, non eſt eſſentialiter, & realiter ipſe lapis: ſic fides rerum futurarum & regni cœleſtis, non eſt realiter ipſa res, neque regnum cęleſtæ. Sic credo & cognoſco fide Deum: attamen fides mea Deus. non eſt. cognoſco Dei miſericordiam: mea autem cognitio, nō eſt miſericordia Dei realiter. Quia ergo iuſtificatio opus eſt ſolius diuinæ miſericordiæ, & fides mea non eſt ipſa miſericcordia:
Eſ.42. & 43. miſericordia, & non fides iuſtificat; nam ſic dicit Eſa.42. ego gloriā meam alteri non dabo, & 43. ego ſum, ego ſum ipſe, qui deleo iniquitates tuas.

Deus igitur iuſtificat, ut ſit fides medium, quo Deus iuſtificat: falſæ igitur ſunt propoſitiones, quòd fides noſtra ſola iuſtificat, vel fides noſtra eſt, quæ nos iuſtificat, eò quod nullibi in tota ſcriptura reperiantur tales propoſitiones, ſola fides iuſtificat, & fides iuſtificat: ſemper. n. fides eſt cauſa inſtrumentalis iuſtificationis non effectiua. igitur falſum eſt dicere, quòd ſola fides iuſtificet multis rationibus.

Primò quia ſcriptura ſoli Deo iuſtificationem tribuit, & non fidei noſtræ, ſed bene Deus per fidem noſtram nos iuſtificat: vnde 1. Reg.
1.Reg. 2. 2. Deus eſt, qui occidit, & uiuificat: deducit ad inferos & reducit. &
Rom.3. Rom. 3. Vnus eſt Deus, qui iuſtificat iudæos ex fide, & præputium
Gal.3. per fidem. & Gal. 3. ex fide iuſtificat Deus gentes. & Eſa. 50. Iuxta eſt
Eſa.50. & 53. Dominus, qui me iuſtificat. & cap. 53. In ſcia ſua iuſtificabit ipſe iuſtus ſeruos meos. ex his authoritatibus patet qua tenus ſolus Deus iuſtificat nos, ſcilicet per fidem, Dei eſt iuſtificare.

Secundò quia blaſphemia eſt Creatori gloriam ſubtrahere, &
Mat. 22. creaturæ dare, cum Deo, quod Dei eſt, ſit tribuendum. Matth. 22. quando igitur fidei tribuimus iuſtificationem, & non Dei gratiæ ac

miſericordiæ

miſericordiæ,nobis gloriam aſcribimus,quod falſum eſt. Non igitur propter fidem meam, quæ exigua eſt, ſpero iuſtificationem, ſed propter ipſam Dei promiſſionem, & potentiam, qua dicit Eſa. 43. Ego ſum, ego ſum ipſe, qui deleo iniquitates tuas propter me. Eſa. 43.

Tertiò, dicendo fides mea iuſtificat me, eſt locutio Phariſaica,& ſimilis Phariſæo. Luc. 18. Qui dixit,Ego decimam do omnium,quæ Luc. 18. poſſideo. Sic ſi fides tua hoc facit, vbi manet Deus cum ſua gratia & miſericordia?non tibi ſed Deo aſcribendum eſt, cum ex nobis nihil poſſumus, tanquam ex nobis. 1. Cor. 3. at tales ſunt ſimiles Lucifero, qui voluit Deo æqualis eſſe. Eſa. 14. 1. Cor. 3. Eſa. 14.

Quartò ſi fides iuſtificat ſola,ergo ſalus eſt ex viribus noſtris,& in poſſe meo illa conſiſtit; quod eſt contrà Apoſtolum Rom. 9. Non Rom. 9. eſt volentis, neque currentis,ſed miſerentis Dei. Qui igitur fundant ſe ſic ſupra fidem ſuam, quid aliud ſunt niſi iuſtitia operarij volentes ex ſola fide ſua ſaluari,& iuſtificari?& ſic fit, vt omnes qui operarios vituperant,non credant in Deum,ſed fiduciam ſuam ponant in operibus ſuis.

Quintò ex illa locutione fides ſola iuſtificat,ſequitur contemptus omnium bonorum operum virtutum & morum, cum talis fides nihil ſit abſque operibus. Iac. 2. & fides per dilectionem operari debet. Iacob. 2. Gal. 5. & ſic illa iactantia fidei cadit,omnis honeſtas,cultus diuinus, Gal. 5. cœremoniæ, obſeruatio præceptorum Dei, & negligentia virtutum, & omnis boni,quando quiſque ſe puram vult fidem, & illa ſeſe iuſtificare. Vnde Chriſtus legis perito Matth. 19. & Luc. 10. dixit,Hoc Mat. 19. Luc. 10. fac,& viues.non inquit,ſolum crede,ſed fac.

Sextò certiſſimum eſt hoc, quod Chriſtus non curauit ęgrotum, vel acceptauit fidem alicuius, niſi illam,qua quis ſe & totam cauſam ſuam Deo penitus commiſit, quatenus ipſe ſanitatem vel ſalutem ex ſola Dei miſericordia acquireret, & non ex propria fide vel opere. Sic ſanauit mulierem dicentem, Si tetigero tantùm fimbriam veſtimenti eius. Matth. 9. Luc. 8. Sic cæcus iuxta viam. Luc. 18. & Lepro Mat. 9. ſus, Matth. 8. ſic Magdalena. Luc. 8. & publicanus, qui dixit. Pro- Luc. 8. pitius eſto mihi. Sic Apoſtolus prim. Cor. 15. non dixit fide mea Luc. 18. ſum id quod ſum,ſed gratia Dei. Matth. 8. Luc. 8.

Prætereà ſi fides & gratia ſunt idem realiter, & vna res vt aiunt Lu 1. Cor. 15. therani, igitur gratia ceſſabit: nam fides ceſſabit prim. Cor. 13. 1. Cor. 13. Nunc autem manent fides, ſpes, charitas, tria hæc, maior autem horum eſt charitas, quæ non excidit. Si nunc fides ceſſabit, & gratia ſit fides, ergo gratia ceſſabit, & ſic in patria erit ſine gratia. Sed quid abſurdius dici poteſt quàm ſanctos in cœlo eſſe ſine gratia Dei,

non

non ſunt ergo idem, fides & gratia: fides communicat nobis iuſtitiã Chriſti, fides diſponit ad gratiam, fides medium eſt, quo nos Deus iuſtificat. Rom.3. Gal.3. Act.15. Epheſ.2.

Rom.3. Gal.3. Epheſ. 2. Act. 15. Gratia efficit iuſtificationem, ideſt quatenus aliqua ſit iuſtificatio, fides impetrat, & communicat mihi illam iuſtificationem. Nam oportet primùm eſſe gratiam, quæ iuſtificet, & ſecundò aliquid, quod mihi communicet illam, & hoc fides eſt. Sicut paſſio Chriſti oportet primùm ſit, antequàm alicui meritum illius communicetur, ſic gratia afficiendo, fides communicando iuſtificat.

Propter fidem Deus nos dignos reputat gratia ac iuſtificatione: at ipſe Deus ſua gratia iuſtificat & hunc actum habet ſolus. Quatenus autem mihi communicetur, fides in cauſa eſt, quæ diſponit ac purificat cor.
Act.15. Act.15. Vnde Rom. 5. Iuſtificati ex fide pacem habeamus
Rom.5. ad Deum per Chriſtum, per quem habemus acceſſum per fidem in gratiam illam, in qua ſtamus & gloriamur in ſpe gloriç filiorum Dei. Ergo fides bene antecedenter, & diſpoſitiuè iuſtificat: gratia autem effectiuè, & formaliter; ſed illa fides charitati uniri debet, & non nuda remanere, quia fides nuda tanquam mortua reputatur, ut ait Chri-
Mat.7. ſtus Matth.7. his uerbis, Multi dicent mihi in illa die, Domine Domine nonnè in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo uirtutes multas fecimus? & tunc confitebor illis, quia nunquam noui uos, diſcedite a me omnes qui operamini iniquitatem. Ecce quantam fidem habuerunt iſti, nec tamen alicuius exiſtimationis ſunt apud eum. Fides ergo non modò a charitate diuerſa eſſe, uerum etiam abſque charitate neminem iuſtificat;
Rom. 5. & hæc charitas diffuſa eſt in cordibus ueſtris. Rom. 5.

Hæc eſt illa charitas, quæ duo habet brachia, unum erga Deum, de quo ſcriptum eſt, Diliges Dominum Deum tuum.

Vocatur primũ quia a Deo fonte & diuinitatis principio pendet.

Primum quia pariter a filio æterno ſicuti a patre dependet. Ego ſum principium, qui & loquor uobis.

Primum quia a Spiritus ſancto primo igne, primo amore, inter patrem & filium pendet.

Primum quia a ſanctiſſ. Trinitate (ut Aug. placet) pendet.

Primum quia prædeſtinatio, uocatio, electio, iuſtificatio, glorificatio ab amore pendet: ſi enim Deus nos amore non proſequutus fuiſſet, non utique nos electos uocatos, prædeſtinatos, & iuſtificatos uoluiſſet.

Et non ſolum hoc præceptum eſt primum, ſed eſt maximum: nam de rebus altiſſimis & diuinis tractat, cuius obiectum eſt Deus, quem

ſolum

ſolum reſpicit,& cæteras creaturas propter Deum,qui præter omnes eſt magnus Dominus & laudabilis nimis.

Magnum eſt,quia præceptum fuit in tribus legibus,naturæ uideli cet,Moyſis,& Euangelicæ,quia naturaliter in cordibus noſtris ſcriptum eſt,deinde in tabulis lapideis, & hodie in Euange.ergo eſt primum,& maximum præceptum.

Aliud brachium eſt amor proximi, ut Chriſtus hodie in Euange. oſtendit,non ſcriptum in tabulis, ſed diffuſum in cordibus noſtris, quod & ſi omnes uirtutes in ſe contineat, tamen maior eſt omnibus his,& hoc charitatis præceptum magnum eſt,quia ad amicos & inimicos diligendos ſe extendit.

Magnum eſt,quia charitas maior eſt fide,& ſpe:quia ſine charitate uana eſt fides,& præſumptio ſpes,ſuperſtitio prudentia,iuſtitia eſt crudelitas,fortitudo ignauia,temperantia uanitas:ergo magnum eſt præceptum charitatis. Non eſt ergo mirum ſi Chriſtus air, Hoc eſt præceptum meum: ſolus enim Chriſtus de charitate perfecta gloriari poteſt.Suum eſt,nam ſolus ipſe ſpiritum obſeruandi præſtat.

Hoc præceptum charitatis magnum eſt, quia charitas magna eſt, & fortiſſima omnibus uirtutibus pollens.In tribulationibus non affligitur,quia patiens eſt.In crudelitate non induratur, quia benigna. In inuidia non conſumitur,quia non emulatur. Non inflatur ſuperbia, quia charitas non inflatur. Non cruciatur malitia, quia non eſt malitioſa. Non conturbatur,quia non irritatur.Non trahitur auaritia,quia non infirmatur.Non languet accidia, quia non cogitat malum.Non amat cogitationes prauas, quia non agit perperam. Non utitur fraude. Non ſeminat inter homines malum,quia non gaudet ſuper iniquitatem:congaudet autem ueritati, omnia ſuffert, omnia ſuſtinet,omnia ſperat.

Dicitur etiam charitatis præceptum,non exhortatio,nec conſiliũ. o hæretici,nemini abſque peccato illud prætermittere licet,& qui illud obſeruare uoluerit morte morietur: qui enim non diligit manet in morte.

Dicitur præceptum nouum: Mandatum nouum do uobis, ut diligatis inuicem ait Chriſtus. Non nouum dicitur, eo quia in lege Moyſi mandatum non fuerit, aut in lege naturæ in cordibus noſtris inſertum ut dicimus: ſed nouum quia modo nouo ac inaudito Deus per Chriſtum nobis illud oſtendit. Nonnè nouum eſt Chriſtum pro peccatis noſtris innocentiſſimum morte turpiſſima condènari ac mori.Nonnè nouum eſt, ut ait Bernardus, Deum immortalem,impaſsibilemque hominem paſsibilem fieri,ut hominem cæleſtem

ſtem & glorioſum efficeret.ideo propheta, Nouum faciet Dominus ſuper terram.

Nouum eſt pręceptum charitatis,quia in ſolo Chriſto bonitas magna Dei aperitur,& nobis manifeſtatur. Vix pro iuſto quis moritur, inquit Paulus.Nunquam homo uiſus eſt pro inimico uitam ponere: attamen Chriſtus pro rebellibus, iræque filijs mortuus. ideo Ioan. Maiorem hac dilectione nemo habet.

Nouum eſt, quia nouo modo unimur ipſo Deo,non ut ſapientes per ſcientiam & coniunctionem intellectus agentis cũ poſsibili imaginati ſunt.audi Ioan.Qui manet in charitate,in Deo manet:ergo no-
Ioan. uum eſt charitatis præceptum. O fælix charitas non carnales,ut generantis ad genitum uel amicorum, ſed diffuſa per Spiritum ſanctum. Hanc Paul.Romanis ſuper omnia præpoſuit dicens; Nemini quic-
Rom.13. quam debeatis,niſi ut inuicem diligatis.Qui enim diligit proximum legem,&c.

Hanc charitatem docebat Paulus eoſdem abſque ſimulatione dicens,Dilectio ſine ſimulatione charitatem fraternitatis inuicem diligentes,ſpiritu ſeruentes.

Hanc docuit Corinthios.Si quis autem diligit Deum,hic cognitus eſt ab eo:charitas uerò ædificat.

Hæc charitas te ipſum deſerere facit,& obliuiſci,ut proximũ adiu-
1.Cor.8. ues.ſic ait Paul.1.Cor.8.Nemo ꝙ ſuum eſt quærat,ſed quod alterius.

Hæc eſt illa charitas,ſine qua nulla uirtus aliquid ualet,ut ait Paulus.Charitatem autem non habuero,nihil mihi prodeſt.

1.Cor.14. Hæc eſt illa charitas,cum qua omnia bona fiunt.1.Cor.14.Sectamini charitatem,& omnia ueſtra in charitate fiant.

1.Cor.16. Hæc eſt illa charitas, ſine qua unuſquiſque anathema eſt. 1. Cor. 16. ait Paulus. Si quis non amat Deum & proximum,ſit anathema: charitas mea cum omnibus uobis in Chriſto Ieſu.

Hæc eſt illa charitas, quam proximo & Eccleſiæ liberè oſtendere
2.Cor.8. debemus,ut docuit Paul.2.Cor.8.Oſtenſionem ergo quæ eſt charitatis ueſtræ,& noſtræ gloriæ pro nobis in illos oſtẽdite in facie Eccleſię.

2.Cor.7. Hæc eſt illa charitas,qua Paulus æmulabatur Corinthios, dicens, Aemulor enim uos Dei æmulatione: per charitatem autem ſeruire inuicem.

Gal.5. Hæc eſt illa charitas,quæ finis legis nuncupatur. Gal.5. Omnis.n. lex in uno ſermone impletur,Diliges proximũ tuum,ſicut te ipſum.

Hæc eſt illa charitas, in qua ambulare debemus, ut Apoſtolus
Epheſ.5. Epheſ.5.Ambulate in dilectiõe, ſicut Chriſtus dilexit nos & tradidit ſemetipſum ꝓ nobis in oblationẽ & hoſtiã Deo in odorẽ ſuauitatis.

Hæc

Hæc eſt illa charitas, quę uinculum perfectionis appellatur. Coloſ. 3. ſuper omnia ergo charitatē habentes, quæ eſt uinculū perfectionis. Coloſ. 3.

Hęc eſt illa charitas, qua ſummopere Theſ. pollebāt, ut ait Paulus, De charitate autem fraternitatis non neceſſe habemus ſcribere, uobis ipſi.n. uos adeo didiciſtis ut diligatis inuicem. 1. Theſ. 4. 1. Theſ. 4.

Hæc eſt illa charitas, quę præcepto Dei finem imponit. 1. Timo. 1. Finis aūt præcepti eſt charitas de corde puro, & cōſcientia bona, & fide non ficta, a quibus quidā aberrantes conuerſi ſunt in uaniloquiū. 1. Timot.

Hæc eſt illa charitas, ad quam omnes nos prouocare debemus, ut Paul. docebat Heb. 10. dicens. Itaq; conſideremus inuicem in prouocatione charitatis & bonorum operum. Hebr. 10. Heb. 10.

Hæc eſt illa charitas, quæ ſemper die ac nocte nobiſcum manere debet, ut docet Paul. Hebr. 13. Charitas ergo fraternitatis maneat uobiſcum, ſic Deus pater uobis ſua miſericordia concedat. Amen. Heb. 13.

SABBATO CINERVM.

Erat nauis. Marc. 6.

PAVLVS qui non ab hominibus neq; per hominē miſſus eſt, ſed per Ieſum Chriſtum. Apoſtolus & prædicator ueritatis, cognoſcens carnis humanę imbecillitatem, ita ut in periculis homo conſtitutus non in ſe, ſed in deo fidere debeat ſcribens ſecunda Cor. 1. ait, Non ſimus confidentes in nobis, ſed in Deo qui ſuſcitat mortuos, qui de tantis periculis nos eripuit, in quem ſperamus, quoniam & adhuc eripiet. Tanta eſt.n. miſericordia Dei erga nos, ut ipſemet per Eſai. 49. dicat, Nunquid poteſt obliuiſci mulier infantem ſuum, ut non miſereatur filio uteri ſui? & ſi illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiſcar tui. Quod etiam Chriſtus unicus Dei filius erga diſcipulos ſuos in periculis conſtitutos feciſſe uidetur, ut in hoc Euang. patet.

Quatuor fructus in hoc portu ſacri euangelij capiuntur; primus eſt, ꝙ tribulationes ſunt neceſſarię tam iuſtis, quā peccatoribus. Secūdus, quod oīa ueniunt a Deo ut fidē exerceamus. Tertius quod oportet indeſinenter tolerare tribulationes. Quartus quod tandem Deus non deſerit ſuos, ſi uocationi ſtabunt.

Primò *cum ſero eſſet factum erat nauis in medio mari*. Quod tribulationes ſint neceſſe experientia apparet. Primò iuſtis; quid dicam de Iob in ueteri teſtamento, qui iuſtus fuit, & tamē tot paſſus eſt, & quaquam cap. 4. dicat innocens homo nuſquā perijt: econtrario tamen cap. 6. ait, inter nocentem cum impio Deus conſumit, & tamen non

eſt contradictio, nec iniuſtitia: noluit.n. Deus ut homo ad tantã inſaniam deueniret, ut ſe & per ſe iuſtum corã Deo exiſtimaret qui ſcrutatur corda; cum nil aliud in ſe homo, niſi quod purget, curet & corrigat cõtinere uideatur, idcirco Proph. ſuam miſeriam agnoſcens infrà cap. 9. dixit, Si iuſtificare me uoluero os meum condemnabit me, & ſi innocentem oſtendero, prauum me comprobabit dominus. Conformiter Dauid Pſal. 74. ait, Cum accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo, ideſt noſtras iuſtitias Deus ac ſi non eſſent iuſtitiæ iudicabit. Et alibi ſuam paruipendens iuſtitiam, a iuſtitia Dei liberari petierat dicens. In iuſtitia tua libera me Pſal. 30. Ideo Iob cap. 5. ait, Nihil in terra fit ſine cauſa.

Sed contra Idem Iob cap. 1. ait, Fruſtra afflixit me Deus, ſi nihil fit ſine cauſa ut credendum eſt. cur ait Iob fruſtra, quaſi ſine cauſa Deus eum afflixiſſet?

Reſpondeo non fruſtra Deus afflixit Iob, quia ut ait ſapiens Prou. 27. Sicuti in camino ignis probatur aurum, ſic in afflictione probatur uir iuſtus. Et quamuis in Iob non ſit cauſa peccati mortalis, tamẽ Deus qui eius merita augere decreuit hunc ſæpe flagellis, & afflictionibus corrigere, ut his fama Iob crebreſceret, ut Heb. 12. Quos Deus diligit hos corrigit, cum non inuenitur homo quin aliqua correptione non ſit dignus apud eum, licet non apud homines.

Ad primam ergo dicam ſine cauſa, ideſt ſine Deo cauſa omnium rerum, ſine cuius nutu nil in terra fit effectiuè uel permiſſiuè; quia multi effectus fortuiti inueniuntur non intenti a cauſis ſecundis, licet intelligantur ab illa non errante. Ideo conqueritur Iob cap. 1. dicens. Ambulans in innocentia bonis priuatus ſum. Et hoc uerum eſt, quia idem cap. 17. ait. Donec deficiam, non recedam ab innocentia: & tamen remanſit nudus in ſterquilinio abiectus, & pauperrimus.

Reſpondetur quod licet iuſti priuẽtur bonis fortunę & corporis, non tamen bonis æternis, ſcilicet gratia & gloria.

Aliter dicam quod licet Iob per aliquod tempus bonis, tum corporis tum fortunæ priuatus fuerit procurãtẽ Sathana, Deo tamẽ miſerante illi duplicia reſtituta fuere poſt fælicem uictoriam: ideo Dauid Pſal. 110. ait, Ambulabam in innocentia cordis mei in medio domus meæ: glorians in innocentia, ſciens innocentes & iuſtos diligi a Domino. Sic Iob cap. 3. gloriabatur dicens, Scelera mea, & delicta oſtende mihi.

Sed contra Iob cap. 33. ait, Peccaui, & uere deliqui: ſi innocens quomodo peccauit; & ſi peccauit, quomodo innocens appellatur, eo magis quod ſapiens Prou. 15. ait, Septiès in die cadit iuſtus?

Reſpondetur quòd peccatum Iob fuit ueniale, ſecundum quod ſapiens

piens ait, Septies in die cadit iuſtus; quia per peccatum Adæ remanſit in homine fomes peccati, ut ait Apoſtolus ad Rom.7. Loquens de fomite; Non habitat in carne mea bonum. & Propheta Pſ.50. Ecce inquit, in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea, & Pſ.142. Non intres in iudicium cum ſeruo tuo, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens, & 1.Io.1. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, & ueritas in nobis non eſt, & Gen.8. Senſus enim, & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua. & Chriſtus iubet orare, dimitti, ſcilicet peccata noſtra. Matth.6. Ex quibus locis, ſcripturæ claret quãtum in nobis ſit fomes ille peccati, & nemo eſt mũdus naturali lege, cum dicat Apoſtolus Epheſ.2. Eramus natura filij iræ. in hoc fomite peccati omnes naſcimur filij iræ & inimici Dei.

Propterea Auguſt. contra Iuliã. lib.1. in princ. Lex in membris (de qua Apoſtolus Rom.7. Reperio aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ) uitium carnis eſt, quod ex ea pœna peccati & ex traduce mortis prouenit. Sed lex iſta quæ eſt in membris remiſſa eſt regeneratione ſpirituali ſcilicet quo ad culpam, & manet in carne mortali tanquam pœna. Propterea & baptiſmus, & regeneratio dicitur. Io.3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, non poteſt uidere regnum Dei. a quo remouetur fomes ille peccati, niſi baptiſmi gratia abluatur? Et ad Tit.3. Baptiſmus lauacrum animæ dicitur quatenus ibi culpa fomitis remittitur a Deo, nec amplius imputatur niſi uoluntate quis conſenſerit, manet tamen rebellio & fomes peccati tanquam pœna peccati.

Quum ergo reatus ſiue culpa peccati remittitur in baptiſmo, ſequitur quod nihil hic manet de peccato in homine, ut ipſum poſſit priuare ſalute. & ſi ſenſerit pœnam fomitis .i. concupiſcentiã carnis & rebellionem, illi tamen non obedierit, ſed potius pro uirili reſiſtit, non erit peccatum damnans, nec ſibi imputabitur a Deo pro peccato. Illi.n. propriè peccãt, qui motibus, & concupiſcentijs carnis obediũt, & obſequuntur; Ideo Paul. Ro.6. uetat ne peccatũ, hoc eſt fomes peccati, regnet in mortali corpore noſtro, ut obediatur cõcupiſcentijs eius. Qui.n. (ut Aug. placet) uolũtate non peccat, non dicitur peccaſſe: uolũtas.n. facit peccatum. Ideo Paul. ait, Si autem hoc facio quod nolo, iam non ego operor illud, ſed quod in me habitat peccatum.

Nec obſtat quantũ fomes ille a Paulo uocatur peccatũ, eo quod uaria eſt huius uocabuli peccatũ acceptio a Paulo. Accipit.n. primo pro ſolo fomite peccati, aut carnis, ut Ro.7. ſcilicet quod ĩhabitat in me peccatũ. Hic uocat lubricos cõcupiſcentię motus, quos fomes inuito Paulo excitauit peccatũ, quos teſtatur nequaquã a ſe perpetuatos, ſed

a peccato. Et ſic diligēter attendendū eſt, ꝙ hic negat Paulus hos motus a ſe aut ſua uoluntate, & ſponte partos, ſed a peccato; nimirū a fomite carnis, quem contra ſuam uoluntatem hos motus indeſinenter procreaſſe fatetur: propterea & negat ſibi illos attribuēdos ueluti authori, cum omnino contra ſuam uoluntatem fiant.

Secūdò hos motus Paulus ēt uocat affectus ſeu paſſiones peccatorū, cum inquit. Eſſemus in carne paſſiones peccatorū, quæ per legem erāt, operabantur in mēbris noſtris, ut fructificarent morti. Ro. 7. ſic ad Coloſ. 3. Mortificate mēbra ueſtra, quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam &c. quæ planè cuncta, pro motibus fomitis hic Paulus accipit. Vocat quoq; illos motus corpus peccati; ut Ro. 6. Vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, ut deſtruatur corpus peccati, & hoc fit quotiens motibus illis reſiſtimus.

Tertiò peccati uocabulo utit̄ Apoſto. pro conſenſu mentis ad ſeruiendū, & obediendū illis motibus prout ſupra dictū eſt, & hos qui ſic obediunt motibus & cōcupiſcentijs carnis, dicit in peccato manere, & in peccato uiuere, fouere ueterē hoīem, & abijcere nouitatē uitæ, iuſtitiæ liberos eſſe, peccati ſeruos, in his regnare peccatū. Ecōtra qui nō peccant. i. qui motibus & cōcupiſcentijs carnis reſiſtunt, hos in peccato nō manere, ſed mortuos eſſe peccato; ueterem hominem crucifixiſſe, & iam incedere in uitę nouitate: ſepultos eſſe cū Chriſto per baptiſmū in morte reſurrectionis quoq; eius participes effectos ait Paulus. Hos itidem a peccato iuſtificatos aſſerit, ut a peccato liberos, iuſtitiæ ſeruos, demolitores corporis peccati, ac demum exhibere membra ſua arma iuſtitiæ Deo. Ecce quot epithetis Paulus peccātes a non peccantibus diſcriminat. Ex quibus patet, quid interſit inter peccatū, quod fomes dicitur, & peccatū quod cōſenſu mentis fit.

Quartò peccati uocabulū a Paulo accipit̄ nō pro ipſo peccato, ſed potius pro hoſtia peccati, ut 2. Cor. 5. Chriſtū pro nobis factū fuiſſe peccatū quum tñ Chriſtus expers fuerit oīs peccati, & 1. Pet. 5. Et eū (cū dicit Paulus) qui non nouerat peccatum pro nobis fecit peccatū, nempe Deus pater filium ſuum. Cum tamen Chriſtus, nec fomitem neque motum fomitis neque conſenſum in alterutrū habuerit: attñ dicitur factus peccatum, & hoc ideo dixit, quia uindictā peccatorum noſtrorū in ſe ſuſcepit. 1. Pet. 2. Ipſe peccata nr̄a ptulit in corpore ſuo ſuper lignū. i. cruciatus, qui noſtris peccatis debebantur, ipſe pertulit.

Præterea nec propter hoc homo non poſſit uitam aggredi fælicē, quia ait Paulus Rom. 8. Nihil nunc damnationis eſt his, qui ſunt in Chriſto Ieſu qui nō ſecundum carnem ambulant: ecce dicit, nihil dānatiōis, quod ſi nihil damnationis, nihil oīno reatus. i. culpæ erit: qa nemo damnandus uenit, niſi qui reus antea fuerit. Cum igitur ante

baptiſmum

baptiſmum uere fuiſſent damnationi obnoxij,& iam non ſunt,quia nihil damnationis habent,ergo omnino peccato carent,ideſt reatu. Sed præterea reatus per baptiſmum tollitur ipſo manente fomite ſimul & eius motu ueluti pœna peccati: ſed uoluntatis noſtræ eſt illi non obtemperare Rom.6. Neque illa carnis cõcupiſcentia aut fomes ſecundum ueram rationẽ peccati, peccatum eſt.Cũ reatus ſit ablatus per baptiſmum, nam ſi reatus non omnino fuerit ablatus per baptiſmum,neceſſe foret aliquid damnationis illis remanere, quod omnino Paulus negauit; patet ergo quanta ſit malitia, & ignorantia Lutheranorũ,qui tam uarias peccati acceptiones in unam confundere moliuntur,& unicum peccati modum ſtatuunt,quo poſſent conuincere,uel in quouis opere bono peccare hominem,&c. ſed manet domini ueritas.Voluntas igitur eſt cauſa peccati.

Aliud eſt igiť neminẽ carere peccato.i.fomite,& aliud,in omni opere ſuo unũquenq, peccare.Primũ ubiq; teſtať ſcriptura; Eccl.7.Nõ eſt hõ iuſtus in terra, qui faciat bonũ,& non peccet,& Io.1.primo,ſi dixerimus,quia peccatũ(ſcilicet fomitẽ,& motum carnis)non habemus,&c.At in oĩ opere peccare ſemper non probať ſcriptus.Cũ id ſit uoluntatis nõ naturæ,& apertè diſtinguit Apoſtolus inter fomitẽ, & uerũ peccatũ.Ro.7.inquiens,Nõ quod ego uolo,hoc facio &c.Nõ ergo uiribus atq; natura homines operando peccant in omnibus operibus,quando uoluntas adiuta gratia fomiti reſiſtit pro uirili, & opus ita factum licet fiat ab homine habente reniſum per fomitẽ, non tamen opus malum ſiue peccatum dicitur, eo quod uoluntas reſiſtit, neque conſentit concupiſcentijs carnis,neq; is defectus imputabitur a Deo pro peccato;& ſic propter baptiſmi ſacramentum,ut dictũ eſt.

Præterea ſic.Omnes homines ſunt peccatores & ſancti & dãnati, & ſaluati; ſancti & peccatores; nam ſm carnem in qua nõ habitat bonum.Ro.1.Peccatores & damnati ſunt.Iuſti aũt & ſalui ſunt in ſpiritu in quo habitat gratia per fidẽ,ut 1.Io.3.Omnis qui natus eſt ex deo non peccat.Et ſic aliud eſt habere peccatũ; & aliud facere peccatum. Primum oẽs habent, reliquum autem non item.Nã facere peccatum, aut regnare, uel perficere, Agere &c.fit cum cõſenſu uoluntatis, quæ eſt cauſa peccati.Secus aũt eſt de fomite,qui ſentitur in carne,præter conſenſum uolũtatis.Cõcludo ergo hoc,& ſi Iob haberet fomitẽ peccati,quo ueniali ter peccaret aliquãdo, ita ut cap.33.dixiſſet peccaui, & uere deliqui, attamen non admiſit iuſtitiã, ideo ẽt cũ peccato ueniali hõ poteſt dici iuſtus,ergo male hęretici dicũt hoĩem in oĩbus operibus ſuis peccare, qñquidem ſi uoluntatẽ non peccat, non dř peccatũ.

Secundus fructus eſt ꝙ tribulationes ueniunt ab ipſo Deo, ut fidẽ

ſinequa impoſſibile eſt placere Deo, & patientiam in qua poſſident animas ſuas exerceat. Hebr. 11. & Luc. 21. quia plerunq; marceſcit ſine puluere uirtus, ideo ſuos electos tentat aduerſis. Pſal. 118. bonum mihi quia humiliaſti me; ne proſperis natura noſtra imbecillis eleuetur, & Dei obliuiſcatur, uel rerum aduerſarum nimia ſeueritate frangatur. Orat Dauid Pſal. 82. Pſ. 8. & 72. & ſi uerò ęquali tentationum pondere uideatur Deus affligere in præſenti iuſtos, ut Abrahá, Loth, Dauid, Apoſtolos: & impios, ut Pharaonē, Anthiocū, Herodem ſortiantur, tamen diſparem finem. Hos in. purgat ut fructum plus afferant: omne enim qui fert fructum purgabit eum. Io. 3. Iniuſtos, ut perdat, quia omnem palmitem (ait Chriſtus) in me non ferentem fructum tollet eum, & in ignem mittet, & ardet. Io. 15.

Ideo Dauid ait, Probaſti cor meum, & uiſitaſti nocte. pſ. 16. Sed cōtra pſal. 154. ait. Proba me Deus, & ſcito cor meum. Si Deus probauerat, cur rurſum rogat, ut probetur?

Reſpondetur quod non loquitur de carnali, ſed de Chriſto, quem pater permiſit probari flagellis, & contumelijs ut rectè diceret pſal. 72. Et fui flagellatus tota die, & caſtigatio mea in matutinis. Id circo ſic probatus, & conquadratus tanquam lapis electus, & angularis fuit locatus a Deo pro fundamento ſupernę Hieruſalem, ut de illo pater diceret 1. Pet. 2. Ecce pono in Syon lapidem ſummum angularē, electum, & pretioſum, & qui crediderit in illo non confundetur. Super quem lapidem noſtra ædificatio erexit in templum ſanctum in domino. Sic Paul. Epheſ. 2.

Sed in tribulationibus nō deeſt Deus. Pſal. 33. Iuſtus eſt Deus his, qui tribulato ſunt corde. Sed contra Pſal. 21. Tribulationi proximæ non eſt, qui adiuuet, ſi non eſt, ergo contradicit primæ.

Reſpondeo, quod per ſecundam authoritatem non eximuntur fauores diuini, ſed hominum quaſi uexatus anguſtijs conuerſus ad dominum diceret, talis eſt acerbitas tribulationis, quam ego patior, quod neque homo, neque Angelus poteſt me adiuuare, ſed tu ſolus, qui diceris adiutor in tribulationibus, cui pauꝑ derelictus eſt. pſ. 45.

Varijs modis tribulantur homines in hoc ſæculo, aut dolore pœnitentiæ ſponte aſſumptæ pro ſuis peccatis uel alienis, aut anxietate incolatus præſentis uitæ, aut deſiderio cæleſtis patriæ, aut timore futurę pœnę. Secus autem dico de perdurantibus in peccatis & nō curantibus ab illis relaxari, quibus non eſt prope niſi punitio, & uindicta: audi Dauid, Iudica me deus, & diſcerne cām meam. Pſ. 42. Et rā è contrario. Pſal. 142. ait, Non intres in iudicio cum ſeruo tuo dñe.

Reſpondeo quod alio ſenſu loquitur in uno, & alio in altero, contempla-

templatus enim ſe nil dignum laude feciſſe coram Deo, ſupplex & humilis Deum audiens rogat, ne in iudicium ſecum intret, nouit.n: quod ſi Deus in iudicium intrauerit cum illo ſecundum rigorem ſuę iuſtitiæ, æternam pœnam ſugere non poſſet: ideo conuerſus ad Deũ ait, Nolo tecum habere cauſam, qui non ſolum hominum culpas punis, ſed & noſtras iuſtitias condemnas, tanquam iniuſtitias; ne igitur iniquitate mea me conuincas noli intrare mecum in iudicio: dum uero petit, ut ſe iudicet repręſentat hominem iuſtificatum, qui non confidit in ſua iuſtitia, ſed in Dei miſericordia ſperans rogat, ut cauſam ſuam uideat ob oculos, quam habet contra Diabolum, & hominem aduerſarium tentantes rurſum ſe opprimere dicentes Sap. 2. Opprimamus uirum iuſtum, quoniam contrarius eſt operibus noſtris: rogat ergo ut ab inſidijs ereptus liberius poſſit Deo ſeruire.

Ideo Pſal. 56. ait, Sine iniquitate cucurri, & direxi. & tamen Pſal. 50. ait, Iniquitatem meam ego cognoſco.

Reſpondeo, quod Dauid uenienti ad ſe Propheta. Gad. 2. Reg. 11. ac ſe arguenti ex parte Dei ob commiſſum adulteriũ cum Berſabee, homicidio quoque coniugis interueniente dixerat, quoniam iniquitatem meam ego cognoſco.

Sed ex altera parte cognoſcens iniuſtè ſe perſecutionem pati Sauli Regis Iſrael, abſq; cauſa; ideo dixit. Sine iniquitate cucurri, & direxi. quanquam dicere poſſemus Hæbraicam literam non ſic contínere, ſed ſic, quoniam tranſgreſſiones meas ego cognoſcam.

Sic Pſal. 118. dicebat. Erraui ſicut ouis, quæ perijt; Et tamen ibidẽ ait. A mandatis tuis non erraui; erraui, & non erraui contradicunt.

Reſpondeo diuerſis ſenſibus loquutus eſt. Nam cum præmiſiſſet in eodem uerſiculo, poſuerunt peccatores laqueum mihi: ſtatim ſubiunxit dicens. A mandatis tuis non erraui. quaſi diceret, licet Dæmones, & mali homines laqueum, ideſt diuitias, honores, & dignitates mihi parauerint, ut in illis pluſquam oportet me delectarem, & ſic præcipitarer, tamen ſciens obſeruantiam mandatorum tuorum eſſe præſidium optimum contra laqueos, idcirco non erraui ab illis aliud declinans: pariter Hæretici parantes laqueum, falſa dogmata, ſophiſticas rationes, ſed auxilio gratiæ tuæ, hos quaſi laqueos ſicut paſſer ſciens ſcriptũ fuiſſe Prouer. 22. Ne tranſgrediaris terminos, quos poſuerunt patres tui; ideo poſt uictoriam a mandatis tuis nó erraui, Errauit ſicut ouis, quia ſe dignum uenia erroris commiſſi indicauit dum proſtratus ante Deum lachrymas effundit. Pſal. 6. & tanquã ouis errans meruit inueniri a pio Paſtore; ideo dicebat Pſal. 50. Laua me domine ab iniquitate mea.

Sed contra pſal.58.Neque iniquitas mea, neque peccatum meum domine; ſi iniquitas eius non erat,neque peccatum, cur petit lauari, & purgari?Meum,& non Meum non compatiuntur.

Reſpondeo quod non erat ſua iniquitas ut a Saule perſequeretur, & occideretur, erat tamen ſua quia iudicium Dei aliud eſt a iudicio hominis;cuſtodiebat enim animam ſuam,quia pſal.10. Præceptum fuit,dices,Qui diligit iniquitatem,odit animam ſuam.

Sed contra Chriſtus Io.12. Qui odit animam ſuam in hoc mundo in uitam æternam cuſtodit eam.

Reſpondeo, quod prior locus declarat iniquos ſalutem ſuam ſpernere dum ſatis curant iniquitatem & non iuſtitiam, odire enim animam in Euang.eſt abnegare ſe ipſum,diffidere a iuſtitia propria & renunciare oĩbus, quæ nos reuocant a Regno Cælorum, & ſoli uerbo Dei,& diuinæ miſericordię inniti,afflictiones,& crucẽ ferre propter Chriſtũ,ſic.n.itur ad aſtra dum animã noſtram perdimus pietatis cã.

Sic faciebat Paulus 2.Tim.2.Omnia ſubſtineo propter electos,ut & ipſi ſalutem conſequantur,quę eſt in Chriſto Ieſu cũ gloria cęleſti.

Et è contrario qui amat animam ſuam, & ſperat gloriam, honorem,& diuitias, cordis deſideria, fugiens autem perdit eam. Iniqui enim animam odiunt non propter iuſtitiam Dei,ideo aliud eſt odirę animam propter regnum Cælorum,& aliud propter uentrem,& iniquitatem:impij uero odiunt,quia negligunt ſalutem quia ex Deo nõ ſunt,ſed ex Diabolo, idcirco qui iniquitatem diligunt Deum odiũt, & ſaluari non cupiunt,& animam perdunt.

Sed admirantur omnes, & mundus, & caro, & omnes carnales, qua de re, cum electi adeo ab ipſo Deo proteguntur,ut gallina congregat pullos ſuos,attamen affliguntur,& peccatores exaltantur, nõ ne de eis dictum eſt,uos eſtis genus electum regale ſacerdotium,gẽs ſancta, & populus acquiſitionis ? & Chriſtus de electis loquens eos matrem,ſororem,& fratres uocat,ciues ſanctorum,& Dei domeſticos,caro de carne eius,& oſſa de oſſibus eius, & mẽbra deniq; Chriſti, & tamen ex alio latere in perſona omnium exclamat Paulus 2. Cor.1. Tribulati ſumus & ſupra modum grauati, ita ut tæderet nos etiam uiuere.Et Iob in perſona electorum ait, Mortificamur, & ecce tota die ſumus ſicut oues occiſionis, & Paulus Rom. 8. Tanquam purgamenta huius mundi.

Reſpondeo multis rationibus.Prima prędeſtinati tribulãtur ut in gratia confirmentur; tribulationes enim maculas peccatorum emundant,ut Sap.8. Tanquam aurũ in fornace probauit electos dominus.

Secunda ne caſu, & fortuna electi perſequutionẽ pati putaremus; ſed

ſed ut a peccato præſeruarentur, ut Paulus, cui angelus Sathanæ datus fuit. Ideo 2. Corin. 12. Ne magnitudo reuelationum extollat me, &c. Sic Iob. 6. qui militat contra tribulationum ſagittas inquiens: Sagittę domini militant in me, quarum indignatio pœna, & moleſtia; Vt filij Iſrael, qui in ſeruitute in Ægypto deducti, ne Idolis inſeruirent.

Tertia vt tribulati ad Deum confugiant, multiplicatæ ſunt infirmitates eorum: hos Christus vocat dicẽs. Ite ad exitus viarum, & quos inueneritis introducite pauperes, debiles, & claudos. Sic Nabuchdonoſor ob perſequutiones humilis effectus eſt. 2. Paralip. 32.

Quarta, vt augeretur eorum charitas, vt Dauid. In tribulatione dilataſti mihi vt ignis, quo magis vento inflatur eo magis accenditur.

Quinta, Tribulationes enim electos lętificant, ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu conſilij &c. Ideo Iac. Omne gaudium exiſtimate fratres, vt cũ in tentationes varias incideritis. Et Paul. Abſit mihi gloriari niſi in cruce, Galat. 6. Et Dauid: Virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt; Et Christus, Merces veſtra copioſa eſt cęlis.

Sexta cã, vt electi cognoſcantur, & Chriſti Eccleſia purgetur tribulationes enim temporale purgatorium appellantur, & iuſtos à reprobis ſicut granum à ſpinis ſeparant, tunc enim verè cognoſcuntur electi, cùm Chriſti amore tribulationes patiuntur, reprobi verò in tempore tentationis recedunt.

Septima, vt manifeſtetur gloria Dei, vt Io. Neque hic peccauit, neque parentes, ſed pro gloria Dei; vt manifeſtentur opera Dei.

Octaua, Ne quis de viribus ſuis confidat, ait enim Auguſti. cum Deus coronat merita noſtra, quid coronat niſi dona ſua? & Christus, cum hæc feceritis, ſerui inutiles eſtis.

Nona, Vt præmio digniori digni fiant ab eo, qui reddit vnicuique ſm opera ſua: ſic Christus ne membrum delicatum ſtet ſub capite ſpinoſo, ait. Si me perſequuti ſunt, & vos preſequentur. Et Matt. 10. ait. Christus. Si mundus vos odit, ſcitote quia me priorem odio habuit.

Decima, ne mẽbra capiti vniantur, quia ſi caput dolet cętera membra languent: & ſi hoc in corpore naturali videtur, multo magis in miſtico corpore videri debet: ſi. n. Christus perſequutionem patitur, & nos pati debemus cum eo.

Tandẽ ſi tribulationes patimur cũ Dauid exclamare oportebit, In te Dñe ſperaui nõ confundar in ęternũ. Eſto mihi in Deũ protectorẽ, & in locũ refugij, vt ſaluũ me facias; qm̃ firmamentũ meũ, & refugiũ meum, es tu, & propter nomen tuum deduces me, & enutries me.

Sed audite rñſum à Chriſto eis præſtitum: clamauit ad me, & ego

exaudiam

exaudiam eũm, cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum longitudine dierum, replebo eum, & oſtendam illi ſalutare meum, ſicut hodie circa quartam vigiliam vadit ad diſcipulos laborantes in remigando, non venit in prima vigilia, quia in ſtatu Innocentiæ minimè neceſſe fuit: nec in ſecunda Vigilia quia in ſtatu peccati & erroris, voluit vt errorẽ ſuũ cogonſceret: neque in tertia.i. ĩ ſtatu legis ſcriptæ, vt vias noſtras infirmas cognoſceremus, ſed in quarta vigilia uenit.i.in ſtatu gratiæ, ut nos exaltet, ideo dicit ſubſtine dominum & viriliter age, & confortetur cor tuum. Tribulationes ergo à Deo proueniunt: Iuſtis & iniuſtis, Iuſtis, vt mundentur Iniuſtis, vt puniantur.

Tertius fructus eſt quòd oportet indeſinenter tolerare tribulationes ſperantes auxilium à Domino quia fidelis eſt; & non ſinit nos tẽtari vltra uires. 1.Cor. 10. Non derelinquit ſperantes in eum, ludit clamores, eripit, & glorificat, vt Pſal. 90. Tandem ſi aduerſarius deo rugiens quærit vt deuoret, fortiter reſiſtamus in fide; quare licet apoſtoli hic derelicti videantur in mari proceelloſo aduerſitatibus mundi, carnis, & Diaboli in nocte tenebroſa ignorantiæ rerum diuinarũ, & curis huius ſecuri ventis contrariis, variis doctrinis, & peregrinis, nequaquam tamen merguntur fluctibus deſperationis, ut negẽt Dei prouidentiam vel ipſo facto, ſicut Cain Geneſ. 3. & Iudas Matt. 27. Et præſumptionis vt lucifer Eſai. 14. & Nabucdonoſor Dan. 4. in quibus & ſi eſſet pœnitentia peccati admiſſi, deerat tamen ſpes miſericordiæ: vera.n.pœnitentia eſt, vt nec ſperantem pœnitentia, nec ſpes deſerat pœnitẽtem. Sed quare oportet nos pati, reſpondet Paulus Coloſ.1. adimpleo, quæ ſunt paſſiones Chriſti in carne mea.

Sed contra. 1.Cor. primo ait, paſſiones Chriſti in nobis abundant, quo modo ergo deſunt, quia Chriſtus in cruce pendens ſpiritum emittens ait. Io. 19. conſumatũ eſt.i. omnia quæ de illo ſcripta erant.

Reſpondetur nõ arrogantia dixit Apoſtolus ſuppleo, quod deerat paſſionum Chriſti in carne mea, quaſi paſſio Chriſti non fuerit ſufficiens, ſed ex magno amore erga Chriſtum dixerat: quare non vult Apoſtolus ſuas eſſe paſſiones, quas ipſe patitur, ſed Chriſti pro cuius nomine illas patiebatur, quaſi diceret, quæ ego patior, non mihi, ſed illi gratias referre debetis, impletæ.n. erant paſſiones in capites eſtabãt; & ad hoc reſtant paſſiones Chriſti implendæ in membri corporis Chriſti, quorum erat Paulus: ideo ait, adimple in carne mea, quaſi dicat, Ego addo menſurã meam in carne mea pro corpore eius, quod eſt Eccleſia, vt & tu quicunque es homo ad imitationem tanti Apoſtoli tuam addas menſuram in carne tua, implens quod deerat paſ-

ſionibus Chriſti, quia ſi cõpatimur, ibimus quo Chriſtus præceſſit, quia, vt Aug. ait, recuſat eſſe in corpore, qui perſequutionem nõ vult ſuſtinere cum capite, tandem Deus non deſinit præſtare auxilium vt Pſal. 21. Clamauerunt, & ſalui facti ſunt.

Sed contra Pſal. 17. Clamauerunt, nec erat qui ſaluos faceret. profecto ſi Iſraelitis clamantibus ad dominum non fuit qui ſaluos faceret, cur dicit contrarium?

Reſpondetur quod propheta non loquitur in prima de populo Iſraelitico, ſed de infidelibus anguſtiatis clamantibus ad Deos ſuos, vt liberarentur à preſſuris non fuerunt exauditi, & deficiente præſidio Deorum ſuorum clamauerunt ad Deum, & exaudiri non meruerunt ob ſuam infidelitatem, ergo Deus illorum eos ſaluare non potuit, & Deus verus illos ſaluare noluit, quia non recta fide ad eum clamauerunt, non recedentes à cultura Deorum ſuorum.

Ad Secundã dico ꝙ non tantum loquitur de priſcis patribus uexatis ab Aegyptis, ſed de vnoquoq; fideli in ãguſtiis clamãte ad Dñm dicẽte propheta Pſ. 21. Clamabit ad me, & ego exaudiã eum, & cãm exauditionis oſtẽdit dicens, quoniam cognouit nomen meum. Ideo ergo non exaudimur, quia non cognoſcimus virtutem nominis Ieſu Chriſti, hanc cognouit Petr. act. 4. dum ait. non eſt aliud nomẽ ſub cęlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri, niſi nomen Ieſu Chriſti. Tunc.n. cognoſcimus nomen Chriſti, quando patienter tribulationes ſuſtinemus ſine deſperatione & vindicta, exemplo Chriſti, ut ait Eſa. 53. Dum pateretur, os ſuum non aperuit.

Sed contra Pſal. 68. loquẽs de Chriſto ait. Fauces raucæ factæ ſunt præ clamore. Sic Eſa. præuiderat Chriſtum tanquam agnum non aperiens os ſuum contra tondẽte imolandum; cur dicẽdo prę nimio clamore fauces raucas?

Reſpõdeo. Vtrunque uerum eſſe primo cum malediceretur, non male dicebat, dans nobis exemplum ſubſtinendi calumnias impiorum, & aduerſa mundi, quibus probamur tanquam aurum in fornace, ut Sapiens Sap. 3. nouerat.

Sed in agona poſitus uolens nobis ſuam dilectionem oſtendere pro fidelibus clamauit ad patrem, ut illis miſereri dignetur, in quo clamore raucæ fauces factæ ſunt arentes ſiti; ideo dixit, ſitio: hinc diſcat Chriſtianus homo, quanta, & qualis fuerit Chriſti pœna, & qualis fuerit eius tolerantia acerbiſſimæ paſſionis: & illum imitari ſtudeat, qui nobis præbuit exemplum; ut ait Petrus, Chriſtus pro nobis paſſus eſt: nobis relinquens exemplum, ut ſequamini ueſtigia eius, & ita fidelis eſt, ut nos perire non ſinat, ſic hodie circa quar-

tar

tã Vigiliã acceſſit ad diſcipulos, & ſtatim ceſſauit uentus, inquiẽs: Cõfidite, quaſi diceret: Ego ſum qui in mundũ ueni ut uos ſaluos facerẽ.

Confidite: quia ego patres veſtros Maré Rubrũ tráſfretare volui.

Confidite: à ſeruitute enim vos liberos Pharaonis volui.

Confidite, quia non mãna, ſed corpore meo. vos cibare conſtitui, & potare non aqua petræ, ſed lateris mei me ipſum in ſigno pacis perpetuę patri meo offerens, & à ſeruitute inferni liberans.

Confidite, quia qui in me confidit non decipitur, neque confunditur, vt Dauid, In te domine ſperaui non confundar: ſi enim in viribus proprijs confidimus audi ſcripturã: Sicut Caſtra Ægyptiorum confidentes in quadrigis ſummerſi ſunt, ſic ſãnciſti.

Si confidis in diuitijs, audi ſapientem Prouer. 11. Qui confidunt in diuitijs ſuis corruent.

Si confidis in virtute propria, audi Dauid, Qui confidunt in virtute ſua, & in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur, confundentur.

Si confidis in ſcientijs huius mundi, audi Paulum, Scientia huius mundi ſtultitia eſt apud Deum.

Si confidis in magnitudine dignitatum tuarum præcipitaberis, audi ſcript. in Machab. Si confidis in virtutibus tuis deſcende, & in Ezech. Deſtinati ſunt confidentes virtuti ſuæ.

Si confidis in hominibus deciperis, audi Dauid, Maledictus homo qui ponit ſpem ſuam in homine.

Si confidis in pulchritudine, audi Ezech. habent fiduciam fornicatores in pulchritudine.

Confidite ergo in Chriſto, nihil enim deeſt confidentibus in eo, liberantur à tribulationibus: in te ſperauerunt patres noſtri, ſperauerunt, & liberaſti eos.

Qui confidit in Chriſto ab inimicis ſuis liberatur, vt Iob. 6. Confuſi ſunt inimici, quia ſperaui.

Qui confidit in Chriſto non erubeſcit, nec timet, audi Dauid, Non erubeſcam, quoniam ſperaui in te.

Qui confidit in Chriſto magno gaudio ſemper afficitur: audi Dauid, Ego autem ſperaui in Domino, & gaudebo in Deo meo ſemper.

Qui confidit in Chriſto ſemper benedicitur, benedictus vir qui ſperat in Domino.

Qui confidit in Chriſto nũquã offenditur, ſed defenditur, 2. Reg. 22. Dominus eſt ſcutum omnium ſperantium in ſe.

Qui confidit in Chriſto miſericordiam impetrat peccatorum ſuorum: ſperantes autem in Domino miſericordia circundabit.

Qui

Qui confidit in Chriſto ab eo illuminatur: Illuminabo omnes ſpe rantes in me.

Qui confidit in Chriſto in lib. vitæ ſcribetur. vt Paul. ex ſcriptur. Beatus eſt Dominus,& confortans.

Qui confidit in Chriſto hæres cœlorum efficitur. Vt Eſa. 57. qui habet fiduciam hæreditabit.

Tandem qui confidit in eo,omnia obtinet,ceſſat ventus,quietum eſt mare, nauis non ſubmergitur. Chriſtus: ergo noſtra ſit fiducia, & fortitudo.

Quartus fructus eſt, quod Deus nunquàm deſerit ſuos, ſi tamen vocatioui non defuerint,& ancoram ſpei non deiecerint,& diabolo, mundo,& carni non reſtiterint,ideo Iac.5. Reſiſtite diabolo, & fugiet à vobis.Et Petrus.Reſiſtite fortes in fide.

Sed contra Tob.41. Non eſt poteſtas ſuper terram,quæ comparetur Diabolo.Si nulla poteſtas relicta in terris eſt, quæ comparari poſſit potentiæ Diaboli,quibus armis reſiſtemus?vt iubet Iac.& Petr.

Reſpondeo,Quicunque æternam ſalutem acquirere cupit,tria cõcipere cogitur,quæ ſunt facere bonum;Reſiſtere Sathanæ, vt in peccatum nõ ruat,Et ſurgere à peccatis.Primum quod eſt bonum operari;quilibet fidelis fide adiuuante reſiſtere poteſt,nec nouo indiget auxilio ſpeciali:ſufficit enim generale auxilium ſeu communis influentia,quia poſſidet fidem, quæ eſt donum Dei.

Secundum quod eſt tentatori reſiſtere, homo non poteſt etiam ſi fidem habeat abſque nouo auxilio, vt ait Pſal. & Auguſ.declarat lib. 2.de Ciui.Dei,cap.20.ſi Deus permittat aliquẽ tentari quantum Diabolus eum tentare valet,nullum ei præſtans auxilium, cadet quidem peccator collidente hoſte, & in tentatione naufragabitur niſi faciet ei Deus prouentum,vt poſſit ſuſtineri.

Tertium eſt , à peccato ſurgere, quod nemo poterit, niſi manus domini tangens eum de terra erexerit, hæc tria declarat Euangelium.

Quo ad primum Matth.5.ait,Facite fructus dignos pœnitentiæ.

Ad ſecundum clamat Lucas cap.6. & ne nos inducas in tentationem, ideſt non permittas nos tentari, quantum Sathanas poteſt, ſed adiuua nos.

Tertium Matth.17. dum diſcipulis cadentibus in faciem ſuam in monte Thabor,ſurgere non valebant, Chriſtus extendens manum ait,Surgite ego ſum.

Cum autem Petrus & Iacobus, nos ad reſiſtendum inuitant hoc faciunt,quia Deus ſemper præſto eſt auxiliari fidelibus. Reſiſtite ergo

go quia Deus adeſt, vt Dauid Pſal.120. Auxilium meum a Domino. Sic intelligitur Paul. Nolite locum dare Diabolo, ſic armis ſpiritualibus munitus facile Demon vincitur, vt Hiero.& Paul.2.Cor.10. Arma militiæ noſtræ non ſunt carnalia, ſed potentia Dei. Et Ro.6. Arma iuſtitiæ Dei, quibus armis confuſus, & victus fugiet à vobis.

Sed quid dicam in Actibus Apoſtolorum 70. Duræ ceruicis, & incircuncisi corde, vos ſemper reſtitiſtis Spiritui ſancto, Diabolo tamen reſiſtere non poſſumus: Nunquid maior eſt Deo?

Reſpondeo, qui reſiſtit voluntati Dei grauiter peccat, quoniam ipſa ad bonum tendit: qui reſiſtit voluntati Diaboli peccatum fugit. Vnuſquiſq; ex ſe peccare poteſt, vt Aug.de natura, & gratia. cap.2 3 placet. Ideo Dei voluntati reſiſtere valet, ſed quoniam peccatum euitare non poteſt homo ſine ſpeciali auxilio, ideo Diabolo reſiſtere nō valet ſine Dei Auxilio, Ideo Paul.ait; Sed facit cum tentatione prouentum.

Sed dices ſi Diabolo reſiſtam quid habebo? In reliquo Paul. reſpondet repoſita eſt mihi corona.

Contra Dauid Pſal. 102.ait, In miſerationibus Deus coronat hominem. Si pro labore, ergo pro debito, & non ex gratia: & ſi ex gratia, quid pro labore expectandum?

Reſpondeo, quod nō eſt inconueniens quod Deus coronet in ſua miſeratione, & quos ſic coronat laborare neceſſe eſt, & ſi facilitatem operandi non inuenerit, coronat intus bonitatem, non igitur de ſuo tanquàm de ſuo audeat gloriari, ſed illi tribuēdum eſt, qui ſua nimia miſeratione nos victores coronauit, & certantibus confidenter ait, Io.16.Confidite ego ſum qui uici mundum. Et Aug.cum Deus coronat merita noſtra, quid niſi dona ſua? quod patet per illud reuelationum Apoc.4.dum loquutus de illis ſenioribus coronatis ait, Quod amouentes coronas de capitibus ſuis, quibus fuerant coronati deposuerunt ante Thronum Dei innuentes hoc indicio non ſuis meritis, ſed Dei munere illas fuiſſe conſequutos. Laboremus ergo fideliter in remigrando inſeruiēdo vocationi, in qua vocati ſumus. Epheſ. 4. Quòd autem Chriſtus in prima, ſecunda, vel tertia vigilia non venerit, vt ſuis opitularetur, fecit vt ſuorum patientiam exerceret: tanta enim eſt naturæ prauitas, vt niſi morbum agnouerit, & naturæ imbecillitatem, medicinam, & miſericordiam non quærit Ideo in quarta vigilia accedit Chriſtus.i.rebus in ſumma deſperatione conſtitutis, vt Dei potentiæ attribuamus: & licet moram faciat, expectandus tamen eſt, quare veniet, & ambulabit ſuper mare, vt fluctus tentationum, procellas aduerſitatum exules faciet, vt amplius non contriſtetur

tur fidelis, vt iuſtificati fide pacem habeamus ad Deum.

Confidite ergo. ſed quid eſt confidere niſi ſperare? ſpes autem non confundit, ſed ſaluat, Ro. 1. Spes autem non confundit: ſpe enim ſalui facti ſumus.

Spes inuiſibilia exoptare facit. Rom. 8. Spes autē quæ videtur non eſt ſpes, nam quod videt quis quid ſperat?

Spes tribulationes te ſubſtinere facit. Vt Rom. 12. Quæcunque ſcripta ſunt ad noſtram doctrinā ſcripta ſunt, vt per patientiam, & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus.

Spes in nobis ipſis diffidere facit, & in Deo confidere, ſecunda Corinth. primo, Non ſimus fidentes in nobis, ſed in Deo qui ſuſcitat mortuos.

Spes audaces nos componit, ſecunda Corin. 3. Habentes igitur talem ſpem magna fiducia vtimur.

Spes fructus operum maiorum colligere facit ad Dei gloriam. prima Cor. 9. Quoniam debet in ſpe, qui trat arare, & qui triturat in ſpe fructus percipiendi.

Hæc ſpes ad Chriſtum fiducialiter accedere facit, Ephe. 3. in Chriſto habemus fiduciam, & acceſſum inconfidentia per fidem eius.

Hæc ſpes Chriſtum in noſtris corporibus magnificare facit, Philip. primo. Idcirco cum omni fiducia magnificabitur Chriſtus in corpore meo, ſiue per vitam, ſiue per mortem, mihi enim viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum.

Hæc ſpes cœlo nos gaudere facit. Coloſ. primo, Propter ſpem quæ repoſita eſt vobis in Cœlis, quā audiſtis in verbo veritatis Euangelij.

Hæc ſpes iniurias, & labores nos ſuſtinere hortatur prima Timo. 4. Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus: in hoc enim laboramus & maledicimus, quia ſperamus in Deum viuum, qui eſt ſaluator omnium hominum, maxime autem fidelium.

Hæc ſpes animę noſtræ Ancora nuncupatur, qua inuiſibilia videntur. Hæbr. 9. ſpem itaque ſi quod Ancoram habemus animæ tutam, & firmam, & incedentem vſque ad interiora velaminis.

Hæc ſpes miſericordiam, & gratiam in conſpectu Dei nos inuenire facit, Hæbr. 4. Adeamus itaq; ad Thronum gratiæ eius, & miſericordiam cōſequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.

Hæc ſpes in optima conſcientia confidere facit, vt Paul. Confidimus autem, quia bonam conſcientiam habemus in operibus.

Hæc ſpes tandem laborum noſtrorum mercedem impetrare facit, Hæbr. 10. Nolite ergo amittere confidentiam veſtram, quæ magnam habet remunerationem. Non mirum ergo ſi Chriſtus ſuos ſaluare

cupiens

cupiens in fluctu ante nauiculam Ancoram ſpei illis præſtat dicens. Confidite,ego ſum;& ſtatim ceſſauit ventus;confidamus non mundo,quia tranſit:non Diabolo,quare mendax:non carni quare concupiſcit,ſed Chriſto.

DOMINICA PRIMA *Quadrageſimæ.*

PAVLVS Apoſtolus gentes docturus veniens magnitudinem,fortitudinemq; inimicorum noſtrorum oſtendere cupiens in ſe ipſo primo oſtendit dicens 2.Cor.12.Et ne magnitudo reuelationum extollat me,datus eſt mihi ſtimulus carnis meę Angelus Sathanæ qui me colaphizet, propter quod ter dñm rogaui. Et vt clarius hoc ſcire verum poſſimus ad Hebr.cap.2.ſcribens ait.In eo autem in quo paſſus eſt Chriſtus, & tentatus potens eſt & eis qui tentantur auxiliari. Et rationem Epheſ. 6.aſſignat dicens.Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem,& ſanguinem, ſed aduerſus Principes, & Poteſtates,aduerſus mundi rectores tenebrarum harum: contra ſpiritalia nequitia in cęleſtibus. E quorum manibus ex ſe euadere homo non potuiſſet, venit Chriſtus tales hoſtes vincendo: ideo Io.prima 3.In hoc apparuit filius Dei, vt diſſoluat opera Diaboli, cum quo hodie in deſerto bellare intendit, vt Deo fauente ſi benignas mihi aures præſtabitis,uidebimus.

Sicut tribus tempeſtatibus nauis in portu Panormi ſecurè reſiſtit ſcilicet tempeſtati ventorum,procellarum, & inimicorum, ſic à tribus tentationibus nos cauere docemur in hoc portu ſacri Euangelij,quas Dæmon oſtendit contra Chriſtum: hac de re Chriſtus hodie vt nobis eſſet exemplo noſque tentationes ſuperare doceret; ſcilicet à tentatione ventorum.i.mundanorum: Procellarum.i.carnalium, & inimicorum,id eſt Dæmonum.

Primus ergo conflictus,& prima tempeſtas proponitur à Chriſto in hoc Euangelio,quem non ſui ipſius, ſed cauſa noſtra Chriſtus ſuſcepit,& eſt nos carere ſolicitudine victus,& diuitiarum.Chriſtus.n. ea ratione ductus fuit à Spiritu ſancto in deſerto famelicus, & exuriens ieiunio quadraginta dierum. Proinde Diabolus occaſionē nactus adoritur tanquàm dubius de ſucceſſu, quoniam ſciret ſanctiſſimos illos Moyſen Exod.34. Heliam 3.Reg.19. de quorum tamen humanitate nō dubitarit ſimilem in Heliam ſubſtinuiſſe: nititur autem

tem iſtum adducere in differentiam puſillanimitatem & deſperationem,qua victus diſcedat à fiducia quam habebat erga patrem,penes quem eſt omnium rerum prouidentia. Eiſdem telis in dies fideles opprimit,quos inopia rei familiaris, penuria, paupertate, & ægritudine oneratos proſpexerit, quibus nihil ſuadet, niſi diffidenriam in diuinis promiſſionibus dicens, Deum curam ipſorum non habere,ideo licere aliis artibus,fraudibus,periurio,deceptione,& vſuris rem familiaré augere, neceſſitati ſuccurrere: hoc eſt enim quod ait, *Dic vt lapides iſti panes fiant*: ſed Chriſtus aliter docet, ſcilicet vt ſequamur veſtigia eius, fidamus diuinæ promiſſioni, inſeruiamus vocationi, quæramus regnum Dei & iuſtitiam eius,& reſiſtamus Diabolo,& fugiet à nobis,quia vt ait Heſter. 13. Rectorem mũdi Deum eſſe,vt omnis ſcriptura fatetur.

Sed contra Epheſ.ſexto, Paulus ait. Aduerſus mundi rectores tenebrarum, ergo ſi rectores Deum eſſe vbique legitur ergo modo Paulus.

Reſpondeo,aliter Deus regit,aliter Dæmones: Deo enim legitimè competit mundi regimen, tanquàm creatori, & factori omnium, Diabolus verò tyrannidem vſurpauit ſibi dominium introducens multos errores,vt ipſe tanquàm dominus veneraretur à malis, & hoc tam in infidelibus, quàm in falſis Chriſtianis in quibus regnat per peccatum, ſicut Deus in bonis regnat, per fidem.

Paulus hac de cauſa vocat eum rectorem tenebrarum harum: & licet Chriſtus in mundo expulerit,regnat tamen in his, qui cupiditates diligunt.

Mittitur autem foras à nobis, dum toto corde operibus huius mundi renunciamus: ſed quomodo poſſimus illum vincere? Reſpondeo, ſi in nobis vincimus temporalium rerum cupiditates, neceſſe eſt, vt vincamus illum qui per cupiditatem regnabat in nobis. Sed quia noſtra natura per peccatum infecta fuerat, Chriſtus dignatus eſt illam ſuſcipere, vt in ea vinceretur Diabolus,quem ipſe ſemper habebat victum.

Sed contra Apoc.1. Io.ait.Et proiectus eſt Draco ille magnus ſerpens antiquus,qui vocatur Diabolus, & Sathanas, qui ſeducit vniuerſum orbem,& proiectus eſt in terram, & Angelis eius miſſi ſunt cum eo. Idem ait Luc.decimo, Vidi Sathanam ſicut fulgur de cœlo cadentem. Si de cœlo, ergo ad terram cadere teſtatur ſcriptura;qua re Paulus in aere tenebrarum & caliginoſo voluit ſpiritus de libare pœnas.

F Reſpon-

Reſpondet Auguſtinus, quòd Sathan, & angeli eius aerem caliginoſum habitantes pœnam ignis patiuntur, & vbique carcerem in pœnam, vſque ad diem Iudicij ſortiti ſunt. Inde verò ad centrum terrę infer- Mat. 25.
ferorum barathrum detrudentur. Sic ait Chriſtus Matth. 25. Diſcedite à me maledicti, &c. qui paratus eſt Diabolo, & angelis eius. Ecce
.Pet.2. ignem eis paratum aſſerit. 2. Pet. 2. clamat, Si. n. Deus angelis peccantibus non pepercit, ſed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos in iudicium reſeruari: perſpicuè. n. aſſeuerat Petrus aerem caliginoſum, qui cœlum dicitur, in carcerem eos ſortitos vſq; in finalem iudicium: indè verò ad tartarum mergentur ſempiterno igne cruciandi, non tamen illud cœlum dæmoniorum pœnalem habitationẽ, in quo ſunt ſydera, intellexit Augu. Sed hoc inferius, huius caligine nubila conglobantur, qui tamen ad torquendas animas prophanas viciſſim diuina prouidentia ad tartara dimittuntur. & eorũ
Eſa.14. caſus ab empyreo ad carcerem tenebrarum deſcripſere tum Eſai. 14.
Luc.10. Quomodo cecidiſti de cœlo Lucifer? tum Euangelium Luc. 10. Videbam Sathanam ſicut fulgur de cęlo cadentem.

Dum verò Ioannes in lib. reuelationum voluit eos ad terram deiectos, loquitur de finali caſu eorum: ſed videndum eſt, an ſpiritus maligni beatitudinem guſtauerint? Aug. libro primo, ſuper Gene. cap. 2. ait. Dico eos nunquam Deorum ambroſiam deguſtaſſe, quoniã imaginarium ſuæ creationis tempus in quatuor inſtantia partiri ſolemus: primo namque in puris naturalibus naturali perfectione perfecti fuere omnes, ſecundo gratia omnes repleti ſunt, tertio boni angeli gratia mediante beatitudinem meruere, quarto boni perſeuerantes in gratia ſic firmati ſunt, vt nullatenus poſſent deliquiſſe: mali verò roborati in demeritis fuere, vt eos nunquàm pœniteat ſceleris.

Iob.40. Sed contra Iob 40. ait, Ipſe eſt principium viarum Dei & Eſai.
Eſa 14. decimoquarto, Quomodo cecidiſti de cœlo Lucifer, qui mane orie-
Ezech.28. baris? Ezechi. vigeſimooctauo, Tu ſignaculum ſimilitudinis plenus ſapientia perfectus decore, in delitijs Paradiſi Dei fuiſti, ergo oppoſitum dicunt.

Reſpondeo quòd omnes loquuntur de perfectione naturali in cœlo empyreo, de ſupremo choro atteſtantes, ſed non de perfectione ſupernaturali, in qua nunquàm fuit.

Eccle.51. Sed videndum eſt, an tartari loca corporalia appellari debẽt. Eccl.
Luc.16. 51. Et vita mea appropinquans erat in inferno deorſum. & Luc. 16. Factum eſt autem, vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in ſinu Abrahæ. Vocat ſinum Abrahæ in quo Lazarus erat, infernũ verò

verò, in quo diues receptacula corporalia eſſe deſcribit, cui conſentiens Mat. cap. 5. Chriſtum dixiſſe ait, eſto conſentiens aduerſario tuo, dum es in uia, ne forte tradat aduerſarius iudici, & iudex tradat te miniſtro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde donec reddas nouiſſimum quadrãtem. Verum Auguſtinus lib. 8. ſuper Geneſ. dubio eam reliquit veritatem, qui demum alibi infernalia loca & eorum pœnam ratus eſt; quoniam corpus nũquam agit in ſpiritum: infernum ſpiritualem fatetur Auguſtinus, quoniam non locat animam corporaliter velut domus locare ſolet habitatores, localiter & corporaliter: conſimiliter ignis ille inferni non corporaliter & naturaliter in ſpiritum agere poteſt, ſed ſpiritualiter ſeu intentionali tereos diſcruciat obiectiuè immutando, & diffinitiuè detinendo ait Lucas 16. quòd epulo dixit, Crucior in hac flamma: & Abrahaam reſpondit: Inter uos, & nos chaos magnum firmatum eſt. Ecce iam quo pacto ignis ille diſcruciat. Vide Auguſtinum, & inuenies Apuleum Platonicum, quem de Deo inſcripſit aſſerentem animalia rationalia triplicia eſſe. Quædam Dij uocantur, tenentes primum locum ideſt cœlum. Quædam dæmones dicuntur, & habent medium locum, ideſt aerem. Quædam verò homines, & habent infimum locum, ideſt terram, propterea quòd dæmones ſunt genere animalia, animo paſſiua, mente rationalia corpore aerea, tempore æterna, quibus uolunt Platonici danda eſſe ſacrificia ad eos placandos: gaudent latria, miracula operantur. Hos autem euangelici, dęmones ſpiritus Apoſtatas in aere caliginoſo, inferni pœnas luentes ad diem Iudicii aſſerimus, quibus nullum præſtandum honorem conſulimus, quoniam ſcriptum eſt, Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Deum verò in cœlis, & ſanctos fœlicem vitam ducentes in gloria adorare, & venerari, vt pro nobis intercedant, fideliter debemus. Sathanas verò qui è cœlis ad centrum elapſus eſt, ſemper contra Chriſtum eiusque membra odium continuit: & quoniam maieſtatem Chriſti ſuppeditare nequibat, idcirco à membris incæpit, à parentibus, ſcilicet primis quos fraudulenter tentauit, & vicit, & vt fortior euaderet duos ſibi elegit ſocios, mundum & carnem, qui bus adeò nos expugnat, & ſuperat, vt niſi adiuuante Domino rara eſſet nobis victoria. Mundus iſte mare eſt magnum, & ſpatioſum, in quo reptilium non eſt numerus, & vt Syrena proſpera promittens, ſubmergit, dæmon pyrata crudelis ſuis tentationibus inuadit: circuit enim vt leo, rugiens, &c. omne enim quod eſt in mun-

Mat. 5.

in varias tentationes incideritis &c. Vberius ſi tentatio mala eſt, cur Christus hodie in deſertum, vt tentaretur acceſſit? vt Euangeliſtæ aſſerunt.

Reſpondetur, Non.n.nō tentari petimus: vita enim hæc abſque tentatione duci non poteſt, cum ſit militia ſuper terram, nec nobis non tentari vtile foret: ſi enim oramus, ut non tentemur, vbi eſt virtus conſtantiæ, patientiæ, humilitatis, quæ circa difficilia extant? Virtutes enim morales paſſionum moderatrices exiſtunt. Sublatis igitur tentationibus & paſſionibus per tentationem excitatis, non adeſſet materia exercitij, nec ſibi aliquid innoteſcit niſi tentatus: nec poteſt coronari, niſi qui certauerit, nec certatur ſine aduerſarij s: vbi reſiſtentia, ibi virtus: tentari igitur malum non eſt, ſed ne inducar, & vincar à tentatione. Iob tentatus eſt, nec inductus, & victus: dicit enim, ſi bona ſuſcepimus &c. tentatus Ioſeph, ſed pallium dimiſit: tentata Suſanna, ſed non conſenſit ſenioribus laſciuientibus: petimus non induci in tentationem, id eſt diu perſiſtere, & ſubiacere tentationi Deus ne permittat: debiles enim ſumus, & ne Diabolo, mundo, carni, ac tentationibus conſenſum, & locum demus. Tentare autem eſt periculum facere, & experimentum habere; tentat Deus, tentat homo, tentat Diabolus: Deus, vt doceat, homo vt addiſcat, Diabolus vt decipiat: Deus vt probet, & exploret fidem noſtram, non quaſi neſcius, ſed nobis & mundo nos manifeſtos efficiat: ſic Abraham, Apoſtoli, & Martyres tentati ſunt: Deus autem intentator malorum eſt, idcirco cum Deus tentat, & affligit non vt ſubuertat, ſed vt conuertat: non enim eſt Deus ſuggeſtor mali, qui eſt author omnis boni: Dæmon tentat, vt ſubuertat, decipiat, & perdat, & ad tentandum, mundo, carne, & peccatis vtitur; homo autem tentat vt ſciat, ſic dicit homo tentare Deum cum ſimpliciter verbis, & promiſſis Dei, nec credere, nec adhærere, ſed eum experiri voluerit, & hoc modicæ fidei manifeſtum ſignum efficitur. Chriſtus verò ab his tentationibus nos ſuperari permittit, minimè pulſati quidem electi fuere, inducti autem, ac ſuperati nequaquam: ne ergo Deus gratiæ tuæ beneficium, ſine quo nullum bonum facere, nec malum meditari poſſumus, ſubtrahere velis: nauem enim in naufragium inducit, qui vela, temonem, remos, & gubernaculum aufert, quibus aquæ fluctus compeſcuntur: ſic equum, qui aufert frenum, ad præcipitium inducit. ex quibus verbis anima magnum capit ſolatium cum aduerſarium contra nos nil poſſe niſi illud ante permiſerit Deus, cognouerit: hac de re, & ſi à tentatore in malum tentatur homo, hoc tamen ob aliquod bonum Deus per-

 mittit,

mittit: non ergo diffidendum eſt, vel deſperandum in afflictionibus, cum tentaris; ſignum eſt enim te adhuc ſub hoſtis poteſtate non eſſe, nam Diabolus non tentat eos, quos iure quieto poſſidet, & quem vinctum tenet: hinc humiliamur, qui tot ac tantos hoſtes patimur, & ex nobis niſi à patre cœleſte a tentatione eripiamur, illam ſuperare non poſſumus. Quis non miretur Dauidem virum ſecundum cor Dei, Salomonem, Petrum, Apoſtolos cecidiſſe, qui non in Deo, ſed in brachio ſuo ſperantes fuerunt, cum ſint pulvis, & cinis: nec te decipiat, quòd liberum habeas arbitrium. Illud enim ignota veritatis uia nil niſi ad peccandum valet: homo enim ſine gratia arundo eſt agitata cedens vento; vbi enim non eſt amor Dei, amor ſui eſt; ob id ad ſe reuerſi carnem amant, & quæ carnis ſunt ſapiunt: & ſi voluntas cogi non poſſit, perſuaderi tamen poteſt, Ideo orandus eſt Deus, vt nobis aſſiſtat, intellectum ne erret illuminet, voluntatem refrenet, ne deordinet, ex equutiuam potentiam conterat, vt imperata opera mala non perficiat, fraudes remoueat: & hoc eſt, quod Paulus ait Rom. 7. non enim quod volo bonum id ago &c.

Sed dices, licèt ne tentationes exoptare? Ita eſſe videtur, per illas enim beatificamur: Beatus vir qui ſuffert tentationem. Et Dauid, proba me Domine, & tenta me. Item multos fructus, ac bona opera in tentationibus acquirimus, & Chriſtus hodie tentationi ſe ſubiacuit.

Reſpondetur, quatenus aliquid appetendum rationem boni continet, tentatio bona eſt: aliquid enim appetitur, aut propter ſe, cuiuſmodi ſunt virtutes, fœlicitas, de quorum numero non eſt tentatio: quia cum tentatio ad malum inductiúa ſit, per ſe appetenda non eſt. Item tentatio cum ſit in intentione fallendi, & in peccatum inducendi, ſicuti ab homine malo, & ſpiritu nequiſſimo fit, ſine peccato non eſt, & propter hoc tentationem appetere non debemus per ſe, ſed per accidens, vt amara medicina non per ſe, ſed propter ſanitatem petitur, quam cauſare poteſt. Tentatio autem victoriæ per ſe inductiua non eſt, ſed magis inductiua caſus, & ſi ſequitur victoria ex virtute Dei auxiliantis, & non tentationis eſt, licèt aliquando tentatio victoriæ occaſio ſit, quatenus ad pugnam incitat, & nemo vincit, niſi qui pugnat: nec pupugnat, niſi tentatus: nec propterea appetenda eſt, alioquin etiam peccatum appetendum eſſet, quod quandoque maioris gratiæ occaſio eſt. Vbi abundauit delictum ſuperabundauit gratia. Sed abundabimus in peccato, vt gratia abundet? abſit: non enim ſunt facienda

cienda

ciẽda mala, vt inde eueniant bona. Item victoria incerta eſt, ideo magis declinanda, quàm appetenda tentatio erit: nam qui amat periculum, peribit in illo.

Eſt autem periculoſa tentatio: communiter enim ad malum magis quàm ad bonum proni ſumus. Gene. ſexto, & octauo. Nemo perfectè vires ſuas nouit, nec ſit quantum velit Deus tentationem permitteret, ac ob demeritum delictorum præcedentium illam augeri. Sit igitur hæc communis doctrina non ſolùm illam declinandam eſſe, ſed omnem occaſionem ab omni ſpecie mali fugiendam. Nolite locum dare Diabolo: & tentatio non apprehendat, niſi humana. Verum vbi certa eſſet victoria, tentatio appeti poſſet: intellige tamen ſi tentatio peccatum non eſt; id eſt dum intentione fallendi non ſit: quoniam in nullo caſu peccatum tam proprium, quàm alienum appetere non licèt. Dauid tentationem à Deo probante appetit, à quo peccatum eſſe non poteſt, nec peccati cauſa. Beatus quidem eſt, non qui tentatur, ſed qui tentationem ſufferre poterit. Gen. 6. & 8.

Accedens igitur tentator dixit ei, *Dic vt lapides iſti, & cæte.* Armis noſtræ carnis, quæ ad gulæ, luxuriæque præcipua inducit opera optimè indutus Chriſtum, vt gulæ ſatisfaceret, lapides panes facere hortatur, ſic nobis ſępe, vt gulæ plurimum operæ collocemus ſuadet, quæ Deo ſummoperè diſplicet: gula enim cibi ac potus inordinatos appetitus exiſtit, cuius effectus lętitia eſt, & multiloquium, ſenſuum ſpurcities, & intellectus hebetudo. Quid inquam fędius quàm hominem à belluis naturali quadam frugalitate contentis ſuperari: dum ventris, crapulæ, & vinolentiæ, quaſi macipium agit, dum bona diſſipat, valetudinem lædit, morbos accerſit, ac vitam demum ipſam abrumpit eripitque ſibi? namuerè dictum illud propter crapulam multi obierunt: qui autem abſtinens eſt adijcit vitam. Item in multis eſcis erit infirmitas. Iubet ergo Chriſtus, attendite vobis ne fortè grauentur corda veſtra in crappula, & ebrietate: de qua Paul. Ebrioſi regnum Dei non poſſidebunt. & Iob. 21. tenent tympanum, & cytharam, & gaudent ad ſonitum organi: ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. & Eccleſiaſtis decimo, Veh tibi terra, cuius Rex puer eſt, & cuius Principes mane comedunt. Beata terra cuius Rex nobilis eſt, & cuius Principes veſcuntur in tempore ſuo ad reficiendum, & non ad luxuriam. Et Eccleſiaſtici, trigeſimo ſeptimo, Noli auidus eſſe in omni epulatione, & non te fundas ſuper omnem eſcam. Et Numer. vndecimo, Adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec Paul. Iob. 21. Eccle. 10. Eccl. 37.

Num.11. defecerat huiuſmodi cibus,& ecce furor domini concitatus in populum,percuſſit eum plaga magna nimis. Vocatuſque eſt ille locus, ſepulchra concupiſcentiæ: ibi enim ſepelierunt populum, qui deſiderauerat. Et Deuterono.32. Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit.
Deut.32. Incraſſatus, & impinguatus,dilatatus, dereliquit Deum factorem
Prouer.21. ſuum,& receſſit à Deo ſalutari ſuo. & Prouerb. 21. qui diligit epulas,in egeſtate erit: qui amat vinum, & pinguia, non ditabitur, &
1.Cor.6. primo Corinth.6.Nolite errare,neque fornicarij,&c.neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei poſſidebunt. Eſca ven-
Gal.5. tri,& venter eſcis: Deus autem, & hunc & has deſtruet. Ad Galat.5. Manifeſta ſunt opera carnis,quæ ſunt fornicatio,immunditia,impudicitia,& cæte.homicidia, ebrietates, commeſſationes, & his ſimilia,quæ prędico vobis,ſicut prędixi:quoniam qui talia agunt,regnū Dei non conſequentur.

Sciendum tamen eſt, quòd quinque nos modis gulæ vitium tentat:aliquando namque indigentiæ tempora præuenit: aliquando verò tempus non præuenit, ſed cibos lautiſſimos quærit: aliquando quælibet ſumenda ſint,præparari accuratius expetit: aliquando autem,& qualitati ciborum,& tempori congruit, ſed in ipſa quantitate ſumendi,menſuram moderatæ refectionis excedit. Nonnunquàm verò & abiectius,quod deſiderat,& tamen ipſo æſtu immenſi deſide-
1.Reg.14. rij deterius peccat. Mortis quippe ſententiam patris ore Ionathas meruit:quia in guſtu mellis conſtitutum edendi tempus anteceſſit:
Numer.11. & ex Ægypto populus eductus, in eremo occubuit; quia deſpecto manna cibos carnium petijt, quos lautiores putauit. Et prima filio-
1. Reg. 2. rum Heli culpa ſuborta eſt, quòd ex eorum voto ſacerdotis puer, non antiquo more coctas vellet de ſacrificio carnes accipere,ſed crudas quæreret, quas accuratius exhiberet. Et cum Hieruſalem
Ezech.16. dicitur,Hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, ſuperbia, ſaturitas panis,& abundantia:aperte oſtenditur quod idcirco ſalutem perdidit, quia cum ſuperbiæ vitio menſuram immoderatæ refectionis ex-
Gen.25. ceſſit.& primo genitorum gloriam Eſau amiſit:quia magno æſtu deſiderij uilem cibum,ſcilicet lenticulam concupiuit:quam dum uendendis,& iam primogenitis prætulit, quo in illam appetitu anhelaret,indicauit.Neq; enim cibus ſed appetitus in uitio eſt;unde & lautiores cibos plerunque ſine culpa ſumimus, & abiectiores non ſine reatu conſcientiæ deguſtamus.Vnde & antiquus hoſtis, quia non cibum ſed cibi concupiſcentiam eſſe cauſam damnationis intelligit,& primum ſibi hominem non carne,ſed pomo ſubdidit: & ſecundum ſcilicet Chriſtū non carne,ſed pane tentauit,ut hodie dixit, *Dic vt lapides*

pides iſti panes fiant. Et Hier.lib.2.aduerſus Iouinianum ait, Eſus carnium & potus uini uentriſque ſaturitas ſeminarium libidinis eſt. Et Aug.ſermo. 231. de tẽpore. Cum fratres chariſſimi ebrietatis malũ ſit graue uitium, & Deo odibile, ita per uniuerſum mundum a pluribus in conſuetudinem miſſum eſt, ut ab illis qui Dei pręcepta cognoſcere nolunt, iam nec putetur, nec credatur eſſe peccatum, in tantũ, ut in conuiuijs ſuis irrideant eos, qui minus bibere poſſunt, per inimicam amicitiam adiurare homines non erubeſcunt, ut potus amplius non accipiant quàm oportet. Qui enim alterum cogit, ut ſe pluſ quam opus eſt, bibendo inebriet: minus malum ei erat, ſi carnẽ eius uulneraret gladio, quàm animam eius per ebrietatem necaret, de omnes ebrioſi tales ſunt, quales paludes eſſe uidentur: quod enim in paludibus naſcatur, non ignorat charitas ueſtra: totum quod ibi naſcitur nullum fructum habere cognoſcitur. Naſcuntur ibi ſerpentes, ſanguiſugæ; naſcuntur ibi ranæ, & diuerſa genera uermium: quæ magis horrorem poſſunt generare, quàm aliquid, quod ad uictum proficiat, exhibere. Iſtæ enim hærbæ uel arbores, quæ aut in ipſis paludibus aut circa ripas earum naſci ſolent, nihil utilitatis habere uidentur, in tantum, ut in animis ſingulis incendio concrementur. Videte, quod de ebrietate naſcitur, igni præparatur; tales ſunt ſicut iam dixi omnes ebrioſi, quorum prandia ducũtur uſque ad noctem, quorũ cœnas Lucyfer uidet, qui ſtare non poſſunt, etiam cum uidentur eſſe ieiuni, quorum ſenſus tardi, graues, obtuſi, & quodammodo iam ſepulti, denique in ipſa frequenter ebrietate, nec ſe ipſos, nec alios cognoſcunt; nec ambulare ualent, nec ſtare: dicere aliquid uel audire, quod ad rationem pertineat omnino non poſſunt: frequenter etiam uſque ad uomitum ingurgitare ſe non erubeſcunt, & ad menſuras ſine menſura bibere. Inde lites, & rixæ naſcuntur, inde diuerſis, & horrendis ſaltationibus membra torquentur, inde adulteria & nonnunquam homicidia perpetrantur. Et Borcar. cap. 15. Si quis per nequitiam alium inebriat, quadraginta dies pœniteat. Quod ſi in conſuetũdine habuerit, communione priuetur, donec dignè pœniteat, & emẽdationem promittat. Et idem Borcar. lib. 14. decretorũ inſtituit tractationem de crapula & ebrietate, & ex Canonibus, patrumq́; ac Põtificum ſententijs oſtendit, quæ pœna iungenda ſit ijs, qui illis uitijs implicantur, atque inter reliquã hunc affert canonem, Sacerdos quilibet ſi inebrietur per ignorantiam ſeptem dies pœniteat in pane, & aqua; ſi per negligentiam quindecim dies: ſi per contemptum, quadraginta dies. Diaconus uel Monacus ſecundum ordinem, ut ſcriptũ eſt, ceu & reliqui Clerici, & miniſtri iuxta ordinem, iudicio ſacerdotis

Hier.lib.2.aduerſus Ioui.
Aug.ſer.231. de tempore.

Borcar. Scormacenſis Epiſcopus.
Idem lib. 4. decre.

tis pœniteant. Layci uerò uelut uota non habentes, ſi inebriantur, arguantur a ſacerdote, quòd ebrioſi regnum dei non poſſidebunt: & cõpellat eos pœnitere, qui cogit hominem ut inebrietur humanitatis gratia acerrimè corripiatur, & ſeptem dies pœniteat, ſi per contemptum triginta dies. Concludit Ambr. lib. 1. de pœnit. cap. 14. paſcitur libido cõuiuijs, nutritur delitijs, uino accẽditur, ebrietate inflammatur, grauiora ſunt his fomenta uerborum, ubi caro inebriat, mens titubat, & cor fluctuat. Videte ergo malignos gulę effectus, ad quos Sathanas Chriſtum inducere putarat dicens, *Dic ut lapides iſti panes fiãt.*

Ambr. lib. 1. de pœnit.

Secundus conflictus eſt de adipiſcenda dignitate, & potentia in hoc ſeculo, ideſt ambitione, cupiditate regnandi, pollicitatione regnorum: ſic enim fieri ſolet in nobis dæmone impellente, & malo genio, ut dum ſufficiens eſt paratus uictus, qui neceſſitati ſufficiat, ſtatim inſurgit dominandi affectus, ſtatim ſubijt, ut honeſtatis, pietatis, religionis, fidei, & amicitiæ nullam prorſus rationem habeamus, quo fit ut ſæpe amicus amico tendat inſidias, imò filius, ſocer, filia, affinis, ſubinde patri, genero, matri, affini exitium paret: cuius rei exempla tam ex ſacris, quàm ex prophanis literis peti poſſunt. Abſolon cupiditate regnandi patri inſidias parauit. 2. Reg. 15. 16. 17. Eſau fratri Iacob, Geneſ. 27.

2. Reg. 15. 16. 17.
Gen. 27.

Sed obſeruandum eſt quibus conditionibus huic malæ noſtræ cupiditati ſeſe ſatisfacere polliceatur Sathanas, ſi nimirum ante ipſum cadentes adorauerimus: inuidet enim Deo ſuam potentiam, maieſtatem, & gloriam, eamque ſibi uendicare conatur falsò iactans ſe eſſe Principem, & Monarcham mundi.

Sicut autem Deum adorat, qui ipſi legitimum honorem, & timorem impendit, ſcilicet toto corde, tota mente, & tota anima diligẽs, promiſſionibus fidens, mandatis obediens, minas metuens: ita dæmonis præcepto obtemperat, qui relicta uocatione Dei exiſtimationem ſui apud alios quærens, hæreſes docens, ſchiſmata ſuſcitans, Dei præcepta contemnit, ſeculi mores amplectitur, ex hac miſera rẽpublica naſcitur, in ſurſum & deorſum omnia uoluuntur: ſi quidem exẽplo Chriſti, nemo eſt, qui gladio ſpiritus Sathanæ reſiſtat, uerbo Dei obtemperando. Ideo Pſal. 18. ait Propheta, Timor domini permanet in ſeculum ſeculi.

Pſal. 18.

Sed contra Io. ait, Charitas perfecta foras mittit timorem: ſi per charitatem perfectam timor foris mittendus eſt a corde hominis, ergo non erit in patria, nec permanebit in ſeculum ſeculi, & ſi permanebit quomodo charitas mittet eum?

1. Ioan. 4.

Reſpondeo hic eſt æquiuocatio de duplici timore ſeruili, ſcilicet terreno,

terreno, carnali, & animali, & tanquam inutilis foras mittendus eſt, cum ſemper faciat triſtari, & mœſtum eſſe. Alter eſt filialis, quo iſti Deum timent in terris, demum in cælis decorandi, & laureandi ueniunt: hic non eſt foras mittendus, quia præparat charitati locum, quam ſemper amplectitur tanquam ſociam dilectam, ad quem timorem reſpicit Deus. Eſa. ait, Ad quem reſpiciam niſi ad timentes ſermones meos. Hic enim timor cum ſemper Deum habeat pro obiecto dilecto, timet offendere illum, quem diligit, & quanto plus diligit, tanto magis timet offendere. Ideo Paulus Rom. docens optimũ timorem ait, Non plus ſapere, quàm oportet. Eſa. 66.a.

Sed contra, unuſquiſque in ſuo ſenſu abundet.

Reſpondeo quod Apoſtolus in ſecunda hoc dixit, ne offenderentur infirmi in fide, quia adhuc non ualebant diſcernere inter diem & diem, inter fælicitatem terrenam, & æternam, inter promiſſa Dæmonis, & Dei, ſed alloquutus proficientes aliud dixit, hortatur enim eos ut potiora expeterent ſecundum menſuram fidei. Rom. 14. Rom. 15.

Aliter dicam ꝙ quanquam habuerit donum aliquis, tamen non debet ſuper alios eleuari: ſic Paulus pro documento de ſeipſo ait, Porrò autem ne quis exiſtimet me ſupra id, quod uidet aut audit aliquid in me, ideò de huiuſmodi gloriantibus dixit, dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. ſic Eccle. altiora te ne quæſieris.

Sed contra, Quæ ſurſum ſunt quærite. ſi altiora quærere a ſapiente prohibemur, cur Paulus uult nos quærere altilia. pariter Chriſtus, Primùm quærite Regnum Dei. 2. Cor. 12. Rom. 1.

Reſpondendũ ad primam, quod nobis interdicuntur illa quærenda, quæ excedunt menſuram fidei, cũ Paulus dicat, Deus dat fidei donationem ſecũdum menſuram. Epheſ. 4. ultra quam nemini quærere licet: & propter hoc ait, Dico autem uobis per gratiam, quæ data eſt mihi omnibus qui ſunt inter uos, non plus ſapere quàm oportet, ſed ſapere ad ſobrietatem, & unicuiq; ſicut Deus dimiſit menſurã fidei. Homo enim quærendo gradum ſibi præfixum excedere non debet, ne ſecus faciens in illam incurrat ſententiã, qua dicitur Prouerb. 25. Qui ſcrutator eſt maieſtatis opprimetur a gloria, nam dum alis ſuperbiæ altilia petimus ad centrum præcipitamur: nulla enim ſuperbiæ magnitudine excellentia inter peccata capitalia inueniri poteſt: appetitus equidem eſt excellentiæ, ſiue intus lateat in animo, ſiue extrinſecus, etiam ſe ſe prodat. Princeps enim eſt & regina: quæ præcipuè infælicem hanc ſobolem gignit, inobedientiam, iactantiam, hypocriſim, contentionem, pertinaciam, diſcordiam, curioſitatem, & ambitionem, de qua Tob. hunc in modum admonet: ſuperbiam nun- Eccl. 6. Coloſ. 3. Mat. 6. Prouer. 25.

nunquam in tuo ſenſu, aut in tuo uerbo dominari permittas: in
Tob.4. ipſa enim initium ſumpſit omnis perditio. Et Paulus ait, Deus ſu-
perbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Et Sapien. 5. Quid
1.Tim.5. profuit nobis ſuperbia, aut iudiciorum iactantia quid contulit no-
Sap.5. bis? Tranſierint omnia illa tanquam umbra, & tanquam nũcius præ
currens. Chriſoſt. Homil. 43. ad populum Antiochenum ait, Quem-
admodum ſæui quidem uenti in tranquillum mare delati totum ab
Chryſ. hom. 43. imo ſubruunt, ut & arena cum undis miſceatur: ſic & ambitio, & tur
pis quæſtus animam ſubeuntes, omnia ſubuertunt. Excæcat mentis
intuitum, præſertim gloriæ furor: nam pecunias quidem contemne-
re, uolenti ſatis eſt facile: honorem autem a multis collatum deſpice
re, multi laboris indiget, magnæ ſapientiæ, angelicæ cuiuſdam ani-
mæ ipſum cœleſtis teſtudinis uerticem tangentis. Cogita cum gloriã
concupiſcis ꝙ eam ſis aſſequutus, & diſce finem, & nihil inuenies.
Cogita, quantam ea res habeat iacturam, quot & qualibus bonis pri
uet, labores quidem ſubſtinebit, atque pericula, fructibus autem pri-
uabitur, & certaminum præmijs, cum aliquid boni facias cogites, ꝙ
& hominibus oportet oſtendere, & ſolicitus ſis, ut uideatur: cogita
quod Deus uidet, & omnem illam extinguens concupiſcentiam, de
terra recede, & ad illud cæleſte reſpicias Theatrum. Item Bernard. de
gradibus humilitatis, hos duodecim connumerat ſuperbiæ gradus:
curioſitatẽ, leuitatem animi, ineptã lætitiam, iactantiã, ſingularitatẽ,
arrogantiã, præſumptionem, defenſionẽ peccatorum, ſimulatam cõ-
feſſionem, rebellionẽ, libertatem peccandi, conſuetudinẽ peccãdi. Et
Aug. epiſt. 56. ad Dioſcorum: Niſi humilitas oĩa quæcunque benefa
cimus, & præceſſerit, & comitetur, & conſequuta fuerit, & propo-
Aug. epiſ. 56. ſita quam intueamur, & appoſita cui adhæreamus, & impoſita qua
reprimamur, iam nobis de aliquo bono facto gaudentibus totum ex
torquet de manu ſuperbia. Vitia quippe cætera in peccatis, ſuperbia,
uerò etiam in recte factis timenda eſt, ne illa quæ laudabiliter facta
ſunt, ipſius laudis cupiditate amittantur, & Bernar. ſermo. 4. de aduẽ
tu Domini, Vtile eſt abſcondere magis quàm oſtentare, ſi quid habe.
Ber. ſer. 4. mus boni, ſicut & mendici cum eleemoſinam petunt, non prætioſas
ueſtes oſtendunt, ſed ſeminuda membra, aut ulcera, ſi habuerint, ut
citius ad miſericordiam uidentis animus inclinetur. Quam regulam
multò melius Phariſæo ſeruauit Publicanus ille, & ideo deſcendit
iuſtificatus ab illo. i. præ illo. & poſt pauca, propter quod & dicebat
Diſcite a me quia mitis ſum, & humilis corde. Conſidera ſanè in his
uerbis, quoniam humilitas duplex eſt, altera cognitionis, altera affe-
Mat. 11. ctionis, quæ hic dicitur cordis. Priore cognoſcimus quòd nihil ſu-
mus:

mus: & hanc diſcimus a uobis ipſis, & ab infirmitate propria: poſteriore calcamus gloriam mundi, & hanc ab illo diſcimus, qui exinaniuit ſemetipſum formam ſerui accipiẽs: qui & quęſitus in regnum, fugit: qui & quæſitus ad tanta opprobria & ignominioſum ſupplicium crucis, ſponte obtulit ſemetipſum. Hæc ille. Sathanas uerò, cui Christus abſconditus uenerat, illum ad uanæ gloriæ cacumen adducere putabat: eo enim modos ſuos exaltat, ut magis atque magis pręcipitet; Chriſtus uerò dominus optimè conſcius ſcripturam ſcriptura aperit. *Non tentabis Dominum Deum tuum.* Cauete igitur fratres ne uos ambire hortetur, nam qui ſe humiliat exaltabitur, & qui ſe exaltat humiliabitur.

Tertius conflictus eſt de comparanda humana gloria, ſed rationibus illicitis, & uerbo Dei prohibitis: uerum huic reſiſtant oportet fideles ſumentes armaturam Dei, ut Epheſ. Induere loricam Iuſtitiæ, Epheſ. 6. calciare pedes in præparatione Euangelij pacis in omnibus ſumentibus ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi extinguere, & galeam ſalutis aſſumite, & gladium ſpiritus quod eſt uerbum Dei. Eſt enim nobis colluctatio non aduerſus carnem, & ſanguinem tantum, ſed aduerſus Principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum. Ibi.

Neque ulla ratione ceſſandum eſt: nũquam enim ceſſat hoſtis, ſed ut leo rugiens quærit quem deuoret, 1. Pet. 5. & quod peius eſt introducit in mentem hominum ſcripturarum authoritatem, ut decipiãtur, ut hodie oſtendit Chriſto dicens, *Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me, &c.* At exemplo Chriſti reſpondẽdum Dæmoni putemus, ut clauum clauo pellamus: Ideo in tertia tentatione Chriſtus loquitur per ſcripturam dicens. *Adorabis Dominum Deum tuum.* Sed quid ſibi uult, *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies:* niſi Deum ſolum, & nullum alium pro Deo colendum habere prohibens omnem idololatriam, obſeruationes ſuperſtitioſus, uſus etiam artis magicæ, uel diuinatoriæ? Docet etiam atque exigit ut nullam prorſus creaturam quantumuis excellentem pro Deo habeamus, ſed ſolum unum, uerum, æternum, immenſumque Deum credamus & confiteamur, eique uni ſacrificium & ſingularem ſummumque cultum, quem Gręci λατρίαν appellant, exhibeamus. Hoc fit ut per omnia colamus, inuocemus, adoremus ſummum illud æternumq; bonum, optimum, maximum creatorem, redemptorem, ſaluatorem unum, & immortalẽ Deum, qui eſt ſuper omnia benedictus. Vt Deut. 12. Subuertite omnia loca in quibus coluerũt, omnes gentes quas poſſeſſuri eſtis, Deos ſuos ſuper montes excelſos & colles, & ſubter omne lignum frondoſum.

1. Pet. 5.
Deut. 6.
Deut. 12.

ſum. Diſſipate aras earum & confringite ſtatuas, lucos igne comburite, & idola comminuite, diſperdite nomina earum de locis illis. & 1.
1. Reg. 18. Reg. 18. Saul abſtulit magos, & ariolos de terra, & interfecit eos, qui
Leuit. 19. pythones habebant in uentre. & Leuit. 19. Non augurabimini, nec obſeruabitis ſomnia, non declinetis ad magos, nec ab ariolis aliquid ſciſcitemini, ut polleamini per eos. Ego Dominus Deus noſter. & Io. 4.
Io. 4. uenit hora, & nunc eſt, quando ueri adoratores adorabunt patrem in
Rom. 10. ſpiritu, & ueritate. & Rom. 10. Dicit enim ſcriptura, Omnis qui credit in illum, non confundetur. Non enim eſt diſtinctio Iudæi & Græci: nam idem dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illũ: omnis enim quicunque inuocauerit nomen domini ſaluus erit. Non eſt mirum ergo ſi Chriſtus Sathanæ hæc protulit. *Vade retro &c.* Sed
Aug. 10. de ciui. Dei. c. 1. audi Auguſtinum quid ſuper hoc optimè ſentiat, lib. 10. de Ciu. Dei. cap. 1. Vide locum. Ergo ſolum unum in eſſentia, trinum uerò in perſonis Deum colere tenemur.

Sed contra ſi tantum Deum unum colere præcipimur, cur Eccleſia etiam & ſanctos colendos ſtrictiſſimè nobis imperat? ſi Chriſtus hodie ſic Sathanæ præcipit nobiſque omnibus, cur Eccleſia eius ſponſa puras creaturas nobis adorandas & colẽdas præſtat? ſponſoq; contradicit ſuo qui ſolus uerax eſt, omnis autem homo mendax.

Reſpondeo per diuiſionem de ſanctificatis, & in Chriſto renatis omnibus hoc loco non agimus, ſicut Paulus hoc nomen ad Chriſtianos omnes crebrò refert, ſed eos intelligimus, qui uera ſuæ ſanctita-
Heb. 11. tis in cœlo premia ſunt cõſequuti. De quibus idem Paulus teſtatur, ꝙ per fidem uicerunt regna, operati ſunt iuſtitiam, & adepti ſunt repromiſſiones. Ac hi uerè quidem ſancti, & immaculati, ſine macula & ruga, hæc præſtantiora Eccleſiæ membra, & electa prorſus organa diuini ſpiritus, in quæ peccatum ac malum iam nullum cadere poteſt. Qui ſancti partim ex Angelica, partim ex humana natura cõſtãt: creaturæ quidem illæ omnium nobiliſſimæ ac beatiſſimæ, quibus datum eſt ut ſummis & æternis in cœlo bonis affluant, & cum Chriſto Domino ſemper coniunctiſſimè uiuant. igitur & illius gratia, quæ
Ad Ro. 1. ad Phil. 4. ad Col. 1. Apo. 7. Heb. 11. Apo. 5. 7. Epheſ. 4. Eph. 4. Phili. 1. Phi. 1. Dan. 10. Matth. 18. Luc. 15. Tob. 12. apud nos in terris geruntur, poſſunt intelligere, & quoniam eximia in fratres etiam abſentes charitate flagrant, ſalutis noſtræ cura tanguntur, nobis perpetuò fauent, & optant quæque ſalutaria, tantoque ſtudioſius cauſam noſtram agunt quo ſunt minus de ſe ipſis ſoliciti quoque maiorem ſinceræ charitatis ac uirtutis omnis, quæ beatis congruit, perfectionem continenter exercent. Sed ultra ſcripturas, ut Rom. 1. & ad Philip. 4. ad Coloſ. 1. Apocalip. 7. ad Heb. 11. Apoc. 5. ibidem. ca. 7. Epheſ. 4. Phili. 1. Daniel. 10. Matt. 18. Luc. 15. Tob. 12.
Heb

Heb. 1. Act. 5. Geneſ. 52. & 48. Oſſe. 12. Zachar. 1. Rom. 15. Heb. 13. Coloſ. 4. Luc. 7. Iob. 42. Io. 12. & 14. Mat. 19. Luc. 19. Matth. 18. Tob. 12. Luc. 15. Act. 5. & 12. Ioſue. 5. 1. Reg. 20. & 4. Reg. 2. &c. Heb. 1. Act. 5.

Audi conſilia, & primo conſi. Nic. 2. in 7. Sinod. actio. 6. in fi. Cum timore Dei omnia agamus poſtulantes interceſſiones incontaminatæ Deiparæ & ſemper Virginis Dominicæ noſtræ Mariæ, item ſanctorum Angelorum omniumq; ſanctorum ſalutantes, & uenerandas illorum reliquias, ut nos ſanctitudinis eorum & fiamus participes: ſic enim reddemur perfecti in omne opus bonum in Chriſto Ieſu Domino noſtro. idem dicit Aug. lib. 10. de Ciui. Dei. cap. 1. quæſt. 7. & libr. 70. contra Fauſtum Manichæū cap. 21. & lib. 8. de Ciui. Dei. c. 27.

Concilium Trident. ſeſſ. 25. in decreto de Inuocatione, Veneratione, & Reliquijs ſanctorum & ſacris imaginibus, Mandat ſancta Synodus omnibus Epiſcopis & cæteris docendi munus, curamque ſuſtinentibus, ut iuxta catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ uſum a primæuis Chriſtianæ religionis temporibus receptum ſanctorum patrum conſenſionem, & ſacrorum Conciliorum decreta, in primis de ſanctorum Interceſſione, Inuocatione, Reliquiarum honore, & legitimo imaginum uſu fideles diligenter inſtruāt, docentes eos ſanctos una cum Chriſto regnantes orationes ſuas pro hominibus Deo offerre, bonum atque utile eſſe ſuppliciter eos inuocare, & ob beneficia impetranda a Deo per filium eius Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, qui ſolus noſter redemptor, & ſaluator eſt &c. & Chriſoſt. Homil. 2. in Pſal. 50. & Hom. 29. in Matth. & ſermo. de uirtutibus & uitijs, & Ambr. in lib. de uiduis, & Leo Magnus ſerm. 1. in Natali Apoſtolorum Petri & Pauli, & ſermo. 2. de eiſdem. Chryſ. Ambr. Leo Mag.

Secundum Concilium Nicenum, actio. 7. in definitione ipſius S. Synodi. Qui auſi fuerint aliud ſentire, & docere, aut more impiorum hæreticorum eccleſiaſticas traditiones contaminare, aut nouam quā dam uaniloquentiam inducere, aut quicquam de conſecratis in Eccleſia abijcere, Euangelij inquam depictum codicem, aut figurā crucis, aut imaginis alicuius picturam, aut reliquias Martyrum, quas ſciuerint eſſe germanas & ueras, aut contra iſta uafrè, & improbè aliquid excogitare &c.

Concilium Gangienſe in proœmio. Quoniam ſancta epiſcoporū Synodus inuenit multa indecenter fieri ab his, qui Euſtachium ſequuti ſunt, neceſſariò ſtatuit palam omnibus factis amputare uniuerſa, quæ ab eodem male commiſſa ſunt. Loca ſanctorum Martyrum, uel Baſilicas contemnere, & omnes qui illuc conueniunt, reprehendere inuenti ſunt. & idem Conc. in can. 20. Si quis arrogantia utens

& martyrum congregationes abhorrens,& ſacra, quæ in eis celebrātur,& eorum memorias accuſet,ſit anathema.

Concilium Tridentinum ſeſſ.25.in decreto de Inuocatione,Veneratione,& Reliquijs ſanctorum, & ſacris imaginibus ſanctorũ quorum Martyrum & aliorum cum Christo uiuentium ſancta corpora quæ uiuæ membra fuerunt Chriſti,& templum ſpiritus ſancti ab ipſo ad æternam uitam ſuſcitanda,& glorificanda doceant Epiſcopi & cæteri docendi munus ſuſtinentes a fidelibus uenerada eſſe: per quæ multa beneficia a Deo hominibus præſtantur: ita ut affirmantes ſanctorum reliquijs uenerationem, atque honorem non deberi,uel eas aliave ſacra monumenta a fidelibus inutiliter honorari, atque eorũ opis impetrandę cauſa ſanctorum memorias fruſtrà frequentari,om nino damnandos eſſe,prout iam pridem eos damnauit, & nunc etiã damnat Eccleſia : ſi quis autem his decretis contraria docuerit aut ſenſerit,anathema ſit.

Nunc autem ad argumentum, & contradictionem ſcripturarum reſpondeo.Cultus triplex eſt,ſupremus,medius, & infimus. ſupremus dicitur latria,quo Deus trinus,& unus colitur. Medius dicitur hyperdulia,quo Virgo mater quatenus templum filij Dei colitur.Infimus dicitur dulia,quo ſancti omnes coluntur & uenerantur:quando ergo Chriſtus ait.*Dominum Deum adorabis,& illi ſoli ſeruies.* De pri mo cultu ſcilicet latria ſermonem habuit,qui fide,ſpe,& charitate ef ficitur,ac ex toto corde,ex tota anima,& ex omni mente,ideo ſupremus appellatur.Dæmon igitur cum adorari petijt,falſò hoc ſibi uendicare cupiebat, quandoquidem & ſi in delitijs paradiſi fuerit, non tamen in gratia confirmatus:ideo nullo cultu uenerandus uenit:qui nimò fugiendus, ac odio habendus, ut Chriſtus hodie docet fugans eum dicens, *Vade retro Sathanas.* quia ante manent electi, ut Apoſtoli in monte Thabor ceciderunt in faciem: retro uerò manent reprobi, ut turbæ uenientes,ut Ieſum caperent,ceciderunt retrorſum: Sathanas uero reproborum primum obtinuit locum. retrò igitur eum ire oportuit,a quo cautè cauendum,ne ſuperemur:ideo ut eius tentatio nes ad nihilum reduceremus,neceſſum erit remedia,quibus cuſtodi mur,nobiſcum continuè habere.

Primum aũt remedium eſt ipſa oratio,quæ tunc non proprijs,ſed diuinis iuribus agit: ideo Saluator noſter docuit in præſenti. Vnde ipſe dicit uigilate, & orate &c.Chriſtus benedictus primo mortem horrens,dicit,Tranſeat a me,&c. deinde oratione fulcitus dixit,Fiat uoluntas tua,& hoſtes proſtrauit ſola uoce dicens, Ego ſum. Oratio enim ignis eſt, qui dæmonem comburit, quia per orationẽ unimur

De

Deo, qui ignis eſt, cum oratione deſcendit ſpiritus ſanctus in forma ignis, etiam eſt arcus æneus quo ferimus dæmonem, Poſuiſti ut arcum æreum labia mea.

Secundum eſt a uirtutibus omnibus, nam quia connexę ſunt, ideo una percuſſa omnes pecutiuntur, & qui deficit in uno &c. ideo a qua libet uirtute auxilium petitur: diſcurre de prudentia, fortitudine, tẽperantia, & iuſtitia, fide, ſpe, & charitate, caſtitate, liberalitate, humilitate &c. ſi tentaris de carnali concupiſcentia, & uxore proximi, dicat fides, palliata eſt ò dæmon, & ficta, ac uenenoſa uoluptas tua ante oculos meos, ne intereatur, timor Dei obijci, & finale iudicium & infernale ſuppliciũ. d. momentaneũ eſt, quod delectat: æternũ eſt quod cruciat. ſpes dicit, quid mihi offers caro miſera, quæ expecto gaudia in cælo. charitas dicit, charũ habeo Deum meũ, & proximũ meum, qui propter te non ſunt offendẽdi. caſtitas dicit, in uanũ laboras, puritatẽ mihi deſponſaui, neſcis quia cum Chriſto matrimonium contraxi? Fortitudo dicit, Non timeo ferrum & ignem &c. & uis me in plumis ſuperare, aut in aduerſis, quis enim poterit me ſeparare a charitate Chr̃i &c. Magnanimitas, quæ nã eſt fœda uoluptas, ut me ſtudeas ad obſcæna prouocare? Iuſtitia dicit; Iniuſtum eſt a Dei uoluntate per uiliſſimã uoluptatem ad creaturam declinare. ſapientia gaudeo ſapore ſuauiſſimo. ſanctitas quia templum Deum me fecit in baptiſmo non uiolandum. Si a temporalibus uolumus diſcurrere, dicas, & contemplare tuam nobilitatem, precioſitatem, utilitatem. Secundo conſidero uitij turpitudinem, luxuria uirum effęminat, corrumpit affectum, debilitat memoriã, excæcat intellectum, maculat corpus, abbreuiat uitam, contaminat famã, producit ad foueam inferni. Tertio ab ipſa tentatione ſume remedium, tanquã ex ſerpente tyriacam, & medelã ex ſcorpione; Quia ergo tentatio per aliquod apparens bonũ quærit ſeducere: non. n. perſuadet malũ aut uitium ſub ratione uitij, ſed apparentis boni: ideo ne traharis appetitu apparentis boni, quod naturaliter cõcupiſcis, ſed ſapienter inquire, ubi hoc bonũ uerè inueniri poſſit, & acquiri. ſi tenteris de gloria, quære gloriã incorruptibilem in Deo, & diuitias in domo eius. Si te delectant blanda & pulchra, nil Deo pulchrius, ſanctius, ac delectabilius, & magis ſufficiẽs delectationes in dextera tua; & hoc præſtat fides. Ideo dicitur reſiſtite fortes in fide, & in omnibus ſumentes ſcutum fidei; omnia fide uincimus: hæc eſt enim uictoria quæ ui. mu. fides noſtra, non eſt uerè bonum niſi in Deo, quia nemo bonus niſi ſolus Deus, fide intelligimus ſcripturas, quibus dæmoni reſpondemus. Si de ſuperbia tentat dic, Deus ſuperbis reſiſtit &cæ. Inuidia Diaboli mors intrauit,

Vide Ser diu. Leo. Pl' de aggreſ. uir tutum & uitiorum.

uit &c.Gula,uenter eſt in confuſione &c.Ebrietate, nolite inebriari; luxuria diues eſto, difficile eſt intrare, noli credere, qui non credit iam iudicatus eſt, dormi, ociare: Vade ad formicam ò piger, & diſcurre in alijs.Vide tabulam de congreſſu uitiorum quam habes.Vide etiam locum quem adnotaſti & ordinaſti authoritate & exemplis per ſingula ſeptem uitia capitalia &c.

Tertium remedium eſt cogitare Chriſtum cruci affixum,qui unus in memoriam reuocatus facile omnes dæmonum incurſus expellit, in ligno caput contritum ob ſuperbiam,ſi de gula, de luxuria, de riſu,de deſperatiône &c. homines in ipſo Saluatore noſtro Ieſu Chriſto omnia exempla in cruce ſicut Moyſes exaltauit ſerpentem &c.reſpiciamus in authorem ſalutis &c contemplare Chriſtum in deſerto, in mundo,in templo,in horto,in domo Cayphæ &c. & quid ubique pro te fecit & paſſus eſt, contemplare ipſum in monte Caluario in Cruce &c.in hora ſexta & nona,& in ſua eſpiratione, quæ & quot ſigna uiſa ſunt, quæ omnia fuerunt ad deteſtandum peccatum noſtrū, pro quo tāta paſſus eſt.Chriſto igitur paſſo in carne,& uos eadem cognitione armamini: ſi tentaris iuuenis, ſi uir, cogita quæ Chriſtus fecit ea ætate &c.Si die Dominico, cogita die illo ſurrexiſſe dominum gloriæ propter iuſtificationem noſtram: ſi die Lunæ,cogita firmamēti creationem: ſi Martis, terræ apparitionem: ſi Mercurij,de luminaribus & ſtellis: ſi Iouis, de auibus & piſcibus: ſi Veneris, hominem uirum & mulierem, Sabbato, diei ſanctificationem &c.

Quartum remedium.Conſidera ꝙ ſumus in conſpectu Dei; proui debam dominum in conſpectu meo ſemper.Ideo pulcherrimus iurādi modus erat ille prophetarum, uiuit Deus in cuius conſpectu ſto, erubeſcet Dæmon tentare coram Deo, & angelis: quanta autem dignitas ſerui &c.quid igitur ſi peccat ſeruus corā Domino, ſponſa coram marito, reus coram iudice, diſcipulus coram magiſtro,& creatura coram Deo.Ideo expecta a iudice ſeueriſſimam diſciplinam, libellū repudij,& ſuſpendium,& ſententiā,ac arduiſſimā reprehenſionē.

Quintum remedium eſt pœnas inferni cogitare, quomodo ardebunt igne indeficiente, & quo modo rependetur eis pœna per ſingula,quæ in mundo habuerunt, recordare quia recepiſti &c.nunc uerò ipſe gaudet &c.dic de ſtridore dentium &c.

Sextum remedium eſt cogitare quæ & quanta reſeruantur beatis, & uictoribus: oculus non uidit &cæ.qui uicerit dabo ei ſedere, &c. ego diſpoſui uobis ſicut pater meus &c. Scilicet per uiam belli, afflictionum,& crucis &c.quibus ſuccedet pax:bonum certamen certaui &c.

De hac tentatione liberat nos Chriſtus Rom. 16. Deus autem pacis conteret Sathanam ſub pedibus ueſtris uelociter. Rom. 16.

De hac tentatione ſic autem faciebat Paul. 2. Cor. 12. Ne magnitudo reuelationum extollat me. 2. Cor. 12.

Ab hac nos caueamus, ut ait Paul. Nolite locum dare diabolo. Epheſ. 4.

De hac loquebatur Theſſalonic. dicens. Propterea & ego amplius non ſuſtinens niſi ad cognoſcendam fidem ueſtram, ne forte tentauerit uos is, qui tentat, & inanis fiat labor ueſter. Theſ. 3.

In hac tentatione Chriſtus nobis auxilium præbet Hebr. 2. In eo autem in quo paſſus eſt Chriſtus & tentatus potens eſt, & eis qui tentantur auxiliari. Heb. 2.

Hac tentatione Chriſtus tentatus abſq; peccato ſubſtinuit. Hebr. 4. Non. n. habemus pontificem qui neſciat compati paſſionibus noſtris, tentatum autem per omnia pro ſimilitudine abſque peccato. Heb. 4.

Hanc tentationem nos & ſuſtinere, & ſuperare gratia Dei conemur, ut Paul. 2. Cor. 2. Vt non circunueniamur a Sathana: non enim ignoramus cogitationes eius. 2. Cor. 2.

Sine hac tentatione nullā poterimus habere nec mercedem, nec coronam. 2. ad Timo. 2. Non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit. 2. Tim. 2.

Hanc tentationem hodie Chriſtus ſuperauit pro nobis, quibus præſtans gratiam, ut eam uincere poſſimus. Ideo Sathanæ dixit, *Vade retro*, quaſi diceret depone arma contra electos meos, quos, & ſi tētaueris, auxilio tamen meo ſuperare nō poteris. Simus ergo uigiles, quia inimicus nō dormit: ſimus ſoliciti quia Sathanas promptus eſt, caro autem noſtra infirma: remedia præ oculis habeamus, quibus facillimè inimicum debellare, & expoliare poterimus; quod ſummus omnipotens nobis ſua pietate præſtare dignetur. Amen.

FERIA SECVNDA POST PRIMAM Dominicam Quadrageſimæ.

PAVLVS cupiens, ut Philippenſes timorem domini haberent eò magis illius diei tremendi iudicij ſcribens cap. 2. ſic loquitur. Cum metu, & tremore ueſtram ſalutem operamini. Et cauſam huius timoris & tremoris Apoſtolus oſtendit Corint. dicens. Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, ut referat unuſquiſque propria corporis prout geſſit ſiue bonum, ſiue malum; quo uerò ordine, & modo hæc fient, oſtendit Chriſtus in hoc Euangelio. Philip. 2. 2. Cor. 5.

Sicut Nautæ qui ad portum Panormi auxilio Dei perueniunt, tribus gaudere ſolent; maieſtate Proregis & iudicis: exaltatione bonorum, & caſtigatione malorum; ita electi peregrinantes, cum ad portam ciuitatis ſupernæ aduenerint; tribus gaudebunt, & præſertim in die iudicij. Primò, maieſtate filij Dei, & Iudicis. Secundò, differentia iudicandorum. Tertiò, ſententia diſpari bonorum, & malorum, ſecundum diſparem conditionem eorum.

Et primo Maieſtate iudicis lætabuntur, quæ conſideranda eſt, uel ſecundum perſonæ dignitatẽ; eſt.n. filius Dei, filius hoĩs patri æterno æqualis, ſecundum diuinitatem: minor, ſecundum humanitatem; cui pater omne iudicium dedit, ut omnis qui credit in eo non pereat.
Io. 5. Io. 5. Hic igitur in die iræ tribulationis & caliginis, quo tribulabitur fortis, quo nec aurum, nec argentum poterit liberare homines, aut iumenta: ad iudicium ueniet, ſed ita ut ignis ante ipſum præcedet, ut inflammaret in circuitu inimicos eius, cum principibus populi ſui ſedet in ſede maieſtatis ſuæ, tunc congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſegregabit eos.

Vel ſecundum conditionem: eſt.n. miſericors & iuſtus, nam talem experientur iuſti leuantes capita ſua & dicentes. Veniſti redẽptor noſter. Impij dicentes montibus, cadite ſuper nos; & collibus, operite
Luc. 23. nos. Luc. 23. Zach. 13. Hunc nemo poterit fallere criminum occulta-
Exod. 23. tione, munere corrumpere, ut iudices prophanos. Deut. 26. Exo. 23. ſi quidẽ omnia nuda & aperta ſunt oculis eius, ipſe Dominus Deus,
Deut. 10. potens, terribilis, perſonam non acceperit, nec munera Deut. 10. Dũ .n. ad iudicium ſederit, libri aperientur, & mox aderunt teſtes; conſcientia, ſyderesis, & accuſatores; Dæmones, Angeli mali, quanquam
Malach. 3. non erunt neceſſarij: ut Malach. 3. ipſe Dominus accedens ad iudicium erit teſtis uelox maleficis, adulteris, periuris.

1. Ioan. 3. Ideo ait Io. 1. cap. 3. Videbimus eum ſicuti eſt.

1. Timot. 6. Sed contra 1. Tim. 6. Deum nullus hominum uidere poteſt; ſi nullus hominum: quo modo uidebimus eum ſicuti eſt?

Reſpondeo qui deum uidet per fidẽ, ut ſibi cælitus reuelatum eſt, hic ſuper hominem effectus eſt, ut filius Dei nominetur, & ſic ergo eſt pluſquam homo, nam Deus tantæ bonitatis fuerit erga homines, ꝙ ut illos Deos faceret factus eſt homo, ut & ſic per fidem ſui filij Deum cerneret, quantum ſibi licuerat pro ſtatu iſto.

Nec eſt intelligendũ, ꝙ Deus corporea contineat membra, nam & ſi in ſcripturis uidentur membra, metaphoricè intelliguntur.

Ad alteram dicendum, quòd illi ſoli uidebunt Deum per ſpeciẽ, qui illum uidere meruerunt per fidem, dum eſſent in mundo. Ioã. qui-

dem loquitur fidelibus credentibus in Chriſto, dum ait. Videbimus eum ſicuti eſt.

Ideo Geneſ. 32. Deum ſe uidiſſe teſtatus eſt Iacob. Gen. 32.

Contra Io. 4. ait, Deum nemo uidit unquam. Ioan. 4.

Reſpondeo quòd Iacob Deum uiderat, ſed non in propriam formam, qua minimè mortalibus uideri poteſt, ſed ſub ſpecie Angelica: uel dicendum, ſicut ſolem non ualemus aſpicere niſi ſol reſpiciat ad nos, ſic Deum uidere non poſſumus, niſi ille uideat nos; eſt enim totus oculus ſole clarior, & ſicuti ſolem per lumen ſolare comprehendimus, ita & diuina per lumen diuinum duntaxat comprehẽdimus, ut Pſal. 35. In lumine tuo. Pſal. 35.

Licet Deus in ſe nudus, ac ob omni relatione ſepratus, minime uideri poſſit, nec ab Angelis cum ſic ſit obiectum duntaxat diuini intellectus.

Nec obſtat quòd beati in patria uideant diuinam eſſentiam, quia licèt eam uideant, non tamen quidditatem illius cognoſcunt, ſicut de homine uidente hominem, quia licet uideat, non tamen eius quidditas apparet uidenti.

Theologorum aliqui dicũt, quod in iſta uiſione beatorum ſit proportio attingentiæ.

Cabaliſtæ uerò hanc ſecundam aliter exponentes dicunt. Nemo unquam Deum uidit ut ſibi uiuat, iuxta illud, Non uidebit me homo & uiuet, licet per mortem oculi Deus uideri poſſit, & hoc fit, dum anima per internam contemplationem taliter extra ſe ipſam tollitur, ut in eſtaſi poſita ſponſo ſuo adhæreat, & aliter ſic formatur, ut ſuper omnem intellectum effecta, cognoſcat omnia. Ideo Eſa. 6. ait, Vidi Dominum ſedentem in trono. Eſa. 6.

Contra 1. Tim. 1. Regi ſæculorum immortali, & inuiſibili: quomodo Propheta poterat uidere, ſi Paulus facit inuiſibilem? 1. Tim. 1.

Reſpondetur, plura genera uiſionum ſcriptura oſtendit: Vnum ſecundum oculos corporales; & ſic Gen. 19. Abraham uidit tres uiros dum ſub ilice mambre ſederet in hoſtio tabernaculi, & Moyſes ignẽ in rubo. Exo. 3. & diſcipuli transfiguratum dominum. Matth. 17. Gen. 18. Exod. 3. Mat. 17.

Alterum uerò genus eſt dum imaginamur ea, quæ per corpus ſentimus, nam pari ipſa noſtra cum diuinitus aſſumit multa ei reuelantur, non per oculos, nec per ſenſum carnalem, ſed per quædam his ſimilia; ſic Petrus uidit diſcum illum ſubmitti de cœlo plenum uarijs animalibus. Act. 10. ſic etiam Eſai. uidit Dominum, non enim Deus forma corporea uidetur, ſed per aliquam formam. Act. 10.

Tertium genus uiſionis, eſt ſecundum intuitum mentis, quo ueri-

tas intellecta, ac ſapientia conſpiciunt, ſine quo genere, illa duo prius poſita uel ſunt infructuoſa, uel in errorem mittunt. Cũ.n. ea quę ſuis corporeis ſenſibus, ſine illi parti animæ, quę corporalium rerum imagines capit, diuinitus demonſtratur, non ſolum ſentiuntur his modis, ſed etiam mente intelliguntur, tunc eſt perfecta reuelatio.

Rom. 1.c. Et hoc tertio modo eſt illa uiſio, quam memorauit Apoſtolus Ro. 1. dum ait, Inuiſibilia Dei a conſtitutione mundi &c. Hac enim uiſione uidetur Deus, cum per pietatem fidei, & agnitionem Dei, morum optimorum corda mundantur, quibus Deus eſt uiſibilis, prout in hoc ſtatu congruit, quouſq; ad claram & apertam uiſionem perueniant: & tunc abſq; uelamine uidebunt Deum ſicuti eſt.

Exod. 33.c. Contra Exod. 33. Facie ad faciem Deus loquebatur Moyſi: & in

Ibi. eodem loco dixit Deus Moyſi. Faciem meam uidere non poteris.

Reſpondeo ꝙ non obſtat ut quis alloquatur aliquem habentẽ faciem tectam, & quod talis locutio dicatur facie ad faciẽ, quamquàm in hoc loco, per faciem Dei, Angelica ſpecies intelligitur, qua Deus apparens Moyſi, loquebatur, dedit legem Gal.

Sed aliqui dicunt quòd ſecluſa unica natura deitatis, quæ omni ueſtimento abſolutiſſima eſt, reliqua omnia perduxit Deus, amictus lumine ſicut ueſtimento, ut eſſent lumen de lumine, ac inde cum ueſtimenti ſui lumine creauit Mundum intelligibilem ſpirituum ſeparatorum, & inuiſibilium, quod Cabaliſtæ cœlum uocant.

Etiam dicunt, quod Deus mundum creans decem mutatorijs ueſtimentorum ſe induit, hunc uero angelum, quem ductorem Moſis fuiſſe aſſerunt, nominant principem facierum.

Auguſt. uerò ait Deum per aſſumptam creaturam loquutum fuiſſe Moyſi, & non per ſubſtantiam ſuam, ut per creaturam uoces illæ fierent, ut perciperentur: idcirco Moſes cognita iſta loquutione Dei

Exod. 33.c. cupiuit uidere faciem eius; ideo dixit, Si inueni gratiam coram te oſtende mihi, &c.

Ioan. 3.c. Contra Ioan. 3. Chriſtus atteſtatus eſt, ſe non ueniſſe, ut mundum

Ioan. 9. iudicet, & tamen idem Io. cap. 9. ait, Chriſtum ueniſſe in hunc mundum ut in iudicium.

Reſpondeo quod illud ueniſſe in iudicium, paſſiuè accipitur, quia ipſe ſe iudicari permiſerat a Pilato, ſtans coram illo ſicut agnus corã

Eſa. 53.c. ſe tondente, ut uaticinio præuenerat propheta Eſai. &c. De hoc iudi-

1. Pet. 2. cio Petrus loquutus ait, Tradebat autem iudicanti ſe iniuſtè. 1. Pet. 2. Neque hoc ſine myſterio ut tanquam reus iudicaretur, & cundemnaretur, & eius condemnatio eſſet noſtra iuſtificatio, & glorioſus reſurgens acciperet omnem poteſtatem iudicandi mundum in fine dierum

rum

rum,quando ſedens in throno ſuæ Maieſtatis, iudicabit omnes gentes.

Sic Paulus 2.Cor.5. Oportet omnes nos ante tribunal Chriſti repræſentari. 2. Cor.5.

Sed contra Io.5.Qui credit in me, ad iudicium non uenit. Ioan.5.

Reſpondeo aliud eſt iudicium diſceptationis,aliud damnationis: ſecundum primum,oportet nos præſentari ante tribunal, ipſa.n.diſcriminatio bona bonis,mala malis diſtribuet: ſed ſecũdum aliud iudicium,credens in Chriſtum, & bene operans iudicandus non erit, ſed faciet fælicem tranſitum de morte ad uitam: tranſiet quidem mẽte,ſed non permanebit corpore, quaſi de regione infidelitatis ad regionem fidei,motu cordis non corporis:& ne putarit aliquis credẽdo ſe non eſſe moriturum,accipiens carnaliter dictum Chriſti. Dico quòd unuſquiſq; morietur ſecũdum carnem ſupplicio Addæ, in quo omnes morimur.Gen.11.Sed gaude,quia cum perſolueris mortem, ueteris hominis accipies uitam æternam noui hominis, modo interim fac tranſitum uitæ;quę.n.eſt uita tua niſi fides?ſcriptum eſt Heb. 10.Iuſtus ex fide uiuit,illi uerò qui non credunt mortui dicuntur; de quibus dixerat Dominus Matth. 8. Dimitte mortuos ſepelire, &c. Sed Propheta loquens de hoc iudicio Pſal.9.ait, Iudicabit Dominus orbem terrarum. Heb.10. Matth. 8.c. Pſal. 9.

Et contra Ioan.12.ait, Nunc iudicium eſt mundi. Si tempore quo Chriſtus aderat corporaliter erat iudicium mundi, quo modo in extremo tempore expectandum erit iudicium? Ioan. 12.

Reſpondeo,quòd illa prophetia intelligitur de iudicio in fine temporum,de quo loquimur,& de iſto ait Aug.Chriſtus cum uenerit ad iudicium,redditurus eſt quod promiſit,ſed requiſiturus eſt quod redemit;& quod dedit in primo aduentu, exacturus eſt in ſecundo.

In ſecunda uero, ideſt illa ſe intelligit de iudicio principis huius mundi,ſic per peccatum mundum ingrediens, dominium ſibi uſurpauerat captiuum:tenens ueterem hominem:hunc ſaluator in cruce pendens, magnificè debellauit, & uinculo ſuæ potentiæ de mundo eiecit, Rom.5.& hoc eſt illud iudicium dictum a Chriſto.

Secundò obſeruanda eſt differentia iudicandorum, quam exprimit Chriſtus bucolica quadra, metaphora ſumpta a bubulcis dũ ait, Agnos, quo nomine pios, qui uirtutibus inſignes:non ſua ſed quæ Chriſti ſunt quæſierunt,intelligit:quos ſtatuet a dextris, ut uel ex ipſo loco immortalitatis gloriam intelligamus.ut Eſa.32.Sedebit populus meus in pulchritudine pacis.Quia nomine dextræ, omnis fælicitas ſignificatur. Hædos.i. impios & damnandos ob ſententiam Eſa.32.

ſcelerum, contemptum Dei, cupiditatem, neglectum bonorum operum, quos ſtatuet a ſiniſtris, quibus omnis miſeria & infælicitas, ut
1. Reg. 2. nomine tenebrarum; iuxta illud. 1. Reg. 2. Impij in tenebris conticeſcent. fiet autem iſta locatio iudicandorum Angeli miniſterio, in ictu oculi, in nouiſſima tuba, cuius efficacia fiet, ut omnes qui in monumentis ſunt audiant uocem filij Dei, ita tamen ut reſurgant pij, qui Deo, eiuſque uerbo fidem dederunt, quæ per charitatem operatur, ad gloriam; & impij, qui abuſi ſunt Dei patientia dicentes in
Rom. 2. corde ſuo non eſt Deus. Roma. 2. Pſal. 14. Ad pœnam, afferat hæc,
Pſal. 13. inſignem conſolationem bonis, & errorem alijs. Ex his autem intelligimus non eundem eſſe interitum hominum, & iumentorum, ſed iuſtiſſimum illum iudicem, daturum cuiq; ſecundum opera ſua, ſed ita ut præcedat generalis reſurrectio, de qua 1. Cor. 15. Daniel. 12. Iob. 14. Ezech. 37.

Sed Euangeliſtæ diſcordant, Matth. ait hodie. *Separabit oues ab hædis.* Et Io. 10. Econtra ait, Erit unum ouile.
Ioan. 10.

Reſpondeo, quòd multi multa dixere ſuper ſecũda, alij dixerunt, quod ante ſeculi conſumationem omnes gentes habebunt unam fidem, eccleſiã, religionem, & rempublicam, ut non ſint diuerſi principes, tot ſectarum diſcrimina, tot cultus ſacrorum, tot mores diuerſi, & uarietates rerum: unus erit ſtatus omnium rerum, una conditio omnium hominum, qui ſub cœlo ſunt.

Alij uerò dicunt, quòd in fine ſæculi omnes homines in unum locum, ideſt in Valle Ioſaphat conuenturi ſunt, antequam iudicentur. Abutuntur hodie hoc loco nonnulli ignorantes, dicentes quod iugulandi ſunt Principes & Magiſtratus, ut poſtmodum fiat unum ouile, & una rerum adminiſtratio, una æqualitas inter omnes: ſed mentiuntur, nihil enim ueritatis auferunt, nunquam fiet hoc; quia ſemper erunt bonis admixti: mali, uelut fuerunt in primis fratribus Abel, & Caim. In altero enim Dei familia, in altero uerò familia Diaboli: Diabolus enim tanquam ſimia, ſemper uoluit æquari Deo, & erit hoc, uſque in finem ſæculi. Separabuntur tametſi mali in conſumatione ſæculi, tãquam hædi ab ouibus, dum rex dicet his, qui a dextris, *uenite &c.*

Item eſt parabola de zizania, & tritico quę in meſſe, ideſt in fine ſæculi colligetur ab angelis; zizaniam uero mittent in caminum ignis. ergo durante mundo, non erit hoc ouile.

Alij & fortè uerius dicunt. Vnicam Chriſtus præuidens eccleſiam ex gentibus, & iudæis hanc protulit ſententiam. Nã poſtquã dixerat. Ego ſum paſtor bonus, & cognoſco oues meas, & cognoſcũt me meę; addi-

addidit. Et alias oues habeo, id eſt electos ex gentibus, quæ non ſunt ex hoc ouili, id eſt non ſunt iudæi, ad quos ſpecialiter miſſus ſum, & illas oportet me adducere per Euagelium, quia diſperſæ ſunt ſine paſtore. Hoc vaticinatus eſt Cayphas. cum eſſet pontifex dicens. Expedit ne tota gens pereat, de quibus Paul. Epheſ. 2. ait. Vos quondam gentes in carne eratis ſine Chriſto, abalienati à teſtamentis promiſſionis ſpem non habentis, Deo quæ carentes in mundo, nunc autem per Ieſum Chriſtum, qui quõdam longinqui eratis, propè facti eſtis per ſanguinem Chriſti: ipſe enim fuit, & eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum: ſcilicet vnum ouile. Hæc autem manſio completa fuit, poſt emiſſionem Spiritus ſancti, quando Euangelium prædicatum fuit omni creaturæ. De quo aduentu loquens Chriſtus Matth. 24. Prędicabitur hoc Euangelium in vniuerſo orbe, teſtimonium omnibus gentibus, & tunc veniet conſumatio. At mille, & quingenti defluxere anni, ex quo Apoſtoli prædicarunt Euangelium, & nondum venit conſumatio ſęculi, ergo Apoſtoli non dum prædicarunt. Quo modo ergo Paulus ait. In omnem terram exiuit ſonus eorum? & cętera. Iob. 11. Ephe. 2. Matt. 24.

Reſpondeo accipitur præteritum, pro futuro. Exierit, id eſt Exibit. Dauid Pſal. 21. ait. Foderunt manus meas; & non dum venerat Chriſtus, ſed poſt annos 100. Et Eſa. ca. 9. ait. Paulus natus eſt nobis. Prophetia enim Dei arcana patefacit, & ideas diuinæ mentis depromit. Ideo quæ vętura ſunt pręterita notat ex certitudine. Fateor ergo Apoſtolorum voces, in omnem terram eſſe diffuſas. Pſal. 21. Eſa. 9.

Coſmographi ponunt ex ſcripturis, tẽpore noſtro nonnullas inſulas nihil de Chriſto audiuiſſe: ideo Paul. ait. Exiuit pro exibit.

Aliter dico ſecundum Theologos, quòd illa propoſitio non intelligitur pro ſingulis generum, ſed pro generibus ſingulorum, quia voces Apoſtolorum non inſonuere ad quatuor partes orbis, & hoc modo Auguſti. lib. Enchir. cap. 101. tria ſcripturæ axiomata interpretatus eſt, primò illud Ioan. Illuminat omnem hominem, id eſt Ex omni generatione hominum venientium in hunc mundum; aliquem illuminat. Ioan. 1.

Secundò veh vobis Scribæ, & Phariſei, qui decimatis mentam, & rutam, & omne olus, id eſt de omni genere oleris decimam ſumitis, Luc. 11.

Tertiò, Prima Timoth. 1. Illud Pauli: Deus vult omnes homines ſaluos fieri, id eſt de omni genere hominum; non autem omnes, ſigillatim ſaluari vult, niſi voluntate illa generali; quæ diuina potius permiſſio, quàm Dei voluntas appelari poteſt. Luc. 11. 1. Timoth. 2.

Aderunt teſtes, quia Chriſtus dixit Apoſtolis. Ioan. 16. Vos teſtimonium Ioan. 15.

monium peribebitis de me.

Sed contra Ioan. 1. ait Chriſtus. Ego teſtimonium non accipio ab homiue.

Reſpondeo, quod Chriſtus cum ſit ſumma bonitas, veritas & ſapientia, per quàm creata, gubernata ſunt omnia, non habet opus teſtimonio humano per ſe, ſed pro nobis, quia homo non poteſt aliquid addere Deo, nihil maieſtatis, aut diuinitatis: ait Chriſtus, ſi patior homines teſtari de me, non propter me, ſed propter vos, vt moti teſtimonio illorum credatis in me, & ſalui ſitis. Ioan. enim de me

Ioan 1. Act. 1. teſtatus eſt, vt omnes crederent per ipſum, Io. primo, & act. primo, & vos ait Chriſtus, Apoſtoli eritis mihi teſtes in Iudæa, Samaria, & vſque ad extremum terræ.

Act. 10. Et quid ſunt ſancti, quã teſtes in mundo Chriſti? Ait Petrus act. 10. Nos ſumus omnium teſtes quę fecit Ieſus in regione Iudęorum. Et infra. Et præcepit nobis, vt prædicaremus populo, & teſtificaremur quod ipſe ſit ille: qui conſtitutus eſt a Deo, Iudex uiuorũ, & mortuorum. Hinc Apoſtoli teſtes dicti ſunt, quia propter nomen Chriſti cæſi ſunt à mundo, & teſtimonium perhibuerunt veritatis.

Sed ſi diligentius cogitemus, quando illi Martires, vel Apoſtoli perhibent teſtimonium, ipſe Chriſtus ſibi perhibet Teſtimonium; ipſe enim in martyribus habitabat, vt teſtimonium perhiberent veri

2. Cor. 13. tati. Audi vnum ex martyribus Apoſtolum Paulum ſecunda Corin. 13. Numquid experimentum multis accipere eius, qui in me loquitur Chriſtus? & ſic patet contradictio clara diiudicandi erunt

Eccl. 3. homines tam pij quàm impij, abſque teſtimonio: vt Eccle. 3. Iuſtum & impium iudicabit Deus.

1. Cor. 11. Sed contra ait Apoſtolus prima Cor. 2. Iudicantes ſe ipſos non vti que iudicabuntur. Si Paulus cognouerat iudicium noſtrum eſſe tantæ virtutis, vt iudicandos nos ipſos non iudicabimur, cur Sap. ait. Im

Rom. 14. 2. Cor. 5. pium, & Iuſtum? nonne de finali loquutus Paul. ad Rom. 14. Omnes enim aſtabimus ante tribunal Chriſti? Et ſecunda Corint. 5. Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſq; propria corporis, prout geſſit ſiue bonum, ſiue malum; cur contrarium oſtendit eidem Eccleſiæ prima Corin. 11. qua lege, quo iure, aut priuilegio, ſe ipſum modo indicans fugiet vniuerſale iudicium.

Reſpondeo, ſi mentis noſtrę tribunal aſcendendo, accuſante cogitatione, & teſte conſcientia nos ipſos diiudicaremus pœnitendo, & timore tanquàm carnifice nos torquente, quaſi ſanguis animæ confitentis per lachrimas perflueret, non amplius iudicaremur, id eſt non amplius puniremur à Deo: quicunque enim ſic iudicabit, certus

ſit,

ſit, quòd non damnabitur, ſed liberabitur à ſupplicijs futuri ſęculi: habeat ergo homo ante oculos futurum iudicium dis.

Scias enim homo quòd aſtantes ante tribunal, trifariam habendi ſunt. Quidam nec iudicabuntur nec iudicabũt, vt infideles, quoniam ſcriptum eſt Ioan. 3. Qui non credit iam iudicatus eſt. Quidam iudicabuntur, & non iudicabunt, vt mali. Quidam iudicabunt, & non iudicabuntur, vt Apoſtoli ſedentes ſuper ſedes duodecim, approbantes iudicium Chriſti, Matth. 19. licèt omnes iuſti ſint iudicaturi reprobos omnes, dum ad dexteram ſedent, commendantes iudicium Chriſti Iudicis, iuxta illud. Sap. 3. Iudicabunt nationes. Dico ergo quod pueri de iudicio diſcretionis, ſecunda de iudicio damnationis, ſeu punitionis, intelligendæ ſunt Ioan. 3 Mat. 19. Sap. 3.

Ecce iudicium fiet ante tribunal Chriſti, & omnia peccata nuda, & aperta erunt apud eum, nec te iuuabit excuſatio aliqua, & ſi natura homo peccabilis ſit: quoniam Deus hominem continuè vocari ad bonum non deſinit, ſuam gratiam illi offerens, ſed ipſe ſua libertate illam paruiſacit, & potius Dęmoni, quàm Chriſto prędicanti adhęret ideo per prophetam Oſeam decimotertio. ait Deus, Perditio tua Iſrael, ex te eſt. Oſe. 13.

Næc timor hominem excuſabit, quandoquidem Deus homini charitatem ſuam obtulit, quæ foris timorẽ expellit. prima Io. 4. Noluit, & renuit eam, ideo ei cõſtantia, & fortitudo martyrum proponetur, qui ibant gaudentes à conſpectu conſilij, Act. 5. 1. Io. 4. Act. 5.

Nec luxurioſus incontinentiam excuſabit: eam enim Chriſtus illi prędicauit, Luc. 12. Sint lumbi veſtri præcincti. Cui etiam gratiam ſuam obtulit, homo verò potius beſtiarum veſtigia, quàm Angelorum caſtitatem ſequutus eſt; ideo illi virginitatem virginum, caſtitatem viduarum, & continentiam ſanctorum Religioſorum proponet Chriſtus. Luc. 12.

Hæc diuiti auaritia dabit refugium: quandoquidem Chriſtus illi dixit, Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra, ſed in cœlo, & quod ſupereſt ſaltem date eleemoſynam. Itaque vt confundatur, illi hoſpitalitas Loth, charitas Abrahæ, eleemoſyna Tobiæ, liberalitas Zachei, & pietas Apoſtolorum proponetur. Mat. 6. Luc. 11.

Quid excuſatio erit apud iracundum? ſanguis enim proximi clamabit coram iudice, & vindictam quęret: quoniam Chriſtus eum ad patientiam, & ad remiſſionem iniuriarum hortatus eſt. Ideo mãſuetudo Moyſis, patientia Dauid, benignitas Iob, manſuetudo Samuelis, tolerantia Stephani, & crux ſanctorum Dei proponetur.

Quid dicet crapuloſus? cui Chriſtus ſobrietatem commendauit,

&

& crapulam condemnauit, idcirco cum & ipſe ventri, & gulæ plurimum operæ collocauit, & inſudauit, ideo abſtinentia Moyſis, ieiunium Heliæ maceratio, Pauli; auctoritas Ioannis Baptiſtæ, pœnitentia Magdalenæ, & aſperitas ſanctorum eremitarum proponetur.

Quam excuſationem ſuperbus, & elatus habere poterit? cũ à Deo ſummopere humilitas commendetur: quinimo, vt ſcriptura aſſerit, acriter puniuit Senecharib, humiliauit Nabuchodonoſor Regem, temerarium Anthiocum interemit, Holofernem occidit, & tandem potentes de ſede deponit, idcirco humilitas Abrahæ, Manſuetudo Moyſis, dulcedo Dauid, & profunda humilitas virginis glorioſę, pro fundiſſimaque Chriſti eius filij, qui ſe exinaniuit, ei proponetur.

Prouer. 8. Nec ullo accidioſo excuſatio valebit, quandoquidem ſcriptura, vt otium fugiamus nos monet Prouer. 8. Vſquequo dormis piger, & cętera. Vade ad formicam piger. Et Chriſtus. Quid hic ſtatis tota die

Mat. 20. ocioſi. Mundus equidem, propter ocium dilunio ſummergitur, Nabuchdonoſor ocio erexit ſtatuam, Dauid cum Berſabea adulterium fecit: Salomon idolum adorauit, & mretricibus ſe totum dicauit, Sanſon inimicorum ſuorum manibus traditur, idcirco diligẽtia Tobiæ mortuos ſepelientis; pietas Iob pauperibus ſubuenientis, ſolicitudo Marthæ Chriſtum paſcentis, frequentia Luciæ ad templum Dei accedentis, viſitatio Anaſtaſij ad carceres venientis, proponetur. Et ſimilia homini inuidioſo fient, vt nullum malum impunitũ, neq; bonum in remuneratum appareat, accingite ergo vos ipſos pec catores, & conſiderate peccata veſtra, quibns emendatio proponatur.

Tertiò, Diſpar ſententia ſecundum diſparem iudicandorum conditionem: erit enim vna abſolutionis quæque plena miſericordiæ.

Rom. 6. Rom. 6. Gratia autem Dei vita æterna. Et ſecunda Timot. 4. Bonum

2. Timo. 4. certamen. Dum his qui à dextris erũt, dicet. *Venite, eſuriui, ſitiui, hopes fui, infirmus, incarcere nudus, dediſti mihi manducare bibere, dis. quod enim vni.* Vide auditor: non ſolum fidei, ſed operibus, vitam æternam pro mercede tribuit. Reprehende ſi vis, ſed econtrario impijs dabit ſuis demeritis ignem ęternum. dis. Pater enim, ait Io. 3. Omne iudicium

Ioan. 3. tradidit filio.

Ioan. 8. Sed contra Io. 8. Chriſtus dixerat: Ego non iudico quenquàm.

Reſpondeo licet pater omne iudicium tradidit filio, non tamen il

Eſa. 45. lud exequendum tradididit, vſque ad ſecundum aduentum, quando

2. Cor. 5. illi curuabitur omne genu: de quo iudicio Paul. 2. Corint. 5. ait. Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti.

Aliter

Aliter dico, ꝙ loquutus eſt de Iudicio ſecundum faciem, quod non faciebat Chriſtus relinquens exemplum nobis, vt non ſic leuiter iudicemus alios audientes Paul. dicentem, Tu quis es, qui iudico que alienum ſeruum. Et ſaluator. Nolite iudicare, & non iudicabimini. Sic propheta Dauid Pſal. 18. Delicta quis intelligit? Rom. 14. Matth. 7. Pſal. 18.

Et tamen quia ipſemet ait. Delictum meum cognitum tibi feci; ſi non eſt, qui intelligeret delictum quo modo fecit cognitum Deo ſuum delictum? Pſal. 31.

Reſpõdeo quòd propheta loquitur, de numeroſitate delicto rum in prima, quam homo facere non poteſt: quis tam prudens inuenitur, qui ſua delicta poſſit numerare? quia non datur momentum, quo homo non peccet corde, ore, opere.

In ſecũda autem loquitur de delicto cum Berſabea dis. Ideo Pſal. 50. Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco, & cętera. Vel ſecundum Hebræum, coram me. Et agens humiliter pęnitentiam, meruit veniam, dicente Nathan Propheta. 2. Reg. 12. Dominus trãſtulit peccatum tuum. *Poſſidete regnum paratum.* Matt. 25. Pſal. 50. 2. Reg. 12. Mat. 25.

Contra Ioan. 14. Vado parare vobis locum; quem locum ibat parare Chriſtus, ſi iam paratus eſt? Io. 14.

Reſpondeo non obſtat, quod illud regnum fuerit paratum ab origine mundi prædeſtinando, & quòd Chriſtus ierit parare locum cuilibet, ſic futurum erat, non vnicuique Chriſtus deſignabit locum in regno, cui omnis poteſtas collata fuit à patre in cęlo, & in terra, ſic vt procurator, & filius fuit illi impoſitum. Voca operarios. Per quam mercedem, vnicuique eſt locus deſignandus.

Ite maledicti in ignem æternum.

Contra Paul. prima Timoth. 2. Deus vult omnes homines ſaluos fieri. 1. Timot. 2.

Reſpondeo ſaluare multipliciter accipi poterat, ſcilicet pro protegere, pro liberare, pro conſeruare; dico quòd licèt ſaluare pertineat ad omnem pium, qui hoc velit, & potentem qui hoc poſſit, potiſſimum tamen competit Deo, qui natura pijſſimus, & potentiſſimus eſt; ipſe enim ſolus ſaluat nos, temporaliter à miſerijs mundi, ſaluat ſpiritualiter à nequitijs cordialibus, & ſaluat à ſupplicis ęternalibus. Sunt enim tria tormenta & tremẽda pericula, à quibus liberari oportet, ſi in æternam patriam, cum ſanctis peruenire cupimus, videlicet mundi miſeriæ, cordis nequitiæ, & inferni moleſtiæ.

A primo periculo liberati fuerant illi, de quibus Pſal. 106. Clamauerunt ad dominum cum tribularentur, & de neceſſitatibus eorum liberauit eos. Pſal. 105.

De

Pſal.33. De alio periculo, & de eius liberatore loquutus eſt, Pſal. 33. ait. Iuxta eſt Dominus his, qui tribulato ſunt corde, & humiles ſpiritu ſaluabit.

Pſal.21. De tertio periculo æterni ſupplicij in Pſal.21.ait. Salua me ex ore leonis. Saluat nos Deus ob ſuam clementiam.

Saluat Deus multipliciter, ſcilicet interius, exterius, inferius; & ſuperius; ſaluat interius, dum ſuo lumine mentem noſtram illuminat, & oſtendit quid agere debeamus. Saluat exterius, dum nobiſcũ bellum ingreditur, & contra hoſtes pugnat. Saluat inferius dum nos ab inferis peccatorũ liberat. Saluat ſuperius, dum nos per hãc vitam conducit ſecum, & locat in cœlis. Vides itaque quo modo vndiq; nos ſaluat, & cautos facit.

Hoc autem aliquando facit occultè, dum lumine ſuæ gratiæ ingrediens domum noſtræ conſcientiæ, ſuo ſplendore illuminat; vt nos ipſos clare conſpicientes mundemus, & expurgemus in nobis quod tenebroſum erat. Hanc autem primam ſalutem eſſe iudicamus, quam introducit Deus in homine, ſcilicet liberatio à peccatis, ſed hoc ſine nobis non facit, vt Zach. 1. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Hæc liberatio à peccatis vocatur reſurrectio prima ab Ambroſio dicente. Hęc enim eſt prima reſurrectio peccatorum, euaſiſſe tenebras, lumenque poſſidere iuſtitiæ, ſemper Deus eſt paratus adiuuare, liberare, & ſaluare nos, ſi lumini ſuæ gratiæ cor noſtrum non claudat oſtium, vt fecerant inſipienter illi, qui dolentes de commiſſo errore ſe accuſabant, dicentes. Errauimus à via veritatis, & iuſtitiæ

Sap.5. lumen non luxit nobis, & ſol intelligentiæ non eſt ortus nobis. Sap.

Prouer.1. 5. De talibus conqueſtus Dominus ait. Vocaui, & renuiſtis. Ibunt hi in ſupplicium ęternum; diſcedite, ait Chriſtus, maledicti in ignem æternum.

Contra Thren.3. Non repellet in ſempiternum dominus. Si Deus

Habac.3. eſt clemens cur dicitur iudex iratus? ait Abachuc. 3. Cum iratus fueris, miſericordiæ recordaberis.

Reſpondeo quod repellere nil aliud eſt, quàm abijcere, & refutare, & repudiare; hæc autem tripliciter intelliguntur, nam quoſdam ordinatiuè repellit, quoſdam caſtigatiuè, quoſdam verò executiuè.

Ordinatiuè illos Deus repellit, quos ab æterno in ſua miſericordia repellendos duxit: videns enim ab æterno in ſpeculo ſuæ lucis quoſdam malos futuros fore, repellit, & à ſua prædeſtinatione, & gratia reprobauit; de quorum numero fuerat Caim, Pharao, Iudas, & ſimiles.

Eos verò dicimus per modernam correctionem, ſeu caſtigationẽ repellere,

repellere,quos ad tempus, per tormenta cogitauit affligere & caſtigare:hos, quantum apparet nobis cæcucientibus,à ſuo amore videtur repuliſſe ac ſi de illis non curaret,de quorũ numero fuit Dauid, & cõqueſtus ad Dominum. Pſal.42.ait.Quare me repuliſti,& quare triſtis incedo,dum affligit me inimicus? Quaſi dicat optãdo, vtinam vlterius affligi me non permittas; talis autem vexatio non proprie dicitur repulſio,ſed potius finalis miſeratio: quem enim Deus in filium recipere cogitat,hunc prius flagellis corrigere intendit. Pſal. 42.

Temporaliter enim vexatur homo, vt æternaliter conſoletur, de his Dauid Pſal. 93. ait. Quoniam non repellet Dominus plebem ſuam.Quem ſenſum ſequutus Apoſtolus Roma.11. ait. Non repulit Deus plebem ſuam,quam præſciuit. Pſa.93.

Tertia expulſio timenda fuit per finalem damnationem, quando Deus verus iudex exequitur expulſionem,quam ab æterno ordinauerat,quam timens Propheta Pſal.43.conuerſus ad Deum ait. Exurge Domine,& ne repellas in finẽ. Cauſa autẽ occultiſſima eſt, ſed æquiſſima,quod & illis mentio euenerat,qui conqueſti cum Deo.Eſa.63. Quare errare nos feciſti Domine de vijs tuis, induraſti cor noſtrum, ne timeremus te?quem enim à ſe repellit, ſic deſolatum habet, vt relinquat eum ſuæ libertati. De his quoque Dauid Pſal. 87. ad Deum conuerſus ait.Sicut vulnerati dormientes in ſepulchris,quorum nõ es memor amplius, ſic & ipſi de manu tua repulſi ſunt. Hos autẽ ſic æternaliter Deus repellit à ſe,& non amplius, tanquàm ſi nõ fuiſſent memor ſit,niſi puniendo,& ſecundum hunc ſenſum, poteſt intelligi illa authoritas;nam ſic repellere, idem eſt quod indurare: indurare verò eum dicit Deus, quando reliquit in ſua libertate, id eſt quando mollire noluerit; ſicut excæcare dicitur,quem illuminare noluerit; & ſic patet ſolutio. Pſal.43. Eſa.63. Pſal87.

Sed contra Hiere.3. ait Deus. Non iraſcar in perpetuum. ſi Deus iratus vides contra eos,quia ſiniſtra ſunt,dicturus; Diſcedite maledicti,&c.quo modo Propheta dicit,quòd non iraſcetur? Hier.3.

Reſpondetur,iram Dei non eſſe perturbationem animi,ſed vindictam iniquitatis.

Vel dicamus,ira Dei eſt illa, quæ nulla inflammatione perturbat.

Vel dicas ira Dei,auerſio vultus eius dicitur: cui enim Deus faciẽ ſuam auertit,ei iratus dicitur. Iraſci autem dicitur Deus illi, quem non flagellat peccantem: qui tunc tibi plus iraſci dicitur, dum tibi male viuenti parcit: idcirco poteſtatem iræ eius, pauci cognoſcunt. Quam poteſtatem agnoſcens Propheta dixit in Pſal. 89. Quis nouit poteſtatem iræ tuæ? Pſal.89.

Nunc

Nunc reſpondeo, quòd Deus in perpetuum non iraſcitur illis, quos vt pater corripit; quia hos non abijcit, imò virgam, qua eos caſtigauerat, in ignem mittit. De talibus loquutus Moſes ait Deut. 32. Iudicabit dominus populum ſuum, & in ſeruis ſuis miſerebitur. Iſti enim per flagella correcti, in filios ſubleuantur. De iſtis loquitur Dominus per Prophetam Ezech. 18. Si impius pœnitentiam egerit ab omnibus peccatis ſuis, qui operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium, & iuſtitiam in terra viuet, & non morietur.

Deut. 32.

Ezech. 18.

Hier. 18.

Sic Hier. 18. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo ſuo, quod loquutus ſum aduerſus eam, agam & ego pœnitentiã ſuper malo, quod cogitaui, vt faceerem ei. Iſtis ergo in perpetuum non iraſcitur; ſed illis non parcit, qui noluerunt ipſum, vt patrem agnoſcere, quin potius ſpreuerũt eum, quibus in perpetuum iraſcetur, & dicet. Diſcedite maledicti in ignem æternum, &c. Non eſt igitur ira Dei, quæ iſtos impios pertinaciter condemnat, ſed iuſtum iudicium; immo ſumma iuſtitia; & ſic patet ſolutio.

Quando autem hæc erunt, neſcitur, ſed non ſine ſignis erunt. In omnibus enim Deus mirabilibus ſuis, ſemper ſignis ſe oſtendit, vt ſcripturæ loquuntur; & primo ſignis temporum, annorum, & dierũ: duo lumina, ſol ſcilicet & luna fuerunt, & ſicuti in principio, vt mundum inceptum oſtenderent, lumen ſuum dederunt: ita in fine vt mundum iam finitum indicarent, ſplendorem continebunt, & abſcondent.

Signum diluuij vniuerſalis, fuit arca Noe, in qua aliqui ſalui facti ſunt.

Signum datum Ezechiæ, fuit regreſſio ſolis.

Signum ſilentij, habuit Zacharias.

Signum Chriſti nati, habuerunt paſtores.

Ita in aduentu ad iudicium, erunt ſigna duodecim, vt Philoſophi, & Aſtrologi imaginati ſunt, & nos metaphoricè eadem pro die iudicio aſſignabimus, & ſunt hæc, ſcilicet Aries, Taurus, Gemini, Cãcer, Leo, Virgo, Libra, Scorpio, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, & Piſcis. Hæc omnia oſtendit Deus, à mundi condito hucuſque.

Primum ſignum ab Aſtrologis, Aries appellatur, nã ſicut per ſtellas, quæ ſunt in prima parte Zodiaci, ſi eſſent lineatæ, eſſent effigies, & imago Arietis cũ cornibus ſuis, in quo ſigno ſtat ſol in primo menſe, ideſt in menſe Martij, qui primum ſtatum mundi ſignificat, qui à principio mundi vſque ad Moyſem durauit; nam ſicut Aries fortitudinem ſuam in cornibus continet, & in capite, ita in primo ſtatu, ſolo

lo intellectu regebantur, abſque ſcripturarum interprete credebant integrè, & optimis moribus viuebant, vt ait Dauid, ſignatum eſt ſuper nos lumen uultus tui Domine: potentiam Dei in conſtitutione mundi agnoſcebant; & ita ſeruum domino fidelem fore. ideo primũ præceptum, ſcilicet non habebis Deos alienos, obſeruabant, & ſi lex ſcripta non eſſet, & omnia breuiter, quæ ſunt in lege Moyſis, naturali lumine obſeruabant. Pſal.44.

Secundum ſignum eſt Taurus, in quo ſtat ſol in ſecundo menſe, ideſt Aprilis: nam ſi ſtellæ iſtę lineatæ eſſent, Taurum formarent, & ſignum hoc ſecundo ſtatui Moyſi aſſimilatur vſque ad Ioannem Baptiſtam, in quo ſtatu ſol erat in Tauro, animali horribili, qui prouocatus cornibus percutit, & ſauciat, immo occidit; ſic Deus in lege ſcripta, ad iram prouocatus flagellabat & occidebat tranſgreſſores, Exod. 32. quando populus electus vitulum aureum conſtituit, tunc Taurus, ideſt Deus prouocatus magis quàm viginti ſeptem milia hominum percuſſit: ſic voluit terra inglutire Dathan, & Abiron; ideo Deus vltionum appellabatur.

Tertium ſignũ dr̃ Gemini; in quo ſol in menſe Maij regnat: in eodem ſtatu ſol iuſtitiæ in tertio mundi ſtatu regnauit, cum in vtero caſtiſſimo ex duabus naturis compoſitus ſteterit. Ecce figura gemini, perfectus Deus, & perfectus homo, in quo prophetia impleta eſt Geneſ. 25. Et ecce gemini, in vtero eius reperti ſunt. Gen. 25.

Quartum ſignum eſt Cancer; in quo ſtat ſol in menſe Iunij, ſ. quarto: & in eodem ſtat filius Dei in quarto ſtatu, ſcilicet in paſſione ſua acerbiſſima, nam ſicut Cancer paſſus, & veſtigia tortuoſa format ambulando, ſic per querelas, & ſententias falſas Chriſtus ad paſſionem, & mortem acceſſit, hac de re propheta exclamat. Attritus eſt propter ſcelera noſtra. Eſa. 53.

Quintum ſignum dicitur Leo, in quo ſtat ſol in quinto menſe, ſcilicet Iulij, ita in quinto ſtatu fuit Chriſtus, ſicuti enim cum Leo ad prædam accedere cupit, ſaltat in porta ſpeluncæ, ſic corpus Chriſti Leoni ſimile, in ſepulchro iacebat, anima verò tanquàm Leoniſſa, in limbo ſanctos Patres viſitauit, & in ſua reſurrectione ſaltauit reſurgens, & afferens prædam magnam ſanguine legis peccati, mortis, & Diaboli intinctam, ideo Iſaac ait. Ad prædam fili mi aſcẽdiſti, requieſcens accubuiſti vt Leo, & quaſi Leæna. Gen. 49.

Sextum ſignum dicitur Virgo; inquo ſigno ſtat ſol in ſexto menſe, ſcilicet Auguſti, ſic in ſexto ſtatu ſol iuſtitiæ vt triumphator aſcendit ad cęlos, ad Eccleſiam triumphãtem, quæ meritò Virgo, & pura appellatur, vbi neque peccatum, neque ruga ſuperbię, carnalitatis, ini-

Eſa.62. micitiæ, & ſceleraginis inhabitat, vt in Eccleſia militante, & tunc adimpletum eſt illud Eſai.62. Habitabit iuuenis cum Virgine.

Septimum ſignum Libra dicitur; in quo ſtat ſol in ſeptimo menſe, ſcilicet Septembris, ita in ſeptimo ſtatu Chriſtus ſol iuſtitiæ ſtetit tempore Martyrum, in perſequutione Principum, quando in ſanguine proprio lauerunt carnes ſuas, & tunc Chriſtus merita Martyrum numerabat, & ponderabat, ſic & tyrannorum, crudelitates, & demerita.

Octauum ſignum dicitur Scorpio; in quo ſtat ſol in octauo menſe, ſcilicet Octobris, ita in octauo ſtatu ſtat Chriſtus tempore hæreticorum, quãdo poſt perſequutionem Martyrum, in conuerſione Cõſtantini tempore Sylueſtri Papę venenum incępit, & tanquàm ſcorpiones inclinabant caput, ſed caudam erigebant, hæreſias, & Dei offenſas, & animarum damnationes ſeminabant.

Nonum ſignum dicitur Sagittarius; in quo ſtat ſol in nono menſe, ſcilicet Nouembris; ita Chriſtus ſtetit in nono mundi ſtatu tempore ſanctorum Doctorum & Eccleſiæ, prædicatorum, Aug. ſcilicet Hieronymi, Bernardi, & Ambroſij. Verus enim prædicator, Sagittarius appellari debet; verba enim eius ſunt ſagittæ, arcus vita ſancta eſt, funis doctrina catholica, ideo ſæpe corda fidelium feriũt, & ſauciant; ſic Propheta. ſagittę potentis acutæ. Prædicator enim potẽs eſt,
Pſal.119. quia ſpiritu ſancto, & manu Dei agitur.

Decimum ſignum dicitur Capricornus, cui aſſimilatur caput Eccleſiæ Catholicæ Romanæ, ſub quo omnes Chriſtiani ſpiritus quieſcunt, cuius vmbram omnes ſpiritus maligni, & hęretici fugiunt: hic eſt ille pater electorum ſpiritualis, cuius manus potens eſt, quæ parcit, exaltat, ligat, humiliat obſtinatos, & abſoluit fideles.

Vndecimũ ſignũ eſt Aquarius, & ſtatũ vndecimũ ſignificat, & erit poſt mortem gratiæ, quando Antichriſtus ſurgit, in quo ſtatu ſol animarum noſtrarum Chriſtus erit in Aquario, quoniam multę genera
Ezech.36. tiones baptizabuntur, vt Oſea prædixit. Tollam quippe vos de gentibus & congregabo vos de vniuerſis terris, & effundã ſuper vos aquã mundam, & mundabimini. Quaſi diceret, Poſtquàm aqua baptiſmatis vos lauero, ad gremium Eccleſiæ Catholicæ vos ſaluos reducam.

Duodecimum, & vltimum ſignum dicitur Piſcis; cui ſtatus vltimus aſſimilatur, quando Chriſtus, vt verus piſcator miſſis retibus ſuæ paſſionis, piſces optimos ad litus reducet, malos aũt perdet, &c. tũc mũdus trãſibit. Ideo veniet dies illa amara valde nõ pijs; quibus lętiſſima erit, ſed impijs; qui voluptatibus, & delitijs ſe dicauerunt.

De

De hoc iudicio Paulus Roma. primo, ſic loquutus eſt. Reuelatur ira Dei de cœlo ſuper omnem impietatem, & iniuſtitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in iniuſtitiâ detinent. Rom. 1.

In hac die omnes ſancti ſuorum laborum prœmia conſequentur Rom. 2. Qui reddet vnicuique ſecundum opera ſua. Iis quidem qui dem ſecundum patientiam boni operis gloriam, & honorem, & incorruptionem quærunt vitam æternam. Rom. 2.

In hac die impij ſuarum impietatum mercedem recipient. Rom. 2. His autem qui ſunt ex contentione, & qui non aquieſcunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio. Rom. 2.

In hac die iniquitas hominum iuſtitiam Dei exaltabit, & magnificabit. Rom. 3. Si autem iniquitas noſtra iuſtitiam Dei commendat, quid dicemus? nunquid iniquus eſt Deus, qui infert iram? (ſecundũ hominem dico) abſit, alioquin quomodo iudicabit Deus hunc mundum? vnuſquiſque propria mercede accipiet, ſecundum ſuum laborem. Rom. 3.

In hac die fundamenta fidei noſtræ reuelabuntur, prima Corint. 3. Vt ſapiens Architectus fundamentum poſui. Vnuſquiſque autem videat quomodo ſuperædificet: fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. 1. Cor. 3.

In hac die, qui perſequutionem alijs fecerit, perſequutionem patietur, & qui alios conſolatus eſt, & ipſe conſolationem recipiet ſecunda Theſ. 1. Iuſtum eſt apud Deum, retribuere tribulationem his, qui tribulant, & vobis qui tribulamini, requiem nobiſcum in reuelatione Domini Ieſu de cœlo, cum Angelis virtutis eius, in flammam ignis dantis vindictam his, qui non nouerunt Deum, & qui non obediunt Euangelio Domini noſtri Ieſu Chriſti. 2. Theſ. 1.

In hac die peccata præterita, & futura apparebunt manifeſtè, ſic & opera præterita bonis proponentur, prima Timot. 1. Quorundam hominum peccata, manifeſta ſunt, præcedentia ad iudicium; quorundam autem, & ſubſequentur, ſimiliter & facta bona, manifeſta ſunt, & quæ aliter ſe habent abſcondi non poſſunt. 1. Timo. 1.

In hac die falſa conſilia principum manifeſtabuntur. prima Corinth. 4 Qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium. Vigilemus ergo fratres ne ex tempore iudex ille horribilis, ad nos veniat, ne audire mereamur *Ite maledicti.* Sed corda noſtra diligenter præparemus Domino, vt, *Venite benedicti, poſſidete Regnum?* digni ſimus audire. Amen. 1. Cor. 4.

FERIA TERTIA

Prima Dominicæ.

PAVLVS Apoſtolus, qui arcana Dei penetrauit, cupiens magnitudinem diuinitatis Chriſti mundo aperire, ad Coloſ.ſcribens cap. 1. ait. Qui eſt imago Dei inuiſibilis, primogenitus omnis creaturæ, quoniam in ipſo condita ſunt vniuerſa, in cęlis, & in terra, viſibilia, & inuiſibilia, ſiue throni, ſiue dominationes, ſiue principatus, ſiue poteſtates; omnia per ipſum, & in ipſo creata ſunt, qui eſt principium, primogenitus ex mortuis, vt ſit in omnibus, ipſe primatum tenẽs, & ad Colo. ſecundo ait. Quia in ipſo, inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & quamuis diuinitatem ſub vmbra humanitatis continuerit, cum ſe ipſum exinaniuerit, formam ſerui accipiens, attamen coruſcationes diuinitatis, & miracula continuè oſtendebat, vt ſe verum Deum, & Meſſiam in lege promiſſum agnoſcerent: quæ omnia adeo naturæ vires ſuperabant, vt ſine fide hodie ciuitas vniuerſa cõmoueretur dicens. *Quis eſt hic?* Quæ omnia in hoc Euangelio continentur. Quieſcite aliquantulum.

Col. 1.

Col. 2.

Sicut naues, quæ à portu Panormi egrediuntur tres merces, & fructus ſecum afferre ſolent, granum ſcilicet, caſeum, & ſaccharum, ita naues in hoc portu ſacri Euangelij, & Eccleſiæ Catholicæ, tres fructus hoc mane afferunt, ſcilicet confeſſionem plebis Hieruſalem de Chriſto, tanquàm granum; ore enim confeſſio fit ad ſalutem.

Secundus fructus eſt ſeuera Chriſti iuſtitia, quàm exercet in impios ſacerdotes, vt Caſeus.

Tertius fructus eſt admiranda gratia miraculorum Chriſti.

Primus ergo fructus oſtenditur per piam cõfeſſionem plebis Hieruſalem, quam habuerunt à Chriſti ſanctimonia, innocentia vitę, virtute miraculorũ, & authoritate docendi, quę nunq̃ in aliquo inuenta fuerãt: tñ obcæcati Principes, phariſei, ſacerdotes, & ſcribę, ita contenebant, ac deprimebãt, vt eũ hominem peccatorem exiſtimarẽt, & hæc Chriſti opera eſſent irrita, & à fructu vacua. Et licet eſſent abſcondita à ſapientibus, & prudentibus, ſecundum voluntatem patris; ſunt tamen reuelata paruulis, & hominibus, hoc eſt nihil ſublime de ſe ſentientibus ſolum Deum ſapientem, & prudentem cognoſcentibus. Hi enim corde credunt, & ore confitentur Rom. 10. Per fidẽ & confeſſionẽ, Chriſtũ eſſe verũ prophetam, in mundũ miſſum. Hoc autem incarnationis ſacramentum non omnibus cognitum fuit; ait

Rom. 10.

enim

enim Paulus ſacramentum incanationis Chriſti ignotum fuit patribus: ſi enim cognouiſſent, nunquàm dominum gloriæ crucifixiſſent.

Sed cõtra Colo. primo, nunc autem manifeſtatum eſt ſanctis eius. Sacramentum Incarnationis cognitum fuit patribus. Si nota, quo modo ignota: & ſi ignota, quo modo nota? Coloſſ. 1.

Reſpõdeo quod Paulus non dixerat abſolute in altero hoc ſacrm̃ ignotum fuiſſe patribus, ſed abſconditum aliqualiter, ac tectum ſub legis caligine, quia aliter fuiſſent ingrati patres antiqui, non reuelantes clarè hoc ſacramentum. Nos autẽ, qui non ſub legis caligine ambulamus, ſed ſub lumine gratiæ habemus plenam reuelationem tanti ſacramenti, & hoc ab illo qui illuminare venerat, ſedentes in tenebris, in vmbra mortis. Hic enim in fine temporum naſcens ex patris lumine, & ad nos veniens, taliter mentis noſtræ tenebras illuſtrauit, & ſicut lux à tenebris, & vmbra, & figura à figurato differt; ita fuit differens illa notitia patrum à noſtra. Ideo Chriſtus Matt. 13. Veſtri autem beati oculi, quia vident &c. Me, ſupple Deum verum credentes ſub humanitate latere. Matt. 13.

Sed illam patrum obſcuram notitiam addens eo in loco ait, ibi. Amen quippe dico vobis, quod multi prophetæ, & iuſti cupierunt videre, quę videtis, & non viderũt. Et ſic patet quomodo antiqui ſub velamine viderunt: & ſi qui clarius cognouerunt, hoc fuit ex gratia ſpeciali, vt plebi iſti quę clamabat, hic eſt Ieſus: pro nobis autem clarior eſt, ideo Mat. 1. generationem eius narrat. Mat. 1

Sed contra Eſa. 53. Generationem eius quis enarrabit? Eſa. 53.

Reſpondetur, quòd Propheta loquitur de æterna generatione: Matth. verò de temporali; ideo Chriſtus Pater maior me eſt; non dixit prior, nam ſicut ſol, aut ignis non eſt prior ſplendore ſuo, licet ex illo naſcatur, nec ſplendore dicitur poſterior, cum ex ipſo naſcatur; ſic pater non eſt prior filio, nec filius poſterior patre; & ſicut ſubſtantialiter ſplendor in ſole eſt, & ſol in ſplendore, ita ſubſtantialiter pater in filio, & filius in patre eſt: & ſicut patrem ſine initio ingenitum nouimus, ita filium ſine initio confitemur: nulla alia cauſa eſt, quæ diuidat perſonas in diuinis, niſi quod hic ingenitus, ille verò genitus dicatur; hæc autem audiens eleua mentem, & mirare; quod cum eſſet filius ſempiterni Dei, filius hominis fieri voluit, ſeruus patrem habere dignatur, vt tibi ſeruo patrem faceret, & Deum: Secundum quam natiuitatem Paul. ait ſecunda Corinth. 5. Chriſtus ſecundum carnem cognoſcendus non eſt. Et contrario Matthæ. primo, Qui factus eſt ex ſemine Ioan. 14. 2. Cor. 5 Matt. 1.

Dauid ſecundum carnem.Si enim Euangeliſta cognouit eum ſecundum carnem,cur à Paulo interdicimur cognoſcere eum, ſecundum carnem? Ecce hodie clamant iſti, & dicunt Chriſtum prophetam à Nazareth,ergo ſecundum carnem.

Reſpondeo quòd Paulus non fuit contrarius Mat.ſed perfectorũ gradum oſtendens,in altera hortatus fuit cor hominis, vt ad altiora aſcendentes,notiora deguſtarentur,& qui Chriſtum in carne paſſibi li veniſſe iam nouerant,contemplarentur eundem ſuſcitatum a mortuis,& regnantem in cœlis, ad patris dexteram ſedentem: quos verò infirmioris intellectus eſſe cerneret, non dum cœleſtia valentes capere, hos dumtaxat oleribus nutriendos eſſe iudicauerat, & non ſolido cibo, de quorum numero fuerant illi,quibus Apoſtolus ſcribens

Hebr.5. Hebr.ait.Facti eſtis,quibus lacte opus eſt, & non ſolido cibo. Perfectorum autem eſt ſolidus cibus; his ergo quos cernebat firmiores, ſufficiebat in Chriſtum credere,& confiteri eum præ nimia dilectione erga nos, carnem ſuſcepiſſe mortalem,pro nobis paſſum, & crucifixum: iſti autem qui lumine ſupernaturali cognoſcebant, clamabant.*Hic eſt Ieſus propheta,&c.*

Sed qui fide priuantur, admirantur dicentes. *Quis eſt hic?* Vt renaſcente Eccleſia tyranni Martyrum ſuperantium fortitudinem principum: ſic Pharao Moyſi ex virga ſerpentem patientem potentiam admirabatur: ſic Populus Hebræus hodie admiratur dicens. *Quis eſt hic?* Sed fide pollentes, reſpondent.*Hic eſt Ieſus propheta.*

Primò dicit hic: hoc verbum pronomen eſt,& potentiam oſten-

Baruc.3. dit; vt Baruc.3.Hic eſt Deus noſter.

Eſt, Verbum ſubſtantiuum eſt, maieſtatem denotat,& ſoli Deo cõuenit,quoniam à ſe ipſo habet eſſe: nec negatur filium, & Spiritum ſanctum, non habere eſſe a patre, immo ab eo habent eſſe, & omnia quæ in eis ſunt; filius per naturam,& intellectum generatur, ſpiritus ſanctus per liberam voluntatem à patre, & filio producitur, ſed non propter hoc filius & Spiritus ſanctus habent eſſe ſicut nos: ideo inquiunt Theologi, filius licet à ſe eſſe non habeat, habet tamen ex ſe, & per ſe; ita Spiritus ſanctus; nec habere eſſe à patre dicit poſteritatem temporis, ſed originis. Nos autem non ita eſſe habemus, nec non à nobis, neque ex nobis, neque per nos ipſos: nam ſemper eſſemus, ſed à Deo habemus, vt ferrum ignitum habet ignem non à ſe, ſed ab igne, ſic nos habemus eſſe in nobis, ſed non à nobis. Sol in ſe habet lucem, & per ſe, non autem à ſe, ſed à Deo. Oculus in ſe habet lucem, non per ſe, ideo remoto ſole, tenebratur: ſic perſonæ diuinæ, aliqua habet eſſe ex ſe, per ſe, & à ſe, vt pater: aliqua ex ſe, per ſe, ſed non

non, à ſe, vt filius, & ſpiritus ſanctus ſimiliter. Hoc ſecretum, docuit ſpiritus ſanctus humiles dicentes. *Hic eſt.*

Sequitur, *Ieſus.* Multa nomina Chriſto attribuuntur, aliqua tanquàm Deo, ſibi conueniunt, aliqua vt homini, non nulla verò vt Deo, & homini, vt Adonai, quod Deus Dominus ſignificat Theos, ideſt Deus, Iſchiros, ideſt fortis, Agios, ideſt ſanctus, Sabaoth, ideſt Deus exercituum, Thetagrammaton, ideſt Deus magnus. Quæ ab effectibus attribuunt Thelogi ſunt Potens, ſapiens, iuſtus, miſericors, illuminator, conſeruator, terribilis, & patiens.

Vt homini verò hæc ſibi conueniunt, ſcilicet mortalis, pauper, & ſeruus.

Quæ per ſimilitudinem, & metaphoram, dicitur Petra, Leo, Agnus, Lux, Sol. Petra autem erat Chriſtus, Ecce vicit leo, Ego ſum lux mundi, Ego ſum paſtor bonus, Ecce agnus Dei. 1.Cor. 10. Apoc. 5. Ioan. 3. Io. 10.

Tanquàm Deo, & homini ſibi conuenit Ieſus, quòd idem eſt, vt ſaluator; vt Angelus dixit. Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum; quod nomen non ab Angelo dante, ſed à Deo, ab Angelo afferente. Ioan. 1. Mat. 1.

Tanquàm Deus neque principium, neque finem habet: ideo ait, Ego & pater vnum ſumus: tanquam homo ait. Pater maior me eſt; tanquàm Deus ait. Poteſtatem habeo ponendi animam meam; tanquàm homo ait. Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem; tanquàm Deus ait Moyſes, In principio creauit Deus cęlum, & terram, ideſt in filio; & ipſe de ſeipſo. Principiũ, qui & loquor vobis. Non eſt mirum ergo ſi fideles exclamant. *Hic eſt Ieſus.* Ioan. 8. Io. 14. Io. 10. Mat. 26. Gen. 1. Ioan. 8.

Et non ſolum Ieſus, ſed propheta: non ne mortem ſuam, Iudæ proditionem, Petri negationem, Samaritanæ ſecreta prædixit, & aperuit? Sic mortem Lazari, ideo verè propheta, immò dominus prophetarum, & ſi à Simeone ſummo Sacerdote quid Chriſtus eſſet peterent; reſponderet, Salutare, & lumen, & gloria Iſrael eſt; Si à Moſe, reſponderet. Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum ſimilem tui: ſi a Nicodemo, reſponderet. Nemo ſigna facere poteſt, quæ ipſe facit, ſi à Ioanne, reſponderet. Ecce Agnus Dei; ſi à Dæmonibus, reſponderent. Hic eſt Ieſus filij Dei viui. Si ab Angelis, exclamarent. Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth: ſi à Patre æterno peterent quis eſt hic? reſponderet. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Luc. 2. Deut 18. Ioan. 3. Ioan. 1. Luc 4. Eſa. 6. Mat. 3.

Secundus fructus eſt ſeuera iuſtitia Chriſti, quam exercet in impios ſacerdotes templi Dei, qui pietatis prætextu quęſtui inſeruiebãt ſuo; qua nulla eſt pernicioſior peccandi licentia, ita vt zelo quodam

tritis corde, fide, infirmis, & conſuetis legis territis interpretantur, quos Chriſtus ſuo ſpiritu conſolatur, & ſubleuat Euangelio iuxta illud Ezec. 34. Ego paſcam oues meas, & ego eas accubare faciā: quod petierat requiram, & quod abiectum erat reducam, & quod confractum fuerat, alligabo; & quod pingue & forte cuſtodiam; & paſcam illos in iudicio, ſunt qui arundinem coniunctam, interpretantur aduerſarij Euangelij, iam coram Deo confracti, & iudicati, quos non uelit confringere, ideſt amplius irritare, uel publico iudicio concutere cum poſſet, ſed in fine ſæculi iudicium eorum expectat, quod modò occultum eſt; linum fumigans ſunt ijdem, qui ira & damnatione accenſi non extinguuntur, donec eijciat adiutoria, iudiciũ, ideſt uincat ueritas, & manifeſtetur eorum iniquitas: hoc oſtendit Chriſtus audiens Phariſeos, patienter ſubſtinuit eorum inſidias, permittens eos in ſua cæcitate manere, expectans ad iudicium. Ezech. 34.

Qui uerò in Pſal. eſt locus, non repugnat alteri: Phariſei enim irati prædicatione Chriſti, & excæcati de iudicio; ut meritò tanquā uas figuli confringendi eſſent, non armis ferreis, ſed uerbo Dei confracti ſunt, dicens. *Domus mea, &c.* ſenſus talis eſt; quòd Deus tanquam uas figuli, confringet aduerſarios ſuos, ideſt uerbo Euangelij uires aduerſariorum debiles faciet, ſed tamen modo permittit in obſtinatione frenare linum, nõ penitus extinctum, confringet calamũ, tamen omnino comminuet: non ergo mirum eſt, ſi hodie eiecit ementes.

Idcirco Propheta Dauid loquens de prophanis ſacerdotibus Pſal. 36. ait, Sacrificium & oblationem noluiſti. Pſal. 36.

Sed contra 1. Pet. 2. Hoſtias offerendas præcipit Petrus, ſi Propheta cognouit Deum abhorrere ſacrificia, & oblationes, cur Petrus, & cætera. 1. Pet. 2.

Reſpondeo, ꝙ non abſolutè Propheta dixerat Deum reſpuere ſacrificium, ſed illud animalium duntaxat pro ſe oblatum, quod homicidium & adulterium a ſe commiſſum expiare nequiuerat.

Quamuis poſſumus dicere, ꝙ illa uerba fuerunt miſtici Dauid, id eſt Chriſtus, qui conuerſus ad patrem ait, ſacrificium, & oblationem noluiſti, quæ reatum primorum parentum expurgare non poterant.

Sed Petrus uidẽs reatum ad plenum purgatum per ſanguinem Ieſu Chriſti, hortatur fideles, ut tanti beneficij memores ſe ipſos offerant Deo in hoſtiam ſanctam, uiuam, Deoq; placentem, pro ut Paulus docuerat Rom. 12. quod quidẽ ſacrificium, tunc Deo gratum, & nobis proficuum dum in hac oblatione tria concurrant ſimul, uidelicet mens, ideſt portio ſuperior, quam & Sceſaman uocant Hebræi: Rom. 12.

medius,

medius, ideſt intellectiua anima, quã ruanc;& portio inferior, quam pariter ne plus uocant hanc.

Moraliter autem ſciendum, ꝙ per templum quilibet fidelis intelligitur, Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis uos 1. Cor. 3. peccator uero templum Diaboli nũcupatur. Hoc templum, dominus noſter hodie domum ſuam uocat, dicens. *Domus mea &c. Vos autem &c.* In his namque uerbis, duo notantur; primò ſtatus gratiæ, ad quem dominus inuitat dicens. *Domus mea, domus orationis &c.* Secũdò, ſtatus culpæ quem Chriſtus deteſtatur cum dicit. *Vos autem feciſtis illam ſpeluncam &c.* Anima efficitur ſicut ſpelunca, quia habitatio diuerſarum færarum, nam in ea habitat uanagloria, de qua dicitur, & onagri ſteterũt in rupibus &cæ. Vanaglorioſi attrahunt uentum, ſic pompoſi, qui uento uanæ laudis implent ſtomachum ſuum.

Cor. 3.

Hier. 14.

Habitat lupus uoracitatis gulæ, de quo dicitur. Incraſſata eſt pars eius, & cibus eius electus: Abacuch 1. Vndede guloſo dicitur, Dilatauit infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum Eſa. 5.

Abac. 1.
Eſa. 5.
Iob. 37.

Habitauit Leo ſuperbiæ; Ingredietur beſtia latibulum ſuum &cæ. Latibulum ſuperbiæ, eſt cor elati.

Pſ. 79.

Habitat Aper iracundiæ, de quo Pſal. 78. Exterminauit eam, aper de ſylua. Ira enim facit exire hominem extra terminos rationis, & iuſtitiæ, turbando per impatientiam, & ut breuiter dicam; ibi ſunt multa genera uitiorum, quæ deſignãtur per illud Eſa. 34. Erit cubile draconum, & paſcua ſtruthionum &c.

Eſa. 34. c.

Anima dicitur ſpelunca, quia eſt terra inculta uomere contritionis, & confeſſionis, quaſi terra uoluptatis coram eo, & poſt eum ſolitudo deſerti. Terra mentis coram Deo, eſt quaſi hortus uoluptatis per gratiam, ſed in receſſu Chriſti per peccatum, anima efficitur inculta, & infructuoſa.

Anima eſt ſicut ſpelunca, quia eſt locus latronum, ideſt Dæmonum, qui ibi habitant per peccatum, iuxta illud Oſeæ 5. Fur ingreſſus eſt, ſpolians, latrunculus foris &c. Multi habent hos latrones in domo ſua, & per confeſſionem nõ clamant; ideo admiratur Propheta dicens, Si fures introiſſent ad te, ſi latrones per noctem, quomodo conticuiſſes? nonne furati eſſent ſufficientia tibi? quaſi dicat: ſi introiſſent fures ad te, nunquam tacuiſſes, ne auferrent temporalia. Nunc autem cum auferant ſpiritualia: cur negligis clamare, per confeſſionem ſcilicet.

Oſe. 5.

Abdie. 1.

Quid igitur faciendum eſt his, qui aliquando fuerunt domus domini per pænitentiam, nunc autem per peccatum facti ſunt ſylua, & ſpelunca Dæmonum? utique debent aſcendere, & renouare ſancta

iuxta

iuxta illud. Aſcendamus nunc mundare ſancta,& renouare &c. San i. Mac. 4.
cta appellat templum, ad quod aſcendendum eſt, deſerendo mundi gaudia,& excolendo conſcientiam, templum ſpiritus ſancti mundã do per confeſſionem, & renouando per habitus honeſtatem, & hoc faciendum eſt nunc, dum aptum,& acceptabile tempus eſt.

Hoc autem minime fieri poteſt, niſi Chriſtus intret ciuitatem animæ noſtræ. Intrat autem quo ad ueritatis cognitionem, per ſapientiam illuſtrando: unde dicitur, Si intrauerit ſapientia cor tuum, & ſcientia animæ tuæ placuerit, conſilium cuſtodiet te, & prudentia ſeruabit te. Prouer. 2. Chriſtus intrat ſcilicet ſapientia cor hominis, cũ Pro. 2.
ad cognitionem æternorum illuminat,& tunc ſcientia placet, cum infundit cognitionem temporalium, & ordinandorum in intellectu; tunc enim conſilium cuſtodit, quia nouit qualiter debeat uitare mala, ſibi intentata. Quo ad guſtum bonitatis, per deuotionem excitando, iuxta illud Apoc. 3. Ecce ſto ad oſtium & pulſo. Pulſat dominus Apoc. 3.
ad oſtium, liberum arbitrium per inſpirationem,& præuenientẽ gratiam excitando, aperitur ſibi diuinæ inſpirationi aſſentiendo, præuenientem gratiam acceptando. Intrat, & cænat, delitias ſuæ deuotionis communicando, unde dicitur, Intrans in domum meam, cõquie Sap. 8. c.
ſcam cum illa: non enim habet amaritudinem conuerſatio illius, nec tædium conuictus illius, ſed lætitiam,& gaudium. Sap. 8.

Ad introitum autem Chriſti, in Ciuitatem,& templum animę noſtræ, anima commouetur ad multa: ad pænitentiam, per compunctionem; iuxta illud, Commouiſti terram, & conturbaſti eam, ſana contritiones eius, quia commota eſt. Pſ. 59. Pſal. 59.

Alibi, commota ſunt ſuperliminaria cardinum a uoce clamantis, & domus repleta eſt fumo Eſa. 6. Vox clamantis, Chriſti inſpiratio Eſa. 6.
eſt,& flagella: ad iſta enim commouentur ſuperliminaria, ideſt uires animæ, ad pænitentiam,& in tantum, quòd domus animæ impletur fumo compunctionis, nam fumus ab oculis producit lachrymas, &c. commouetur anima.

Ad miſericordiam per compaſſionem, iuxta illud. Commota ſunt uiſcera eius ſuper filio ſuo, 3. Reg. 3. Vnde etiam dicitur, Ioſeph feſtinauit in domum, quia commota fuerant uiſcera eius ſuper fratre 3. Reg. 3.
ſuo. Gen. 43. Gen. 43.

Hæc commotio fit, cum quis uidet pauperem, uel miſerabilem perſonam,& commouetur compaſſione ad ſubueniendum ei: exemplũ. Cum uidiſſet Dominus uiduam, miſericordia motus ſuper eam, dixit illi, noli flere. Luc. 7. Luc. 7. c.

Ad laudem diuinam, per gratiarum actionem; de hoc dicitur: Au

Ezech.3.c. diui poſt me uoce commotionis magnæ; benedicta gloria domini de loco ſuo Ezech. 3.

Talis fuit commotio, de qua habetur in hoc Euangelio; unde dicitur quòd dicebant, *Oſanna benedictus qui uenit &c.*

Vſque modo noſtis, quod anima noſtra non eſt templum ſpiritus ſancti, quoniam non dicam, orationi ſacrificio ac Dei laudibus. Vſque modo noſtis, quod anima noſtra ſpelunca latronum, plena uitijs uanægloriæ, gulæ, ſuperbiæ, iræ &c.

Quomodo autem adhuc Chriſtus intrauerit, per ueritatis cognitionem, per deuotionem, per operum multiplicationem, ac meritorum uſque modo cognouiſtis, ſed ciuitas noſtra adhuc non eſt commota, nam diabolus malus hoſpes eſt, ſicut latro cæcat, & lumen cognitionis extinguit, debilitat ad opera Chriſti, gratuitis ſpoliat, & hæreditatem tollit: Chriſtus uero illuminat, fortificat, uiuificat, & reſtituit; Ecce ergo quomodo commouit; & auxilio ſuo eijcimus boues ſuperbiæ, numularios auaritiæ, & columbas luxuriæ a templo animæ noſtræ; & Chriſtum ſuſcipientes, & laudantes, ducet nos ipſemet Chriſtus ad audiendam lectionem regni Dei.

Tertiò uidenda eſt admiranda Chriſti in cæcos, claudos, & mutos gratia miraculorum, qua eos qui laborabant ignorantia rerum diuinarum, & uarijs opinionibus claudicabāt, curauit; & in ſcribas, & Phariſeos reſponſio, qua ipſorum calumnias refutat authoritate ſcripturæ, dicens. *Domus mea, domus orationis uocabitur.* Phariſei autē, qui externa uitæ ſanctimonia, authoritate iudiciaria, & propria iuſtitia ficti, Chriſtū contempſerunt, & ſuam uolentes ſtatuere iuſtitiam, Chriſti iuſtitiæ, uirtutum, non ſunt facti participes, ſed propria ipſorum malitia obdurati, & excæcati ſuo meritò ſunt relicti, quia ſemper reſtiterunt ſpiritui ſancto, ut meritò ipſos cæcos, & duces cæcorum uocauit Chriſtus, & eiecit confuſibiliter a templo: ut confundantur, quia Eccle. 4. ait ſapiens. eſt enim confuſio adducens peccatum, & eſt confuſio adducens gloriam & gratias. (Eccl. 4. c.)

Sed contra idem ſapiens in eodem loco ait. Confuſio adducens gratiam ualde præmiſſæ contrariantur. ſi enim cōfuſio adducit gratiam, quo modo poterit peccatum adducere, quia peccatum, & gratia in eodem non compatiuntur?

Reſpondeo quòd ſapiens loquutus eſt in ſecunda, de illa confuſione, qua emendatur confuſus, & aliquando ædificantur circunſtantes, quando. ſ. confuſus de iniquitate mutat in melius uitā ſuam. dis curre: & cōtrario illi qui ſi deterior. dis curre: ideo Prou. dicitur, Qui increpationes odit, morietur. Et alibi. Qui increpationes odit, inſipiens (Prou. 1. 15.)

piens eſt.Prouer.12.&15. Prou. 12.

Ideo conſiderare debebant illud Ezech.40.dicētis.Gazofilatium, Ezech.40.
quod reſpicit ad uiam Aquilonis, Sacerdotum erit qui excubant ad adminiſtrandum altaris. Quo confunduntur mali ſacerdotes. Ibi.

Sed idem Propheta in eodem loco ait. Et facies eorum contra uiā auſtralem.præmiſſa quidem & licet ſimul ſtare non poſſunt.

Reſpondeo quòd ſecunda intelligenda eſt de maiori ſacerdote, qui in ſacrificio ingrediebatur in ſancta ſanctorum, quàm ſemel in anno introire licebat. uerſa facie ad Auſtrum debebat reſpicere, ut inde diuinum influſſum ſuſcipiens, oblata ſanctificaret, quę pro ſuis, & populi delictis offerebantur, non ſine ſanguinis effuſione, ut Paulus refert; qui influxus ex illa parte Auſtrali ſuſcipiendus fuerat, quia inde debebat uenire ille, a quo ſacrificia priſcorum patrum habebāt uirtutem.

Hinc colligimus, quanta munditia, charitate, & ſanctitate decorādus ſit ille, qui in huiuſmodi præſidentia conſtitutus eſt. De hoc ſacerdote maiore, & de eius conditionibus Paul. 1. Tim. 3. alloquutus 1.Tim.3.2.
diſcipulum dixerat, Oportet Epiſcopum irreprehēſibilem eſſe, unius uxoris uirum, ſobrium, ornatum, prudentem, pudicum, hoſpitalem, doctorem, &c.

Cæterorum uerò ſacerdotum Gazophylatium, ad Aquilonem, & non ad Auſtrum locatum fuerat, ut inde ſeueros tribunalis iuſtitiæ præſidentes, his hoſtijs pacatos redderent, quod non minus neceſſarium parat, quàm ad impetrandam pietatem, & beneficium a principibus beneficis, & pijs pietatis tribunali præſidentibus, ut Cabaliſtæ atteſtantur dicētes. Duplex fuiſſe ſacrificium apud patres antiquos: alterum matutinum, & alterum ueſpertinum, quorum primum ad impetrandum, ſequens uero ad placandum neceſſarium exiſtimarūt, Rom.7.c.
conſiderantes illud Pauli Ro. 7. dicentis, Scio enim quòd non habitat in me, hoc eſt in carne mea, bonum. omnes debent ſacerdotes ad Aquilonem ſacrificare, ideſt ad placandum Deum, ſine quo nihil boni habemus.

Sed contra Galat.2.ait Paulus. Viuo ego iam non ego, uiuit autē Gal.2.
in me Chriſtus; quo modo poterat dicere, in ſe bonum non habitare, ſi Chriſtus uiuebat in illo, ubi eſt Chriſtus, ibi omne bonum.

Reſpondeo quòd prima eſt intelligēda de homine ueteri, propter quod in illa inſertum eſt, litera ſic continetur. Scio enim quia non habitat in me, hoc eſt in carne mea bonum; nouerat enim in illa ſic uitiata, & infecta Chriſtum non poſſe habitare, quam iam a Diabolo per peccatum poſſeſſam uidebat: idcirco ſentiens ſe coactum, a deſi-

deijs

derijs carnis legi Dei ſe opponentis, aiebat. Quod nolo malum, hoc ago.

Altera non eſt huic contraria, quia non de ſua carne loquutus eſt in illa, dum ait. Viuit uero in me Chriſtus? ſed de interiori homine, quem informabat Chriſtus, per fidem loquutus eſt, de quo Epheſ. 3. dixerat. Det uobis etiam uirtutem, corroborari per ſpiritum eius, in interiori homine Chriſtum habitare per fidem in cordibus noſtris. Viuit ergo in nobis per gratiam, & nos in illo pariter uiuere dicimur, cum nobis morimur, hoc eſt, cum carnis deſideria non perficimus, nec aliter illi uiuere poſſumus, niſi carni moriamur: nō ſic Chriſto uiuebant illi, quibus Apoſtolus ſcribens aiebat. Mortui enim eſtis, & uita ueſtra abſcōdita eſt cum Chriſto in Deo. Ideo ut in nobis Chriſtus habitet, ſemper orandum eſt. Bene ergo ait Chriſtus. *Domus mea, domus orationis.* Et Paul. 1. Theſal. 5. ait, ſine intermiſſione orate.

Ephe. 3.

Coloſ. 3.

1. Theſ. 5.

Matth. 6.

Sed contra Matth. 6. ait, Orantes, nolite multum loqui, declara.

Luc. 18.

Reſpondeo, authoritas Pauli ſic eſt intelligenda, ut nulla die intermittatur certa hora orandi, nam & Pauli ſenſus, continet ſententiā Chriſti, qui dicit, Oportet ſemper orare, & non deficere; quę ſic exprimitur: ſemper oportet habere bonum deſiderium, nam ipſum bonū deſiderium oratio eſt, quod ſi continuum habes, ſemper orare diceris, nunquid ſecundum intermiſſionem genufle‍ctimus, corpus proſternimus, aut manus leuamus? ut dicat, ſecundum intermiſſionem orare, ſi ergo non uis intermittere orare, noli intermittere deſiderare; continuum enim deſiderium tuum, continua uox tua eſt, tacebit enim ſi amare deſtiteris: in ipſa ergo fide, ſpe, & charitate continuato deſiderio, ſemper oramus.

Et ideo certo interuallo horarum, & temporum, etiam uerbis, rogamus Deum, ut illis rerum ſignis, nos ipſos admoneamus, quia dignior ſequetur effectus, quem feruentior præcedit affectus; nā quam uis in hoc deſiderio profecerimus, nobis ipſis innoteſcamus: uerbis etiam opus eſt, quæ admonent nos, ſedulò in id quod deſideramus; ne quod tepeſcere cæperat, omnino frigeſcat, & penitus extinguatur. Dico ergo qd aliud eſt ſermo multus, & aliud eſt diuturnus effectus.

Docebat eos de regno Dei. Hæc eſt proprie ſumpta ex Euang. quā ad inſtructionem noſtram examinare intendo. In hac enim apertè habemus materiam prædicationis, & doctrinæ Chriſti, regnū Dei ſcilicet: docebat autem, & quotidie docet per ſcripturam ea, quæ faciunt a regno deuiare: quæ ducunt ad regnum; quæ ſunt in regno. Docuit enim uitanda eſſe uitia, per quæ perditur regnum: amplectendas eſſe uirtutes, per quas itur ad regnum; deſideranda eſſe gaudia,

quæ

quæ ſunt in regno. Primò inquam Chriſtus prædicauit uitia, ut nullus de malitia excuſetur. Secundò in prædicatione uirtutes inſeruit, ut errantes dirigeret. Tertiò gaudia æterna promiſit, ne labor pænitentiæ ſeu uiæ tędium afferret, ut ſuffocaret.

Primò dico quod docuit illa, quæ ſunt uitanda, aut quæ impediũt ad regnum habendum, aut hominem deuiare faciunt. Tria autem ſunt quæ impediunt, quæ dicit Apoſt. 1. Cor. 3. Si quis aũt ſuper ædificat &c. lignũ, fœnum, ſtipulam. Lignum quod eſt fragile. i. immoderatus amor ſui, fœnum molle. i. amor filiorum, ſtipula leuis. i. amor diuitiarum, uel honorum. Hinc dicit Dominus Luc. 18. quàm difficile qui pecunias habet in regnum Dei intrabit. Quam difficile, qui habet pecunias, ideſt qui fidit in illis, & nimis amant &c. 1. Cor. 3. c. Luc. 18.

Peccata uenialia impediunt, & retardant a regno, mortalia uerò, omnino faciunt errare 1. Cor. 6. de his dixit Apoſtolus. Iniqui regnũ Dei non poſſidebunt; nolite errare, quia neque fornicarij, neque idolis ſeruientes, neque adulteri, neque molles, neque maſculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces &c. & ut dicamus de ſingulis, iniqui ſunt, qui mutuã uicem parentibus non reddunt. Fornicarij, qui ſoluti ab uxore cũ ſoluta peccant. Seruientes idolis, ideſt honoribus, & mundanæ glorię, tãquam quibuſdam idolis ſe dedicantes. Adulteri, qui coniugati propriam dimittunt &c. qui relicto ſponſo ſuo Chriſto, per fidem coniuncto, infideles, & fiunt molles in ſe ipſos, per fragilitatem peccantes, & qui ut molles, & inconſtantes, ideſt duro omni tentationi cedunt. Maſculorum concubitores ſodomitæ, & qui malo exemplo puſillos corrumpunt, & ſcandalizant. Fures, qui occultè rapiunt aliena, uel qui adulando & ſub ſpecie pietatis, & amicitiæ ſuadent peccatum alicui, furanturque ei animam, Deum, & gloriam æternam. Auari, qui indebito modo retinent ſua, uel qui ſpiritualia bona, & uirtutes alijs occultant, non inſtruendo & communicando. Ebrioſi, uitio gulæ, & uentri ſeruientes, uel per immoderatum amorem alicuius rei, a uia ueritatis deuiantes. Maledici, qui Deum, uel proximũ blaſphemant, uel malum conſilium præbent, detrahunt, minantur, ut malum fiat. Rapaces, qui uiolenter aliena rapiunt, uel qui ad peccatum alios cogunt. Omnes tales, dum tales exiſtunt, utique regnum Dei non poſſidebunt, & hæc eſt doctrina Chriſti, de qua dicitur. De corde exeunt cogitationes malæ, homicida, falſa teſtimonia, blaſphemiæ, adulteria, furta &c. Ijs dicitur foris canes, & uenefici, & impudici, & homicidæ, & idolis ſeruientes, & omnis qui amat & facit mendacium. Apoc. 22. Hæc ſunt, quæ omnino faciunt elongari, & errare a regno 1. Cor. 6. Mat. 15. Apoc. 22. c.

Iudic.5. a regno Dei. Vnde & de hoc dicitur Iudic. 5. Quieuerunt ſemitæ, & qui ingrediebantur per eas, ambulauerunt per colles deuios, &c. ſemitæ mortis, ſiue Diaboli, ſcilicet quieſcent, aliter poſt finem mundi, & qui ambulauerunt per eas, deuiauerunt a regno Dei, & incedeerunt loca aſpera & tenebroſa &c. Philip. 2. Via mortis fuit ſuperbia, uia uitæ fuit humilitas, quam docuit Chriſtus, nam humilians ſe uſque ad mortem, exaltauit illum pater &c. Qui ergo uult redire ad uitam, ſequatur Chriſtum humilem, qui dixit. Ego ſum uia &c. Io. 14.

Philip. 2.

Ioan. 14.

Secundò docuit illa, quibus peruenitur ad regnum Dei, iuxta illud. Notas mihi feciſti uias uitæ Pſal. 15. Exponit Aug. notas mihi fecit uias uitæ; cum me docuit fidem, miſericordiam, caſtitatem, & ſic de alijs uirtutibus, &c. His .n. uirtutibus, peruenitur ad uitā quod eſt Gen. 28. Viditque in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumē eius tangens cœlum &c. In ſcala Iacob, quæ cœlos tangebat &c. Scala pœnitentia eſt, de cuius gradibus dicit Dauid. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, &c. Reſpondet ſibi, in perſona Domini d. Pſ. 24. Qui ingreditur ſine macula, ſcilicet peccati, in quo deſignatur munditia, uel caſtitas corporis. In figuram nullus habens maculam accedebat ad miniſteriū domini, ut dicitur Leuit. 21. Homo de ſemine tuo per familias qui habuerit maculam nō offeret panes Deo ſuo, nec accedet ad miniſterium eius. Qui operatur iuſtitiam, ideſt bona opera, in quo ſignificat ſtabilitas, ita quòd propter impulſum tentationis, aut afflictionis non declinet quis, ab operatione &c. Iſti duo gradus, ſunt duæ partes iuſtitiæ, declinare a malo, & facere bonum. Qui loquitur ueritatem in corde ſuo; in quo ſignificat firmitas propoſiti boni, iuxta monitum Sap. Eccl. 37. Cor boni conſilij ſtatue tecum &c. Loquitur ſcilicet ex abundantia cordis, ita quod uerbū primò uenit ad limam, quàm ad linguam, & os loquitur, quod cor dictat. Nec igitur dolum in lingua ſua, in quo ſignificatur linguæ, ſcilicet caſtitas, ita ut non ſit aliud in corde, aliud in ore ad decipiendū.

Pſ. 15.

Gen. 28. c.

Pſal. 14.

Leuit. 21.

Eccle. 37. c.

Nec facit malum proximo ſuo, in quo notatur operis mūditia, qui ſcilicet non habuit uoluntatem nocendi proximo: nec accepit opprobrium aduerſus proximos ſuos, ideſt non detraxit, nec alios detrahētes libenter audiuit: in quo innuitur linguæ cuſtodia: qui iurat proximo ſuo, ubi neceſſe eſt, & non deficit, qui non dedit ad uſuram &c. Ij ſunt gradus ſcalæ tendentis in cælum. Hæc ſunt quæ Chriſtus docuit, dicens. Beati pauperes ſpiritu, beati mites, beati qui lugent, &c. Per iſtas enim uirtutes peruenitur ad regnum &c.

Mat. 5.

Tertiò docuit illa, quæ ſunt in regno, quæ dabuntur peruenientibus ad ipſum, & ſunt hæc plura, immortalitas, & impaſſibilitas, iuxta

ta illud. in reſurrectione, neq; nubent, neque nubent: ſed erunt ſicut Angeli Dei in cœlo, ideſt impaſſibiles & immortales, unde ceſſabit generatio: uiuent corda eorum in ſeculum ſeculi. Pſ. 21. Claritas corporum: Nam fulgebunt, iuſti ſicut ſol. Mat. 13. & Dan. 12. Qui docti fuerint, fulgebũt quaſi ſplendor firmamenti &c. ô quàm amabilis, & admirabilis ſplendor, ubi erunt tot ſidera fulgentia ſicut ſol. Quot ſancti erunt in patria beati. Societas omnium deſiderabilium ad uictũ: iuxta illud. Ego diſpono uobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum, ut edaris, & bibatis &c. Luc. 22. Et quid edemus, niſi panẽ uitæ, panem Angelorum, manna dulciſſimum, unde propter hoc dicitur Luc. 14. — Matth. 2. c. Pſal. 21. Matth. 13. f. Dan. 12. Luc. 22. c. Luc. 14. c.

Beatus qui manducabit panẽ in regno Dei &c. Beati dicebantur, qui comedebant de ligno uitæ, beati dicebantur ſerui Salomonis, qui aſſiſtebant ei. Sed longe beatiores, immo beatiſſimi, qui aſſiſtunt uultui Dei, faciei Chriſti, in quem deſiderant angeli proſpicere. 1. Petr. 1. quo qui fruuntur, non faſtidiunt, ſed magis ſitiunt, iuxta illud Eccle. 24. — 1. Pet. 1. c. Eccl. 24. c.

Qui edunt me adhuc exurient, & qui bibunt adhuc ſitient.

Nos itaque deuitemus uitia, amplectamur uirtutes, ut aliquando perueniamus ad regnum. Attendite ſignanter quid dicat uobis hodie dominus noſter, *Domus mea*. Notate *Domus* non atrium, *mea*. non noſtra, nõ aliena, *Mea* qui tot, pro uobis dixi, feci, ſubſtinui, &c. Quaſi dicat, conſiderate ut quid, & ad quid dederim uobis, quoniam non niſi ut orationi, ſacrificio, & diuinis laudibus dicaretis. *Vos autem, &c. Vos:* habet enim emphaſim. Vos ſcilicet qui profitemini eſſe de meis, qui promiſiſtis, iuraſtis illam nudam, immò lautam ſeruare mihi, & non alijs accommodare, & tamen *Vos feciſtis illam ſpeluncã &c.* ac ſi diceret. Eya ingrati, non hæc docui, ſed de regno Dei, ut ſcilicet peccata detaretis, & uirtutes amplectaremini, illud anhelaretis. Dixi enim, primùm quęrite regnum Dei; non hominis: in quo maiores minoribus regnant, & gens in gentem ſurgit &c. Luc. 21. immo exẽplo Chriſti fugere debemus, Io. 5. Non Dæmonis, quo Diabolus in peccatoribus regnat peccato mediante, nam ut Iob 41. Ipſe eſt rex ſuper oẽs filios ſuperbiæ: hoc enim fugere debemus, ut monet Apoſtolus dicens Ro. 6. Non regnet peccatum in ueſtro mortali corpore, immo deſtruere illud pœnitentiæ operibus, ſicut pœnitenti præcipit Deus dicens, Conſtitui te hodie ſuper gentes & ſuper regna, ut euellas, & deſtruas &c. Quærite inquam regnum Dei, quo Deus iuſtos regit in præſenti per gratiã, in futuro per gloriã: regnum Dei intra nos eſt Luc. 17. quærite quia proditũ a patre noſtro; quia abſconditum in — Matth. 6. Luc. 21. Iob. 41. Rom. 6. Hier. 1. Luc. 17

agro bonarum operum, quia ſuper omnia deſiderandum, ad quod & cætera.

Interroga ergo Paulum, ò anima & dicas. Quis eſt hic? & reſpondebit ut Epheſ. 5. & primo ipſum dedit caput ſuper omnem eccleſiā.

Ephe. 5.

Coloſ. 1. c. Chriſtus eſt imago Dei, primogenitus omnis creaturæ, Coloſ. 1. Qui eſt imago Dei inuiſibilis, primogenitus omnis creaturæ, quoniā in ipſo condita ſunt uniuerſa, in cœlis & in terra; uiſibilia & inuiſibilia, ſiue troni, ſiue dominationes, ſiue principatus, ſiue poteſtates, omnia per ipſum, & in ipſo creata ſunt.

Col. 1. c. Chriſtus eſt primogenitus mortuorum Coloſ. 1. Qui eſt principiū, primogenitus ex mortuis, ut ſit in omnibus ipſe primatum tenens.

Coloſ. 2. In Chriſto eſt omnis magnitudo diuinitatis, Coloſ. 2. quia in ipſo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & eſtis in illo repleti qui eſt caput omnis principatus, & poteſtatis.

Heb. 2. Chriſto ſubijciuntur omnia, Heb. 2. Non. n. angelis ſubiecit Deus orbem terræ futurum, de quo loquimur.

Chriſtus eſt æternus, ſic reſpondit, Heb. 3. Ieſus Chriſtus heri, & hodie ipſe & in ſæcula.

Rom. 2. Chriſtus habet æternam benedictionem, ut reſpondet ad Rom. 9. Qui eſt ſuper omnia benedictus in ſæcula.

Philip. 2. Chriſtus æqualis eſt patri per naturam, ut reſpondit Philip. 2. Qui cum in forma dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo.

FERIA QVARTA PRIMAE Dominicæ.

PAVLVS Apoſtolus docens Corinthios cap. 1. diſcrimen inter Iudæos, Græcos, & Chriſtianos ait, Iudæi ſigna petunt, Græci ſapientiam quærunt, nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum. Non petebant Iudæi ſigna,

1. Cor. 1.

quę Chriſtus non feciſſet, immo Chriſtus ſalutem humani generis o-

Heb. 2. peratus eſt, ut ipſemet Apoſtolus Heb. 2. ait, Conteſtante Deo ſignis

1. Cor. 10. &c. ſed ſigna petebant, tentantes eum; ideo Paul. 1. Cor. 10. Reprehen

1. Cor. 10. c. dens eos, ait. Non tentemus Chriſtum, ſicut quidam eorum tentauerunt, & a ſerpentibus perierunt: tentatio uos non apprehendat. & 2.

2. Cor. 12. c. Cor. 11. Ipſe enim Sathanas, transfigurat ſe in angelum lucis. Non eſt ergo magnum, ſi miniſtri eius transfigurētur, ueluti miniſtri iuſtitiæ, quorum finis erit ſecundum opera eorum, ſicut hodie uerbis melli-

fluis

ſtuis Chriſtum tentare conantur,uocantes eum magiſtrum,cuius do ctrinam nunquam audire uoluerunt: Sed quieſcite paululum,& uobiſcum ero.

Tria ſunt, quę in portu Panormi nautas ſecuros acquieſcere faciunt,ſcilicet rectum iudicium iudicantium, ſeueritas ſanctæ inquiſitionis contra hæreticos, & iuſtitia iudicum in ſententiando.

Sic tria acquieſcunt fideles in hoc portu Euangelij, Primò doceri uerum iudicium. Secundò ſeueritatem Dei erga incredulos. Tertiò iuſtitiam diuini iudicij in damnandos.

Primò ergo hoc euangelium docet iudicium carnis odio,inuidia, & maleuolentia excæcatum,non intelligere quæ ſunt ſpiritus Dei:1. Cor.3. 1.Cor. 3. Quo fit,ut neglecto Dei uerbo, ſigna petant a Chriſto dicentes.*Magiſter,uolumus à te ſignum uidere*.Quod ſcilicet excedat facultatem naturæ creatæ. Verum quum hæc non peterent ad fidei doctrinam, & ueritatis confirmationem, qua de cauſa Deus non in nouo tantum, ſed in ueteri teſtamento hæc beneficia concedere ſolet Eccleſiæ,ſicut dum lex promulgaretur,audiebantur tonitrua, mirabantur fulgura,& mons fumicabat; quæ partim ob duritiam tenentis naturam ſignificanda fiebant: ſic uoluit Chriſtus Euangelium patris ſignis confirmari,donec ſatis altas haberet radices,ideo Paul.docet ea 1.Cor.14. non fidelibus dari,qui contra ſpem credere debent; de Abraham teſtatur, ſed infidelibus dantur, quorum inquinata mens eſt, & conſcientia,ad Tit.1.Quibus apertum eſt Euangelium Dei,quibus Deus Tim.1. huius ſeculi exęcauit mentes,ut non fulgeat eis lux Euangelij, ſicut ad Cor.4.Sic Phariſei iſti.Quo fit,ut apertiſſimis ſignis magna pro- 2.Cor.4. teruitate reſiſtant, proprio iudicio excæcati, quia Deus deſerit eos in ſua libertate, & lumen ſuum non dedit eis, quia non uenerunt ut illuminarentur,ſed ut cæci fiant; audi Prophetam Pſal.33. Accedite Pſal.33. ad eum & illuminamini.

Sed contra 1.Tim.6.ait,Deus habitat lucem inacceſſibilem,quo- 1.Timot.6. modo nos mortales ad illum accedere poterimus?

Reſpódeo qui fide,ſpe, & charitate ad Chriſtum accedunt, ſigna non petunt,ut illuminentur, ſed iam per contemplationem ſigna,& mirabilia Dei uiderunt: ſed ad eum accedunt, ut magis purgentur, non ut tentarent eum, ſed ut lumen eius in ſe reciperent: ideo Propheta. Accedite ad eum &c. ſed qui è contrario abſque fide ad eum accedunt, ſigna petunt; exterius illuminari non poſſunt, quia Deus longè eſt ab eis, & habitat lucem ab eis inacceſſibilem:ideo ait,*Generatio praua & adultera*: quia cognouit iniquitatẽ,& ſimulationem cordis eorum. Tu ſolus noſti corda filiorum hominum.

Prouer. 27 c. Sed contra Prouer.27. Corda hominum manifeſta ſunt prudentibus, ſi ſolus Deus ſcrutatur corda, quo fauore, aut priuilegio homines habent hoc munus? pariter & multi ſancti, ut legitur in uitis patrum, hoc munus habuerunt; ergo non ſoli Deo conuenit.

Reſpondetur quòd licet cognoſcere corda hominũ ſit ſolius Dei, qui cordium ſcrutator eſt, quem nil latere poteſt, tamen ob ſuam nimiam bonitatem, permittit prudentes homines eſſe participes tanti muneris, ſed non omnes, ſed illi prudentes in Chriſto, prudentia ſpiritus, ut Gala. 5. quæ aliud non eſt, niſi uitæ gaudium, & pax animæ cum Deo, ſicut è conuerſo illa quæ carnis dicitur, inimica eſt Deo. Roma. 8. ut Auguſtinus de prudentia laudabili ait, Prudentia dicitur illa qua bona malis diſcernuntur: de qua Chriſtus Matth. 10. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes; ſic 1. Petr. 4. ait, Eſtote prudentes: Quam prudentiam Deus non confert niſi his, quos humiles corde cognouerit, ideo ſpernens unam, & laudans alteram conuerſus ad patrem ait, Abſcondiſti hæc a ſapientibus & prudentibus, & cætera: Ideo ſolus Deus ſcrutatur corda: & ſi aliqui ſcrutati ſunt cuncta fide & dilectione, uniti capiti Chriſto cognouerunt multa, quæ Chriſtus cognouerat: cognouit ergo Chriſtus malitiam eorum, quæ talis fuit, ut Chriſtus diceret, *Generatio praua, & adultera*; quam prauitatem oſtenderunt etiam patres eorum, ita ut Deus diceret, Pænitet me feciſſe hominem. Geneſ. 6.

Galat. 5. Rom. 8. Matt. 10. 1. Pet. 4. Mat. 11. Rom. 6.

Pſ. 109. Sed contra Pſal. 109. Dominum non pænitebit; ait Propheta.

Reſpondeo communem imitans explanationem, & dicens: quod Deus, in quo nulla paſſio cadere poteſt, non propriè ſe pænituit, dum conſpicit hominis lapſum, ſed licet uerbis noluit oſtendere quãtum ægre tulerit lapſum totius carnis, ideo fingens dolorem maximum ait, Pænitet me feciſſe hominem. Sic quandoque euenire ſolet, dum pro bene geſtis, finis non expectandus accidit: nempe Deus hominẽ fecerat, ut bonum operans, de omni dignus eſſet: ſed ille tantæ dignitatis oblitus, noluit intelligere, ſed potius uitam brutalem ſequutus, ſimilis factus fuit iumentis inſipientibus.

Nec altera ſecunda obſtat primę, quę prænenitur ab illa dictione, Iurauit, ut oſtendatur quod illud, quod Deus iuramento ſe facturum decernit, neceſſariò eueniet, cum eius uoluntas permanet immutabilis in cœlo & in terra.

Nota ꝙ pænitere Dei, mutationẽ dicit: ſed aliter pænitet hominẽ, aliter pænitet Deum, nam hominem idcirco pænitet, quia errauerat: Deum uerò idcirco pænitet, non quod errauerat, ſed quia uindicat aut liberat aliquem: ideo generatio hæc praua & adultera quæ-

rebat

rebat ſignum,& magnalia Dei,de qua generatione Eſa. cap.26.conſiderans impietatem eius,& obſtinationem ait.Tollatur impius,ne uideat claritatem Dei. Eſa. 26.

Sed contra Apoc.1.ait,Videbit eum omnis oculus,& per eum pupugerunt.Sed cur Propheta interdicit,ne uideant charitatem Dei? Apoc.1.

Reſpondeo quòd aliter iuſti uidebunt Chriſtum in iudicio,& aliter impij. Iuſti enim uidebunt eum tam in natura diuinitatis quàm humanitatis, quia quem incarnatum crediderant uerum deum eſſe, eum poſtmodum in ſua claritate in iudicio cernent. Mali uero non poterunt reſpicere illum in forma diuinitatis, & hoc duplici rõne.

Primò propter defectum diſpoſitionis inuidente ipſo, quia natura noſtra,ſecundum gratiam,non ſufficit ad uiſionem Dei.

Secundò propter defectũ delectationis, quæ eſt in uiſione diuinitatis,quia uidere Deum,eſt uita æterna Io.3. Qui credit in filiũ Dei, habet uitam æternam. Quomodo poteſt communicari reprobis, & ad hoc propoſitum currit ſenſus Prophetæ; non enim decet, ut Chriſtum uideant impij in iudicio,niſi in ea forma hominis,quam aſſum pſerat,quam ipſi malè uiuentes diſperſerant: ad quem ſenſum pariter loquutus eſt ille,qui ait, Videbunt in quem confixerunt. Zac. 12. Quæ uiſio, ſic terribilis erit illis,ut in illum turbatum,& iratum,prętremore aſpicere non poſſint,ſed ſuas facies,ab illo declinabunt: profectò ſi populi Iſraelitici non poterant pati præſentiam Dei loquentis,& dantis legem, ſed tremefacti dixerũt Moſi, Loquere tu nobis, ne fortè moriamur. Exod.20.

Quomodo poterunt aſpicere in eum impij Phariſei,quem contra ſe iratum uidebunt propter tranſgreſſionem legis:neque hoc abſurdum uideatur;quod idem uultus iudicis alijs quidem terrificus, & tremebundus,alijs uerò blandus,& iucũdus appareat, quia hæc mutatio uultus,non penes ipſum,ſed penes uidentes attribuenda eſt, ſic aliter,& aliter ſe habentes;ut de eadem uirtute ſolis, uarios effectus producente,in paſſis iudicium eſt.

Nolite ergo ſigna petere, ſi reſponſum datum Hebræis, uobis dari non uultis.Si quis enim ſignum cæleſte quæſierit,illud enim dabitur ſignum mortis,& reſurrectionis Ieſu Chriſti,ut hodie in perſona Ionæ datur a Chriſto.

Si quis murmurationis ſignum petierit., dabitur & illud Datan, & Abyron. Nume.16.Terra aperiens os ſuum deuorauit illos cum tabernaculis ſuis,& uniuerſa ſubſtantia eorum eo quod contra Moyſem murmuraſſent.

Si quis ſuperbiæ ſignum uoluerit , illud Naducdonoſor ſignum

dabitur. Daniel. 5.

Si quis auaritiæ ſignum appetierit, illud Ananiæ, & Saphyrę dabitur; qui in conſpectu Petri, mortui ſunt. Act. 5

Si quis ſignum blaſphemiæ expectauerit, illud filij uiduæ Iſraelitiæ ſignum dabitur, qui lapidatus fuit. Leuit. 24.

Si quis ſignum mendacij quæſierit, illud falſorum accuſatorum Suſannæ ſignum dabitur, quoniam lapidati fuerunt. Daniel. 5.

Si quis adulationis ſignum uoluerit, dabitur ei ſignum, quod Dauid dedit iuueni annuncianti ſibi mortem Saulis Regis: quoniam eum interficere fecit. 2. Reg. 1.

Si quis ſignum diſcordiæ appetierit, illud Abſalon ſignum dabitur, qui in quærcu ſuſpenſus, interfectus eſt. 2. Reg. 18.

Si quis ſignum inuidiæ uoluerit, illud Archytophelis, qui deſperatione, laqueo ſe ſuſpendit; ſignum dabitur. 2. Reg. 17.

Si quis ſignum hypocriſis quæſierit, dabitur reſponſum Chriſti dicentis. Veh uobis hypocritæ. Matth. 23. cap.

Si quis homicidij ſignum appetierit; dabitur ei illud Hiezabel, cuius ſanguinem canes comederunt. 3. Reg. 21. ut prędixerat Helias ex ore domini, canes comederunt Hiezabel in agro. Iezrahel.

Si quis ſignum ebrietatis exoptauerit; dabitur ei illud Holophernis, cuius caput mulier obtruncauit. Iudith 12. & 13.

Si quis ſignum tentādi Deum; dabitur ei illud filiorum Iſrael, qui a Philiſtæis percuſſi admiſerunt arcam Dei. 1. Reg. 4. Et Arca Dei admiſſa eſt.

Si quis ſignum confidentiæ ſui ipſius petierit; illud Gigantis ſuperbi Goliæ dabitur, qui ab adoleſcente Dauid, proprio gladio interfectus eſt. 1. Reg. 18. cap. Iudæi ergo ſigna uidere in ueteri teſtamento ſolentes, cupiebant Sic noui teſtamenti ſigna a Chriſto uidere; Ioan. 2. Luc. 4. ideo uolumus uidere ſignum a te. Si a templo fugantur aiunt. Quod ſignum oſtendit. Si gratiam appetunt, aiunt. Quanta audiuimus facta & cætera. Si Chriſtus Diabolum expellit; alij tentantes ſignum de cœlo, quærebant: & quæ ſigna petierunt? an illa tonitrua terribilia tempore Samuelis? An ignem a cœlo lapſum, tempore Heliæ? An manna cœleſte, tempore Moſis? An ſolem fixum, ut tempore Ioſuæ? An lapides è cœlo uenientes, tempore Ioſuæ? An rumores equorum, & curruum in aere; ut tempore Eliſei. Nunquam hæc ſigna Chriſtus dedit, ſed ſignum mortis, & reſurrectionis ſuæ dicēs. Soluite templum hoc: & hodie ſignum Ionę Prophetæ.

Secundò proponit ſeueritatem Dei, erga incredulos, dum ait. Signum non dabitur, huic generationi prauæ, quæ ſemper reſtitit ſpiritui

ritui ſancto, Prophetas occidit. Matth. 23. Dominum Ieſum occidit. prima ad Theſſal. 2. & adulteræ, quæ mutauit gloriam Dei, in dolum. Hier. 2. Fontem aquæ uiuæ, dereliquit. coluit Baal, Aſtarot, omnemque militiam cœli. 3. Reg. 12. Oſeæ. 7. Ezechi. 8. & 73. Sed non potuit, obliuiſci miſericordiæ ſuæ Chriſtus, quia miſſus erat ad oues, quæ perierant domus Iſrael, proinde ne excuſationem de peccato ſuo haberent, promittit ſignum Ionæ Prophetæ, ut uidentes non uiderent, & intelligentes non intelligerent: promittit ſignum Prophetarum, ut agnoſcerent cum quo ſibi negotium eſſet, ſcilicet cum Deo, qui poſſet occulta cordium, & renes ſcrutari. Hier. 17. Vt merito agnoſcere poſſent Chriſtum maiorem Iona, qui mortē ſuam tantū expreſſit, dum abſortus a cete, terræ eſt reſtitutus, & prædicatione Niniuitas, ſine ſignis ad pœnitentiam ducit: & maiorem Salomone, qui pacifico imperio Chriſtum adumbrauit, ſapientia illum expreſſit, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei reconditi, ad Coloſ. 2. & prudentia ſermonis uidetur reginam Sabbam ad ueram cognitionem Dei adduxiſſe.

Sed Chriſtus Ioan. 5. cap. dixit. Si Moſi crederetis, crederetis & mihi, & tamen ibidem Iudæi credentes Moſi, Chriſto non crediderūt, & hodie petunt ſignum uidere.

Reſpondetur quòd Iudæi non planè crediderunt in Moſen, ſed ſemiplenè; hoc eſt in literam occidētem ſolummodo, nam ſi Moſen crederent crederent in Chriſtum, de quo ſcripſerat Moyſes, & ipſe Chriſtus docuit. Ioā. 5. dicens, Moſes de me ſcripſit; nam Chriſtus finis legis dicitur a Paulo Roma. 10, in iuſtitia omni credenti in eum, idcirco lex quæ Chriſto grauida erat, ad illum tanquam ad finem omnium ſcripturarum ſe tranſmittebat, ſed cæci Iudæi nequiuerant in ſancta ſanctorum ingredi, ut ſacramentorum participes fierent, biberentque de ſpirituali petra, idcirco mortui ſunt ſiccitate, tantum literam ſpeculantes: qui ſi medullam, & ſpiritum in ea latentem cognoſcerent, proculdubio illuminati agnoſcerent Chriſtum uerū Meſſiam, in lege promiſſum, cum Moſes nunquam fuerit ſine Chriſto, neque lex ſine Euangelio, nec Euangelium ſine lege. Idcirco Chriſtus inuitabat Iudæos ad ſcrutandas ſcripturas. ſcrutamini ergo: qui perfectè credit in Moſe, credet in Chriſtū, & in oēs Prophetas diſcurre. ſed illi qui non perfectè crediderunt Moſi, neque in Chriſto, de quorum numero erant iſti petentes ſignum: de quibus Moſes. Deut. 32. ait, Generatio praua, atque peruerſa.

Sed contra Paulus 2. Cor. 11. Semen ſanctum Abrahæ, iudæi dicti ſunt, ſi ex ſemine illo ſancto Hebræi geniti fuere, ut Paulus in ſuis

epiſtolis ſatis commendat; cur Moſes multo anteperuerſam generationem uocauit?

Reſpondetur quòd in ſacris literis aliquando populus Hebræus commendatur, aliquando uituperatur. Commendatur, propter magnificentiam Dei, quam præcipuam Deus huic populo præſtitit. Pſ. 117. Non fecit taliter omni nationi. Tradidit enim oracula ſua, ideſt legem, prophetias, & uerbum ſuum; ipſorum eſt dicit Paul. Rom. 9. adoptio, & gloria teſtamenti, & legis conſtitutio, cultus, & promiſſio, quorum ſunt Patres, ex quibus eſt Criſtus, quantum ad carnem: Rom. 9. Quapropter eum commendans Moſes, dixit Deut. 33. Beatus es tu Iſrael, quis ſimilis tui populi, qui ſaluaris in Domino? Vide ergo quàm magnificis uerbis magnificetur, quamuis maior pars eorum fuerit impia, Deo rebellis, incredula, tamen propter patres, & electos, qui uerbum Dei fideliter cuſtodierunt, & in lege domini ambulauerunt, hæc dicta fuere, Pſal. 1.

Rurſus uituperantur, maledicuntur propter impietatem, maior pars impia, minor pia: ideo Moſes in Cantico diſtinit ipſam prauam. ſic Chriſtus; Generatio praua. Dauid quoque dicit Pſal. 94. Quadraginta annis infenſum fuiſſe huic generationi, ſicut explicat Paulus Hebræ. 3. Steph. Act. 7. Obiurgat eos, probans ex Propheta Amos, eos idololatras fuiſſe, prophetarũ interfectores, unde dicit. Dura ceruice & in circuncisi cordibus & auribus uos ſemper ſpiritu ſancto reſtitiſtis, ſicut patres noſtri &c. Dico quod laudantur Iudæi propter pios, uituperantur autem, quia eorum maior pars impia receſſit a Deo, ut iſti, qui hodie &c.

Tertiò commendat iuſtitiam diuini iudicij, qua ſententiam damnationis pronunciat contra rebelles, & incredulos ſacerdotes, ſcribas, & Phariſeos, quorum tanta fuit rebellio contra Prophetas à Deo miſſos ad ueritatem annunciandam, Chriſtum doctrinã ſuam cœleſtem confirmantem, & Apoſtolos Euangelium & ſacramentorum doctrinam ſanguine ſuo, ut manifeſtæ ueritati ſemper reſiſterét. Act. 7. Matth. 23.

Proinde ſententiam a Chriſto contra ipſos pronunciãdam in die iudicij confirmabunt uiri Niniuitæ, homines ſcilicet Barbari, Infideles, & nulla lege inſtituti, qui comminatione futuræ ruinæ audita ab homine obſcuro, & nullis miraculis claro, tamen pœnitentiam egerunt, qua non tantum iſtam ſententiam euaſerunt, ſed conſequuti ſunt remiſſionem peccatorum.

Et Regina Auſtri, quæ vt Ioſephus ait. Æthiopię, & Aegypto imperauit, mulier in bellis, ſexu fragilis, regijs aſſueta delitijs, ſolam tamen,

men, audita fama Salomonis, tantum laboris ſuſcepit, vt ipſum audire admiraretur, & tantum non obſtupeſceret ad ſapientiam illius. Cum tamen impij Principes, Sacerdotes, ſcribæ, & phariſæi Chriſtũ verum Dei filium, ſe ſe verum eſſe Deũ, & Meſſiam promiſſum ſpreuerint; obſeruent hæc verbi Dei, & ſacramentorum contemptores: os enim niſi emendauerint, eos deſtruet Deus ſententia ſua, quam hic Chriſtus impijs comminatur Iudęis.

Et terribili quadam ſimilitudine oſtendit, quàm terribile maneat eis iudicium, qui poſt acceptam notitiam veritatis, & pœnitentiam factam ab operibus mortuis, rurſum in ſemetipſis crucifigũt filium Dei, & tanquàm canes reuertantur ad vomitum: hos enim malus ille dęmon, tanquàm leo rugiens, & ambulans per loca arida, & inaquoſa, ideſt homines nullo rore gratiæ cœleſtis perfuſos, bonis operibus, quæ præparauit Deus, vt in ipſis ambulemus, deſtitutos, qui nulla verarum virtutum præſidia reperiat, circuit quærens vt deuoret, & aſſumptis alijs ſeptem ſpiritibus, multo ſe nequioribus, huiuſmodi homines vacuos, ideſt vt loquitur Petrus. 2. c. epi. ſecunda, fontes ſiccos, nubes ſine aqua, & arbores autumnales: ideſt iuxta Augu. lib. de fide & operibus, cap. 25. Qui fidem quam acceperunt, bonis operibus non exornant, ingreſſus habitat; quo fit, vt fiant nouiſſima illorum, peiora prioribus: niſi enim in ſanctitate, & iuſtitia ambulemus omnibus diebus noſtris, poſt acceptam notitiam veritatis, comminatio Chriſti nobis continget. Ideo Dauid præuidens in ſpiritu hanc ſententiam, & iudicium Pſal. 118. ait. Iudicia oris tui pronunciaui.

Sed contra Paul. Rom. 11. ait. Quàm incomprehẽſibilia, & inſcrutabilia ſunt iudicia Dei; quo modo ergo pronunciare poterat Propheta, ſi ſunt inſcrutabilia? ſi enim ſcrutari nõ poſſunt, eo minus pronunciari poterant, tanto magis, quod illa nouerat eſſe abyſſus multa, quid dicemus? iam Eccleſia ſcit, quibus iudex ĩ fine temporum dicet, Venite benedicti; & quibus dicet, Ite maledicti. Scit etiam adulteros, & fornicatores non poſſeſſuros regnum Dei, ſcit etiam iram Dei, in operantes iniquitatem: iſta ſunt iudicia euidenter expreſſa, tamen non ſunt omnia, cum ſint quædam inſcrutabilia, profunda, & occulta, quo non ſolum eſt bonis malè, & malis bene, ſed etiam aliquando eſt bonis bene, & malis malè: hæc iudicia nunc occulta, manifeſta erunt, in extremo die. Mat. 25

Reſpondeo nunc, quod homini animali tantum terrena ſapienti, Dei iudicia ſunt inſcrutabilia Rom. 11. Quia animalis homo nõ percipit, quæ dei ſunt: ſed ſpiritualis omnia diiudicat, prima Corint. 2.

& valebit iudicia Dei cogitare, & pronunciare, ſicut Deus fecerat Dauid, cui incerta, & occulta ſuę ſapientię manifeſtauit Pſa. 50. Quę non ſunt præparanda indignis, ne deum offendant, ob quod promiſerat in Pſalmo prænotato, dicens. In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi; & non ſolum manifeſtabat iudicia Dei, ſed obſeruabat, ideo Pſal. 118. Feci iudicium & iuſtitiam; non tradas me, calumniantibus me.

Sed contra Pſal. 31. Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam; quia non iuſtitiam fecerat, qui ſuam iniuſtitiam accuſauit.

Reſpondeo quod Dauid, poſt actam pęnitentiam fructuoſam propter adulterium, & homicidium, ſic laudabiliter in regno ſe geſſerat, vt dicere poſſet. Feci iudicium & iuſtitiam. Sic legitur. 3. Reg. 15. Eo quod non declinaſſet Dauid ab omnibus quæ præceperat ei Deus, cunctis diebus vitæ ſuæ & cętera: quanquàm de Dauid myſtico intelligenda eſt, qui factus ex ſemine Dauid, vt Hier. 23. 33. ait Dominus. In diebus illis germinare faciam Dauid germen iuſtitiæ, & faciet iudicium, & iuſtitiam in terra: ipſe enim Chriſtus dicere poterat ad patrem, Feci iudicium, & iuſtitiam.

Sed Si vis ſigna ſceleraginis, vide Paulum Rom. 1. quo modo manifeſtat ſigna Romanorum peſſima, dicens. Inexcuſabiles ſunt, quia cum cognouiſſent Deum, nõ tñ ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum: dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt; propter quod tradidit illos Deus; in deſideria cordis eorum, in immunditiam; vt contumelijs afficiant corpora ſua in ſemetipſis, qui commutauerunt veritatem Dei in mendacium, & coluerunt, & ſeruierunt creaturæ, potius quàm creatori: propter quod tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ, & repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidijs, cõtentione, dolo, malignitate, ſuſurrones, detractores, Deo odibiles, cõtumelioſos, ſuperbos, elatos, inuẽtores malorum, parentibus nõ obedientes, inſipientes, incompoſitos, ſine affectione, abſque fœdere, ſine miſericordia, qui cum iuſtitiam Dei cognouiſſent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt digni ſunt morte, non ſolum qui ea faciunt, ſed qui conſentiunt facientibus.

Ecce ſigna peſſima, quæ Romani Deo demonſtrant, conſidera illa: ſi vis deinde audire quæ ſigna oſtenderint, tria ſignorum genera oſtenderunt. Prima contra Deum, ſecunda contra ſeipſos, tertia contra proximum. Primum ſignum, fuit peccatum omiſſionis, cum cognouiſſent

gnouiſſent Deum per Dei reuelationem, per naturalem rationem, per creaturarum inſpectionem, Deum, gloſſa vnum principium, nõ ſicut Deum authorem omnium, glorificauerunt colendo, & ei debitum honorem exhibendo, prima Cor.6. glorificate, & portate Deum in corpore veſtro; aut gratias egerunt propter beneficia recepta prima Corin.4. Quid habes ò homo quod non accepiſti?

Secundum ſignum contra Deum, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis magna de ſe exiſtimando, Gal.6. Si quis exiſtimat, ſe aliquid eſſe, cum nihil ſit, ipſe ſe ſeducit.

Tertium ſignum eſt loquutio: corde, & ore dicentes ſe eſſe ſapientes, in humanis ſtulti facti ſunt. Auguſtinus ſapientes in naturis rerum ſtulti facti ſunt Deo. Et Hier.10. Stultus factus eſt omnis homo, à ſcientia ſua.

Quartum ſignum contra Deum, eſt peccatum idololatriæ, & ideo dicit. Mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in ſimilitudinẽ imaginis corruptibilis, hominum, & volucrum, & quadrupedum, & ſerpentum: cum tamen dicat dominus Eſa. 42. Gloriam meam alteri non dabo, nec laudem meam ſculptilibus. Et Sap.11. quidam errantes colebant mutos ſerpentes.

Signa contra ipſos oſtendit Paulus dicens. Propter quod tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum, & Pſal. 80. Dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus ſuis.

Secũdum eſt peccatum carnis indicibile, quoniam Sodoma idem eſt, quod muta: vt Epheſ.5. omnis immunditia, nec nominetur inter vos.

Signa contra proximum declarat Paulus Rom. dicens, tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, repletos omni iniquitate. Eſa.2. repleti ſunt vt olim, iniquitate.

Secundum, ſunt inſidiæ Hier.9. Vnuſquiſque à proximo ſuo ſe cuſtodiat, & in omni fratre ſuo non habeat fiduciam.

Tertium eſt fornicatio. Hieremiæ 5. Et mæchati ſunt, & in domo meretricis luxuriabantur.

Quartum, Cupiditas, auaritia, Hiere.6. à maiori vſque ad minorẽ omnes auaritiæ ſtudent.

Quintum, ſuperbia, nequitia, Hiere.48. Audiuimus ſuperbiam Moab, ſuperbus eſt valde.

Sextum, dolor bonorum proximi, plenus inuidia. Geneſ.37. dicitur, illudebant igitur ei fratres eius.

Septimum, homicidia, homicidijs Pſal. Veloces pedes eorũ ad effunden-

fundendum ſanguinem, Pſal. decimotertio.

Octauum, contradicere vero, contentione, prima Cor. 11. ſi quis videtur inter vos contentioſus eſſe; nos talem conſuetudinem non habemus Eccleſia Dei.

Nonum, animus fraudulentus dolo, Eccleſiaſt. 19. Eſt qui nequiter ſe humiliat, & interiora eius plena ſunt dolo.

Decimum, Mala voluntas, & dolor impotentiæ malignitate, Eſa. 1. Auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis.

Vndecimum zizaniam ſeminare, ſuſurrones. Vnde Leuit. 19. Non erit murmurator, nec ſuſurro in populis.

Duodecimum aliena ſubripere, detractores, Prouer. 30. Hæc eſt generatio, quę pro dentibus gladios habet, & commandit molaribus ſuis, vt comedat inopes de terra, & pauperes ex hominibus.

Decimumtertium eſt, dictis factis, turpia inferentes; ideo dicit cõtumelioſis Sap. 2. contumelia, & tormenta interrogemus eũ, vt ſciamus reuerentiam eius, & probemus patientiam illius.

Decimumquartum, ſuperare alios in honore. d. ſuperbis. Pſal. Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus ſuper me. Pſal. 130.

Decimumquintum, Nolle ſuperior eſſe, ideo dicit elatos Pſal. Domine non eſt exaltatum cor meum. Pſal. 130.

Decimumſextum, inuenire omne malum. Eſa. 3. adinuentiones eorum contra Deum.

Decimumſeptimum, non obedire parentibus, contra quos Ephe. 6. Filij obedite parentibus veſtris in domino.

Decimumoctauum, non deſcernentes inter bona, & mala, ideo dicit Paulus in authoritate allegata ſuperius Roma. 1. Inſipientes &c.

Decimumnonum, in habitu inhoneſto, & moribus peſſimis, ideo dicit incompoſitos. Eſa. 3. Ambulauerunt extento collo, ſine affectione Dei, & prioximi.

Vltimum, ſine miſericordiam miſerandorum. Iacob 2. iudicium ſine miſericordia fiet ei, qui non fecit miſericordiam.

EFRIA QVINTA
Primæ Dominicæ.

PAVLVS Apoſtolus ſcribens ad Philip. 4. dixit eis, Nil ſoliciti ſitis, ſed in omni oratione, & obſecratione cum gratiarum actione, petitiones veſtrę innoteſcãt apud Deũ. Ratio autem huius eſt hæc, quia Chriſtus dixit. Dico vobis,

bis, omnia quæcunque orantes petitis, credite, quia accipietis, & venient vobis. Marc. 2. & licet non ſtatim orationes veſtræ exaudiantur à Deo, non tamen ceſſandum eſt ab oratione. Dicit enim Apoſtolus Theſſalo. quinto, ſine intermiſſione orate: & Chriſtus Luc. 11. cap. quis veſtrum habebit amicum: ibit ad illum media nocte, & dicet: Accõmoda mihi amice tres panes. Si ille pſeueratit, pulſans, dico vobis; & ſi non dabit illi ſurgens, eo quod amicus eius ſit, propter importunitatem tamen ſurget, & dabit illi neceſſaria; vt videtur in muliere Cananea, vt legitur in Euangelio.

Tribus aduenæ, in hoc portu Panormi fœlicis Vrbis, lętari ſolent, Mulierum fide, conſtantia, & corona ſic in hoc portu Euangelij hodierni: Mulieris Cananeæ, tribus lætabimur, primò fide, & pietate, quas orando oſtendit: ſecundò conſtantia: tertiò fidei & conſtantiæ præmio.

Primò, Mulieris oratione, quæ per fidem, pietatem, & inuocationem inſinuat, ſi quidem quod Chriſtum inuocat, vt filiũ Dauid, vt ſibi miſereatur, fides eſt, qua credidit Chriſtum Meſſiam eſſe, non ſolum filium Dauid ſed verum quoque Deum, qui vellet, & poſſet afflictis ſuccurrere, longè rectius à Chriſto edocta, quam noſtri ſint Anabatiſtæ, & multi alij hæretici, qui ipſius vel humanitatem vel diuinitatem negant, aut ſecus ac Manichæi, & Mahometiſtæ, quos omnes impios hæc vna mulier à Spiritu ſancto edocta confutat, & confundit, quæ pignus eſt hæreditatis noſtræ, interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, Rom. octauo, & docet omnem ſcientiam quo modo orare oportet, neſcimus, ſed datur nobis ille ſpiritus precum: ipſe eſt, qui afflictam conſcientiam erigit in ſpem miſericordiæ, & ad Chriſtum virtutem patris, vt hanc mulierem impellit, quam dirigunt fides, ſpes, & charitas, concepta ex auditu verbi, conſideratione miſericordiæ, & ſingulari Dei erga nos amore.

Illud tamen hic oportet pios obſeruare, quòd licet Deus ſit clementiſſimus, oſtendit tamen quandoque ſe paulo ſeueriorem; & quaſi ſuorum preces negligentem, vt magis, ac magis, ſuorum fidẽ exerceat, & alijs videndum proponat.

Ait enim Mulier, *Ieſu fili Dauid.* ſed quare vocauit filium Dauid?

Reſpondetur Dauid Pſal. 88. quia ſemen Dauid in æternum manſurum: ſemen eius in æternum manebit.

Sed cõtra Pſal. eodem loco. Tu vero repuliſti, & deſpexiſti: ſi deus loquens de Salomone filio Dauid ait. Ponam in ſcabellum ſeculi ſemen

men eius,& thronum eius,ſicut dies cœli, quare poſtmodũ in Pſal. cor eius Dauid conuerſus ad Deum? Tu verò repuliſti, & deſpexiſti, quare hæc promiſſio tam celebris locum non habuit nec in ſemine, nec in throno?

Reſpondetur,hæc propoſitio ſenſum allegoricum appetit: de duplici Dauid loquuntur prænotatæ ſententiæ; de carnali, & miſtico qui eſt Chriſtus.Hic enim vt vaticinatus eſt Eſa.9. ſuper ſolium Dauid ſedere debebat: ait enim dum de imperio, & ſolio eius loquitur. Multiplicabitur eius imperium,& pacis non erit finis, ſuper ſolium Dauid,& ſuper regnum eius ſedebit,vt confirmet illud,& corroboret in iudicio, & iuſtitia amodo, & vſque in ſempiternum. licet hęc promiſſio facta fuerit Dauid carnali,& ſemini eius, tamen in Chriſto erat complenda,à Dauide oriundus ſecundum carnem, quia iam Deus videbat filios Dauid carnalis, caſuros,& receſſuros à teſtamẽto Dei:putabant ipſi Iudęi filij carnales Dauid, quod in æternũ manerent,ſed abbreuiati ſunt dies eorum imperij: vbi eſt regnum,& ſacerdotium eorum? vbi Sancta ſanctorum? ideo repulit ob peccata ſua,ſed diſtulit tempus vſque ad Chriſtum;non mentitur,ergo ſi carnales filij non regnant, quia dixit: ſi ſeruabunt mandata mea Pſal. 131.Si cuſtodierint filij tui teſtamentum meum, & teſtimonia mea hæc quæ decebo eos, ipſi & filij eorum vſque in ſeculum ſedebunt ſuper ſedem tuam;ſed quia non cuſtodierunt teſtimonium,ideo promiſſio ad alterum, ſcilicet deuoluta eſt,qui cuſtodiuit teſtimonium; diſcurre. ergo non eſt contrariatio.

Miſerere mei. Meritò hęc mulier hodie pietatem à Chriſto appetit, quoniam liberè coram eo magna myſteria Euangeliza: ideo Marc. 16.Chriſtus mulieribus euangelizandi opus præſtitit, & permiſit,vt in eius reſurrectione Magdalena euangelizante.

Sed contra Paulus 2.Corin.14.ait. Mulieres in Eccleſia euangelizare nõ permitto,ſed taceant;cur enim prohibet, quod ſanctum eſt? audi hodie hanc Cananeam.

Reſpondetur,vulgares aiunt, quoniam euangelium dicitur bona noua,quæ non eſt danda à mulieribus,q̃m fuerunt nũtiæ ruinæ nr̃æ.

Sed quare Chriſtus voluit mulieres renuntiare reſurrectionem Apoſtolis?

Reſpondeo,quòd annunciauit priuatim,& publicè.

Contra immo publicè, quia tunc Eccleſia non erat, niſi ex Apoſtolis,& Maria.

Reſpondeo quòd non vult Paulus; quia mulier eſt ſubdita viro, ne forte vilipenderent. Ideo Paulus non ſolum monuit, ſed impe-

rat

erat teſtimonio veteris legis, nam cum dixiſſet: mulieres in Eccleſia taceant, ſtatim legis teſtimonium addidit; non enim permittitur eis in Eccleſia loqui, ſed ſubditas eſſe viris ſuis. porrò Deus mulierem ſubijciēs viro, ait. ſub poteſtate viri eris, ipſe dominabitur tui. Ephe. 4. Gen. 3. Si viris quanto magis præceptoribus, & patribus Eccleſiæ? Sed aliter, & fortè melius, quia mulieris ſexus fragilis eſt, fragiliter flectitur tentationi, vt Diabolus non inueniat locum ſeminandi zizaniam ſicut in prima. Ideo tua Paulus non permittit mulieribus officium concionandi.

Aliter, quia mulieres inducunt homines ad concupiſcendas eas: ideo non eſt bonum eas vti officio prædicandi Euangelium.

Sed quare Chriſtus voluit & permiſit, vt mulieres eſſent denunciatrices ſuæ reſurrectionis?

Reſpondeo, quòd tunc illæ mulieres nutu Dei fecerunt: eſſe verò poſſet, vt nutu Dæmonis hoc facerent, quia tempore Pauli erant laſciuæ: & ſi Chriſtus in carne, & in humanis eſſet, tempore Pauli non permitteret: eo magis, quòd cum ſint viris ſubditæ docere debeant, & ædificare viros ſuos. hæc autem mulier à Chriſto per fidem edocta erat, Chriſto loquebatur, qui veritatem Dei, & ſecreta cordis cognoſcebat: ideo permittitur. *Filia mea male à Dęmonio vexatur.* Vide quod ſępe tribulationes nos cogunt ad Chriſtum recurrere, veres ergo dixit Luc. 14. compelle eos intrare, vt impleatur domus mea.

Sed Contra, Matt. 19. Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata: ſi liberi ad diuina mandata obſeruanda ſumus, cur compellimur?

Reſpondetur, compelli dicimur quodāmodo ad obſeruantiam, quia contra proprietatem, & inclinationem naturæ noſtræ lapſę cōpellitur homo vetus: quia contra hoſtem, carnem, & mundum certamus; & ſi victores fuerimus, non noſtrę operis, ſed Dei erit.

Aliter dicam, quod aliquando Deus conuertit homines flagellis, vt ad Dei amorem perueniant, & deinde legem obſeruent liberè: ait enim Grego. Mala quæ nos hic premunt, ad Deum nos ire compellunt: qui verò ad Deum ire compellitur, eſt qui per fidem Chriſti ſaluari debet, ſic hæc mulier flagellis compellitur, *Filia mea malè à Dæmonio vexatur.* Diſcurre.

Sed fide viua ad Chriſtum accedere debemus, quæ hodie Cananeam à finibus illis ad Chriſtum dulciter: fides autem mortua ſemper timet, vt peregrinus, qui per ſyluas perambulat, lapis minimus, ipſi mons apparet, quælibet fera ſibi latio armatus videtur, vt Petri exemplo patet qui fide mortua ad vocem ancillæ Chriſtum negauit, ſic Adam vocem Domini timebat, quod ante peccatum nō

erat.

erat. Apoſtoli fugientes, Chriſtum dereliquerunt, ſed fide uiua acquiritur; Si Deus pro nobis quis cōtra nos? Quis ſeparabit nos à charitate, quæ eſt in Chriſto Ieſu, an gladius, an fames? & Dauid ait. Si exurgat aduerſum me prælium, in hoc ego ſperabo; non timebit cor meum.

Rom. 8.

Pſal. 26.

Matt. 27. Fides mortua eſt, ſicut Pilatus, qui cum manus lauaſſet, ſe totum mundum putabat cū omni ſceleragine, & hypocriſi plenum ſe oſtendebat, ſed fides viua ſe exiſtimat peccatorem, intus verò totum mūdum eſſe apparet, vt de publicano, cui dictum fuit. Deſcendit hic iuſtificatus Luc. 15.

Petrus fide mortua ait. Non noui hominem: Matth. 26. ſed fide viua dicit. Tu es Chriſtus filius Dei viui. Matt. 16.

Fide mortua homo cum phariſæo ſcandalum patitur, ſed fide viua Magdalena languet, & ardet, & Chriſtum cum Ioſepho, & Nicodemo ſepelire videtur, & in cruce ſanguineus, cum latrone ait. Memento mei Domine, Luc. 23.

Luc. 7.

Matt. 17.

Fide mortua homo ſemper hæſitat, & fide viua ſtatim veritatem cognoſcit & cum Paulo illuminato: ait. Domine quid me vis facere? Act. 9.

Fide mortua Hebræi ſigna petebant, ſed fide viua homo ſigna non appetit, ideo Paul. ſigna data ſunt infidelibus.

Fide mortua homo mores vitamque non corrigit, ſed viuà vitam & mores mutat quinimmo: ex filio Adæ, filium Dei ſe facit.

Fide mortua Dei offenſam ſuffert, ſed fide viua, homo malum contra Deum non patitur, ideo Dauid. Credidi, propter quod loloquutus ſum; & Paul. Credimus, propter quod loquimur.

Iſa. 15.

2. Cor. 4. Fides mortua facit homines, ſollicitudine, timore, & paſſionibus, plenos, ſed Fides viua eos lętos & ineffabili gaudio replet, Ibant gaudentes à conſpectu conſilij. Act. 5.

Fides mortua in tribulationibus euaneſcit, ſed fides viua tunc vigoroſior eſt, & fortior, vt Paul. Cum infirmor, tunc fortior ſum, ſecunda Corin. 12.

Fides mortua delitias, ſolatia, & conſolationes quærit, & appetit, ſed fides viua nos mundum, & bona cum Sāmaritana deſerere facit: & cum Matt. Zacheo, & Apoſtolis facit nos exclamare. Ecce nos reliquimus omnia: & cum Cananea, facit nos patriam, & filiam deſerere, & relinquere; & fide viua accinti, ad Chriſtum venire conamur, vt ipſa mulier, quæ fide humilitate, ſpe, & perſeuerantia, quæcunque ſibi cordi fuerunt, obtinuit.

Mat. 19.

Mat. 11.

Secundo

Secundo proponit mulieris in orando conſtantiam: nõ enim mox animum deijcit, etiam ſi non ſtatim exaudiatur, ſed fortiter in ipſa perſeuerat inuocatione, exemplo Viduæ; quia vt eſt Luc. 18. orationis perſeuerantia, quod cupiebat, conſequebatur à iudice, accuſat Chriſti ſeueritate, qui ipſius orationem, lachrymas, humilitatem, fidem deiecit, neglexit, deceptam ſeſe exiſtimans, quod duriorem illum experiretur, quam exiſtimaret, vt merito magnã iſtius fidẽ admirari liceat, quæ contra ſpem, in ſpem credidit vt Abrahã. Rom. 4. nec proprie diffideret orationi, ſanctorum ſuffragijs adiuuatur: diſcurre Abrahã preces pro Abimelech ſuſcepit Deus, Gen. 20. pariter ſanctorum preces ſibi perdiſſe poſſe credens, eas in omnibus penè Epiſtolis petit, vt orent fideles pro Apoſtolo Petro captiuo, & exaudiuntur Act. 12. Nec ideo non exaudiuit Chriſtus ſanctorũ preces, vt indignę eſſent, ſed vt magis fidem excitaret, vt conſtantiam omnibus oſtenderet.

Quod igitur ait Chriſtus, non decere, vt panis filijs negetur, & canibus detur, ſignificare voluit gratiam noui teſtamenti, cognitionẽ nimirũ Euangelij, aliaq; eius beneficia Iudæis primũ præparata, Act. 13. Vobis oportebat loqui primùm verbum Dei, non autem canibus ideſt gentilibus, qui more canum infidelitate, & ſcelerum licentia viuebant, quo dicto, vehementer pupugit animum mulieris, quia viuus eſt ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior. Heb. 4. Non ſum miſſus, niſi ad oues. declara.

Contra Act. in tot gentibus miſſum eſt hoc ſalutare, ergo ſi Chriſtus non venit niſi ad Iſrael: Cur Lucas Apoſtolicæ hiſtoriæ ſcriptor acriter teſtat; quod gentibus pariter fuerit miſſum hoc ſalutare Dei?

Reſpondeo quod per accidens fuit, vt Iudæis recuſantibus ſaluté, tranſiret ad gentes hoc ſalutare: diuina. n. diſpenſatione hoc factũ eſt, vt Lucas ſcripſit; hinc oſtenditur quantam gratiam conſequutę ſunt gentes; idcirco Apoſtolus dixit, alloquens eas. Gentes autem ſuper miſericordia honorate Deum, Rom. 15. Sic ante Propheta Pſal. 17. dixerat. Populus quem non cognoui, ſeruiuit mihi.

Sed Apoſtoli rogãt, ipſe autem reſpondet. *Non eſt bonum ſumere panem filiorum &c.* quia gentiles, vt canes habebantur, ideo Marc. 10. In viam gentium ne abieritis.

Sed contra Mar. 16. ait. Prædicate Euangelium omni creaturæ; ſi interdixerat, ne irent in viam gentium, cur omni creaturæ prædicare imperat? Vnde hæc mutatio?

Reſpondeo ꝙ prius à Iudæa repellendã venerat ꝑdicationẽ, vt demũ in gentium populos Apoſtoli tranſmigrarẽt: ſi. n. forſam ſignatũ

 fuerat.

fuerat. Ideo Chriſtus loquens Iudæis, Matt. 21. Auferetꝰ à vobis regnũ Dei; & dabitur genti facienti &c. nam Iudæi tanq̃ domeſtici domus ad nuptias filij Dei fuerant inuitati, ſed recuſantibus venire, loco eorum introductæ ſunt gentes, & ſic Oſe. 2. bene vaticinatus eſt, Vocabo nõ plebẽ meã, plebem meam, & non dilectam meã. & Pſal. 17. Populus quẽ nõ cognoui, ſeruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi.

Contra Pſal. 17. ait Propheta, loquens de Chriſto. Dominabitur à mari, vſque ad mare.

Reſpondeo quod intelligit de ſpiritali dñio, quo in credentiũ cordibus per fidem vbiq; terrarũ Chriſtus regnare debebat, ad quod regnũ diſponendũ, miſit præcones per vniuerſum orbẽ, vt prædicarẽt, mandans illis, vt crediturꝭ in illũ dicerẽt confidenter, Appropinquauit in vos regnũ Dei. Luc. 10. In his ergo dumtaxat Chriſtus habitat, qui non ea quæ carnis ſunt ſapiunt, ſed quæ Dei ſunt. Ro. 8. Sed ſciẽdum quod aliud eſt regnũ Chriſti ſecundum poteſtatem diuinitatis, ſecundum quod omnis creatura ſubiecta eſt illi, & aliud eſt regnum ſecũdum proprietatem fidei, quod redditurus eſt patri, poſtquam poſuerit inimicos ſuos, & euacuerit omnem principatum, & poteſtatem: nam ſecundum id quod verbum Dei eſt, tam ſine fine quàm ſine initio eſt regnum eius: ſecũdum vero id, quod verbum, caro factum eſt, cępit regnare in credentibus per fidem ſuæ incarnationis.

Tertio, fidei & conſtantiæ præmium oſtendit, hoc eſt reconciliationem cum Deo, quæ ex gẽtili facit Iſraelitã, & ex catella filiam Dei, hoc eſt, vt loquitur Apoſtolus, hæredem Dei, & cohęredem Chriſti. Rom. 8. efficit enim hoc fides, quæ Auguſtino teſte, prima datur, per quam cœtera impetrantur. Facta autem fuit fides, & humilitas eius, vt à Chriſto canis appellata, non ſolum nomine dignata eſt, ſed ſe ſe magis deiecerit, & non extulerit. Eſt autem hic primus gradus ad ſalutem, agnoſcere propriæ naturę miſeriam, infirmitatem, & malitiã, denique indigna omnibus Chriſti beneficijs, adeo, vt miſericordię tribuendum ſit, quicquid Deus dederit. Eſt autem tanta miſericordia Dei, vt non ſolum filios paſcat, ſed etiam catellos micis à menſa decidentibus, hoc eſt peccatores, impios, & infideles, alat beneficicijs huius mundi: nec non præmium, ſcilicet ſanitatis in filia, reſtitutio, quæ virtute Chriſti liberatur à Sathana, qui eam alligauerat & matri pro ea deprecanti redditur. Sed hoc non fit alio efficaciori medio, quàm oratione, quæ ſatis complet apud Deũ; quia tria ſunt, quæ Dæmonia à nobis expellunt, & gratiam, & miſericordiam obtinent ieiuniũ. ſ. oratio eleemoſina. Inquiunt enim naturales & quod in rebus virtuoſis, quędam virtuoſę ſunt, ſi per ſe ſtant, ſi verò alijs

admi-

admiſcentur, non ſunt; exemplum; lux, ſi per ſe ſit, virtuoſa eſt & pura: ſi verò alteri corpori admiſceatur, perdit effectum ſuum. Aurum ſimiliter cuicunque metallo miſceatur, minus valet, quam purum.

Quædam verò ſunt, quæ per ſe nullam virtutem habent; alijs verò ſociatæ, virtuoſæ ſunt; ſicut in herbis, & in lapidibus patet, vt ferunt, vt Medici.

Quædam ſunt, quæ per ſe, & alijs ſociatæ virtutem habent, vt ſaccharum quod per ſe eſt dulce, & ſuaue: iunctum verò cum violis, & roſis, medicinale eſt. Verum oportet has coniunctiones fieri rationabiliter, & ſolicitudine, aliter nullæ eſſent. Exemplum eſt, quod medici quandoque herbas venenoſas alijs miſcent, quod ſi retionabiliter tempore ſuo non fieret, medicina uenenoſa eſſet, & curãdum occideret. Exemplum eſt etiam, quod in exercitu vexillũ non datur nimis audaci, ne ob ſtultitiã ſuam ſe, & alios periculo exponeret: datur tamen maturo, & experto, & ſociatur ei audax, & fortis, vt is illũ defendat: ille verò iſtum temperet, & ita ex illorum ſocietate bene ducatur exercitus.

Sic in rebus ſpiritualibus, in operationibus virtuoſis, & de genere bonorum ipſius aĩ; nam quædam per ſe ſolæ, perfectæ non ſunt, vt ieiunium, quod poteſt bene, & malè fieri: nam ieinnat auarus, vt non expendat: ieiunat pauper, quia non habet quod comedat: ieiunat hypocrita, vt gloriam mundi acquirat. Si autem ſocientur alijs, Deo placent, ſicut ieiunium orationi iunctum. Bona enim eſt oratio cum ieiunio. Quare autem oratio vniri debeat ieiunio, ratio eſt: quia curat defectus ſequentes ieiunium, nam ieiunium reddit hominem pigrum, malẽcolicum, aridum: oratio verò eum ſolicitum, alacrem, humidum facit. Conuenienter ergo Eccleſia Catholica poſt Euangelium de ieiunio, Euangelium orationis nobis hodie proponit: ideo ait. *Et ecce mulier Cananea dicens, Miſerere mei. &c.* Tob. 2.

Nota, qui vult aliquid petere: neceſſe habet primum diſcutiat ſe, num egeat, quod petere intendit. Secundum, quid velit petere ſtatuat, & quo egeat. Tertiò petat à potente, & volente inopiæ ſuæ ſuccurrere, nam qui beneficijs Dei ſe indigere non agnoſcit, is ſuæ fiduciæ temerè innititur, & oratio eius in peccatum reputabitur. Vnde Pſal. 33. dicitur. Iuxta eſt Dominus his, qui tribulato ſunt corde, & humiles ſpiritu. Eſai. 66. Ad quem reſpiciam, niſi ad pauperculum, & contritum ſpiritu, & trementem ſermones? Et Dauid Pſal. Pſal. 101. 101. Reſpexit in orationes humilium. ſic Dauid orabat Pſal. 24. Vide Pſal. 24. humilitatem meam, & laborem meum, & dimitte omnia peccata mea. Sicut igitur mendicus, vt ad miſericordiam moneat, ſuam nu-

ditatem oſtendit; ita & tu, ſi uis tibi placabilem Deum facere, fate-
ſcte nudum eſſe bonis operibus, & quibuſcunque meritis, & impe
trabis, propter quod Petrus monet; humiliamini ſub potenti manu
Dei, vt vos exaltet &c.

Rom.10. Ex parte eius, à quo petitur, tria ſunt neceſſaria; primum quod ſit
potens, & diues ad dandum: talis eſt Chriſtus. Diues in oẽs, Ro.10.
Iob.42. Secũdum, quod ſit largus in dando: ipſe autem dat omnibus affluen
ter, & non improperat; exemplum de Iob 42. qui plus habuit quàm
3.Reg.3. admiſit, & Dominus ei duplicauit dona admiſſa. Exemplũ Salomo-
nis cui dixit Deus. Hæc quoque, quæ non poſtulaſti, dedi tibi. 3. Reg.
3. Exemplum Aaron, cui tantum promiſit quod virga germinaret, &
tamen non ſolum germinauit, ſed etiam floruit, & fructificauit, ecce
quam largus ſit Deus. Tertium, quod requiritur, eſt quod habeat vo-
luntatem dandi: Dominus autem noſter non ſolum dare vult, ſed ex
Matt.12. citat, & fiduciam ad petendum præſtat, dicens. Petite, & dabitur
vobis quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis. Ecce ſi
vult dare, quod rogat, vt petamus; ſpiritus enim gentibus inenar-
Rom.8. rabilibus poſtulat pro nobis, ideſt poſtulare facit: non enim indiget
ipſe, vt per ſe interpellat, ſed nobis ſuggerit, & inſpirat gemendi af-
fectum, & adiuuat infirmitatem noſtram adeo vt ipſe facere dicatur
Gal.4. quod vt faciamus facit, & iuuat: vnde Apoſtolus Gal.4. Quoniam
eſtis filij Dei: miſit Deus ſpiritum filij ſui in corda veſtra, clamantem
Abba pater, Ecce quod dare cupit, hoc autem apparet; non ſolum.n.
ſed daturum promittit, ſed iurat, iurauit ad Abraham patrem no-
Luc.1. ſtrum daturum ſe nobis. Luc.1.

Ex parte rei quæ petitur, quatuor ſunt neceſſaria. Primum quod
non ſit nociua petenti, quia de tali dicitur, oratio eius fiat in pecca-
Pſal.108. tum. Pſal.108. Secundò quod ſit iuſta petitio, ideſt non contra Dei
miſericordiam, non enim licet petere vindictam, quales fuerunt qui
dixerunt, petamus ignem de cœlo, vt conſumet Samaritanos. His
Luc.6. Eſa.1. aũt dr: cum multiplicaueritis orationes, non exaudiam: manus enim
veſtræ ſanguine plenæ ſunt, Eſa.1. Item quod ſit iuſta, ideſt non con-
tra legem naturalem, vt illi qui petunt dimitti, & nolunt dimittere,
Matt.6. ideo ſi nõ dimiſeritis hominibus, nec pater veſter dimittet vobis pec
cata veſtra. Mat.6. Tertiò qd res ſit vtilis: ſunt aliqui q qñ ſtatim nõ
exaudiunt, murmurãt, nõ aduertẽtes, qd licet oculi oĩum in Deo ſpe
rent, tñ dat eſcã in tempore opportuno: dat enim qñ petens debet ac-
cipere: nouit enim horam. ſic medicus nouit, quid prodeſſe poſſet
infirmo, quod non nouit infirmus; & ſicut medicus non exaudit ad
volūtatem, ſed ad vtilitatem, ſic Deus, & cætera. In exemplum
Diabo-

Diabolus petijt Iob ad tentandum, & ſtatim exauditus eſt, & hoc fecit Deus, vt probato Iob, Diabolus confunderetur, & cruciaretur. Iob petijt liberari à tormentis, & non eſt exauditus. Paulus vt ſtimulus carnis amoueretur, & non eſt exauditus tunc, vt exerceretur, & mereretur, ſed exaudiuit in tempore opportuno: noli ergo murmurare ſi ſtatim non exaudit, ſed ſuſtine cum Cananea. Quartò neceſſarium eſt, quod res ſit talis, vt deceat maieſtatē dantis. Io. 5. Quodcunque petieritis ſecundū voluntatē eius, audit vos. Voluntas Dei eſt ſalus noſtra, ergo ſalutem petamus, & regnum: primùm quærite regnum Dei. Cananea verò hæc omnia ſpiritu Dei rectè cognouit, primò potentiam dantis, rem licitam petitam, & miſeriam petentis; & accincta fide, & humilitate, ad Chriſtum accedit: ſciebat enim Chriſtum dixiſſe: Qui venit ad me, non eijciam foras. 1. Ioan. 5.

Sed contra Matth. 25. Virginibus fatuis ait Chriſtus. Neſcio vos; ſi nullus vadens ad Chriſtum eſt eijciendus; cur quinque virgines ad illum euntes, eiecit foras? Mat. 25.

Reſpondeo, quod Chriſtus nouerat illas non eſſe de ſuis ouibus, quia Io. ſexto ait, omne quod dat mihi pater, ad me veniet, & eū qui venit a me non eijciam foras: vel aliter dicam, quod ideo non fuit ianua aperta, quia oleum in vaſis ſuis non detulerant ſecum, vt ait litera, ob quod & meritò ſtultæ virgines appellādæ venerant; per Deū enim in hoc loco, vt Auguſtini, & Gregorij vtar verbis, nitor gloriæ deſignandus eſt: & quia hunc nitorem in conſcientia non poſuerant, ſed aliunde ab ore proximorum illum quærere procurarunt, dicentes ſapientibus, Date nobis de oleo veſtro; idcirco earum lampades extinctæ fuerunt: qui.n. ad alienum teſtimonium ambulare mittitur, oleum ſecum ferre non dicitur: prudentes verò, quia præter id quod lampades ſuas munierāt, oleum ſecum deferre procurarunt, idcirco nō ſolū ad ianuā, ſed in cubiculum ſpōſi, introductę ſuauibus amplexibus tuebantur. Hæc enim mulier oleum ſecum obtulit fidem in corde ſuo, ſpem, & charitatē erga Deum, & proximum, ideo non eſt eiecta, ſed ianua eſt ei aperta; obtinuit, quod deſiderauit: ſic Dauid habens ſecum oleum, exauditus fuit; ideo Pſal. 21. ait. cum clamarem ad eum, exaudiuit me. Ioan. 6. Pſal. 21.

Sed contra, idem propheta in eodem Pſal. ait. Deus meus, clamabo diem. & non exaudies; mirum quippe videtur, quod in eodem Pſal. dicat contrarium.

Reſpondeo clamabat propheta ſuperius verbis delictorū, ex perſona veteris hoīs, infecti, adulterati, & exauditus nō fuit. Clamauit poſt modū, cum exuta virtute hoīs carnalis, & exauditus eſt pro ſua reue

culi in cordibus noſtris,quæ tamen deferenda ſunt à iuſtis: ſic tentauit Achab.3.Reg.21.Cum ei per Hyezabel dixit.Grandis authoritatis es,& bene regis regnum Iſrael. Obſidetur igitur anima his quatuor tyrannis,ideo clamet veſtrum vnuſquiſque cum Cananea,*Miſerere.*poſt obſeſſionem ſequitur captiuitas,captiuati clamant auxiliũ. 3.Reg.21.

Captiuatur anima quando conſentit tentationi, quæ ſtatim fit ſerua,ſic hodie multi captiuati Diabolo per peccatum ad ipſius voluntatem ducuntur:vnde in perſona captiuorum exclamat Daniel. Neque in iuſtificationibus noſtris perpendimus animas noſtras, Neq; proſternimus preces ante faciem tuam. Daniel.9.

Clamant pauperes iuxta illud; cito anticipent nos miſericordiæ tuæ, quia pauperes facti ſumus nimis, Pſal.78. An non videtur tibi pauper,qui non habet veſtimentum,panem,vinum,aquam? Peccator autem non habet panem charitatis,nec veſtimentum honeſtatis, Eſa.3.In domo mea nõ eſt panis,neq; veſtimentũ.Hinc Apo.3.Quia dicis qđ diues ſum, & locupletatus,& nullius egeo,& neſcis,quia tu es miſer, miſerabilis,& pauper,& cæcus,& nudus.Non habet peccator vinum compunctionis,iuxta illud. Vinum non habent,demolita ſunt horrea, diſſipatæ ſunt apothecæ; quoniam confuſum eſt triticum:Ioel.1.Horrea,corda;triticum,verbum Domini,apothecæ,conſcientiæ:vinum compunctio de peccatis,a quo vacua ſunt. Non habet peccator aquam lachrymarum: qua qui caret,pauperrimus eſt. vnde dicitur Ioelis. 1.exiccati ſunt fontes aquarum; hanc mendicabat ille qui dicebat;Quis dabit capiti meo aquã, & oculis meis fontem lachrymarum?ob hanc ſiccitatem,dolebat Dauid, dicens. Anima mea ſicut terra, ſine aqua tibi Pſal.142.Quicunque ergo ſic pauperem ſe cognoſcit,clamet. *miſerere.* Pſal.78. Eſa.3. Apoc.3. Ioan.2. Ioel.1. Ioel.1. Hier.9. Pſal.142.

Clamant infirmi,ac debiles Pſal.6. Miſerere mei, quoniam infirmus ſum:certè infirmus eſt,& debilis,qui nequit portare iugum domini ſuaue,onus leue. De talibus Hierem.5. Ecce hi magis ſimul refregerunt iugum:vere debilis,& infirmus,qui dulcia,& leuia domini,inſipida,& amara reputat.de talibus dicitur; Anima ſatiata(ſcilicet voluptate carnis) calcabit, ſcilicet deſpiciendo) fauum (ſcilicet diuinorum eloquiorum) & anima exuriens etiam amarum pro dulci ſumet, dicens; quàm dulcia faucibus meis eloquia tua. Vere debilis,quia omni vento tentationis ſuccumbit,concutitur,& cadit; vnde monet Sapientia Eccle.1.non te ventiles in omnem ventum;tales ſunt tanquàm puluis, ante faciem venti, ideſt inſtabiles in omni tentatione,& ei cedunt. Cananea ergo clamat exuriens,& ſitiens,cupiens ſatiari de micis Domini ſui. Pſal.6. Hiere.5. Prouer.27.

ſarium non reputat: ſic omnes qui in uirtute propria, ſcilicet poten tia, fortitudine, uigilijs, ieiunijs, labore, diuitijs, & meritis confidũt, & facile ad ocioſitatem, & curioſitatem pernicioſa quadam ſecurita te declinant, detrahunt, & diiudicant. Hæc omnia faciunt, quia non habitant in adiutorio altiſſimi, quia ſi habitarent attenderent ſibi, & eum, quem ſibi neceſſarium cognoſcerent, non offenderent: nam quã to maiora eius munera percipimus, tanto magis de timore eius ſoli citi eſſe debemus. Quæ enim ab eo habemus, ſine eo conſeruare non poſſumus.

Alij qui non habitant, ſunt qui deſperant, & conſiderantes imbecillitatem propriam deficiunt & obruunt puſillanimitate ſpiritus, habitantes in carne ſua, & circa infirmitatem propriam intenti continuè, ut omnia quæ patiuntur curſim enumerare parati ſint: tales in adiutorio Dei non habitant, nec cognoſcunt, quod propter hoc ſurgere non ualeant.

Alij ſunt qui ſperant in Chriſto, ſed fruſtra, quia de miſericordia Dei adeo ſibi blandiuntur, ut a peccatis ſuis non emendentur: uana omnino eſt ſpes iſta, & hæc confundit, quia charitas deeſt; Nullus eorum habitat in adiutorio altiſſimi. Non primus in meritis, nec ſecundus in pœnis, nec tertius in uitijs. Primus non, quia non credit neceſſarium. Secũdus non, quia de illo deſperat. Tertius non, quia eo mo do quærit, quo obtinere non poteſt.

In adiutorio altiſſimi habitat, qui id ſolum obtinere deſiderat. Qui id ſolum perdere trepidat. Qui etiam illud ſedula cogitatione uerſatur.

Hic planè beatus eſt, nam in protectione Dei cœli commorabitur: quid enim nocere poterũt eorum, quæ ſub cœlo ſunt ei, quem Deus cœli protegere uoluit? Quæcunque enim nocere poſſunt ſub cœlo, utputa aereæ poteſtates, præſens ſeculum, neque caro aduerſus ſpiritum concupiſcens: nullus ergo timeat aliquid eorum, quæ ſub cœlo ſunt, ſi protectionem Dei cœli habere mereatur. & hinc documentũ habemus, ꝙ non ſolum adiutorium Dei, ut operemur bonum, quærendum eſt, ſed etiam protectionem, ut liberemur a malo, quærere debemus.

Tu igitur Chriſtiane, qui uexaris tot dæmonibus, noli habitare in adiutorio tuo, ut ſuperbus: ſic primi parentes qui manducauerunt, ut eſſent quaſi Dei, & perdiderunt immortalitatem. Tu Chriſtiane habita ut Cananea in adiutorio altiſſimi: ipſe enim protector tuus, adiutor tuus, liberabit te a laqueo uenantium, & tandem a uerbo aſpero ideſt, Ite maledicti; a quo ne timeas, ſi laqueum non accipies,

ideſt amorem diuitiarum,& dum uexaris,clama cum Cananea.*Miſe rere:*ſed non ſufficit: dicat, Adiuua,contra mundum,qui totus in ma ligno poſitus: contra carnem,quæ concupiſcit:cõtra Dæmonem,qui inſidiat ſuperbia:clama patienter,perſeueranter,humiliter, & fiet ti bi.Orate ergo quia de hoc Paul.1.Theſſa.5.Nos monet dicens: ſine in termiſſione orate,in omnibus gratias agite.

Theſ.5.

Rom. 8. Debemus exclamare omni ſpiritu,nam Roma.8.ait,Similiter autem & ſpiritus ſicut oportet adiuuat infirmitatem noſtram, nã quid oremus neſcimus, ſed ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus,qui autẽ ſcrutatur corda,ſcit quid deſideret ſpiritus.

1.Cor.14.c. Clamare debemus ſpiritu & mente inſimul; 1.Cor.14. Si ore & lingua ſpiritus meus orat,mens autem mea ſine fructu eſt:quid ergo eſt orabo ſpiritu,orabo & mente;pſallam ſpiritu, pſallam & mente?

Rom. 12.c. Oportet clamare inſtanter.Ro.12.Orationi inſtantes.

Epheſ.6.c. Clamemus omni tempore, Ephe.6. Per omnem orationem,& obſecrationes orantes omni tempore in ſpiritu & in ipſo uigilantes in omni inſtantia & obſecratione pro omnibus ſanctis.

Philip.4. Clamemus gratias Deo agentes, Phili.4. In omni oratione,& obſecratione cum gratiarum actione petitiones ueſtræ innoteſcant apud Deum.

1.Tim.2. Clamemus pro omnibus,& primò pro principibus. Obſecro igitur primùm omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus,pro regibus,& pro omnibus,qui in ſublimitate conſtituti ſunt,ut quietam & tranquillam uitam agamus in omni pietate,& caſtitate.

1.Tim.2.c. Clamemus in omni loco,1.Tim.2.Volo ergo uos orare in omni loco leuantes puras manus ſine ira & diſceptatione, ſimiliter & mulieres.

Sic hodie Cananea toto ſpiritu, & tota mente, corde contrito,oculis lachrymoſis, manibus cancellatis,uoce flebili, uerbis humilibus clamat,*Domine adiuua me;* & gratiã obtinuit; ſic fiet uobis. Amẽ.

FERIA SEXTA

Primæ Dominicæ.

Heb.4. PAVLVS Apoſtolus gloriabatur, de miſericordia Dei erga peccatores, Hebr.4. Non habemus Pontificem, qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris,tentatus autem per omnia pro ſimilitudine abſque peccato, quare hortaba-

hortabatur ipſos Hebræos, & omnes alios peccatores ad Chriſtum accedere dicens, Adeamus ergo cum fiducia ad thronū gratiæ eius; ut miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno; hanc quoque ſpem conſequendi miſericordiam, & gratiam inueniendi, confirmat nobis hoc maximè Chriſtus, ſanando infirmum, ad quem etiam perſonaliter, & ſua ſponte acceſſit, ut legitur in hoc Euangelio. Ibi.

Tria ſunt, quæ nautæ in portu fœlicis urbis Panormi, perſpicaciter conſiderant, Primò conſiderant ſolemnitatem feſtorum in Eccleſijs, charitatem infirmorum in hoſpitalibus, & miſericordiam ciuium erga omnes.

Sic in portu huius Euangelij tria conſiderare debemus.

Primò ſolemnitatem huius feſti in templo, ſignificantem feſtum Domini.

Secundò infirmitatem languentium in porticis.

Tertiò miſericordiam Chriſti, erga languidum.

Primò hoc feſto, oſtendit feſtum Domini futurum, & omnia hęc abroganda. Fuerunt autem Iudaica feſta præcipua, Paſchæ, Exod. 12. Pentecoſtes, Exod. 23. Leuit. 23. & Scenophegiæ, Leuit. 23. hæc Chriſtus, & ſi obnoxius legi non eſſet (quia non uenit ſoluere legem, aut prophetas, ſed adimplere) aliorum more excoluit, ſed ita ut ſignificaret fore cito illa abroganda, ſi quidem Iudæi, non ex intentione legiſlatoris illa colebāt, quos Eſa. cap. 17. Hiere. 6. Amos 5. & Oſeas cap. 2. grauiter perſtringunt: ſignificantes ipſorum uitio fieri, ut nauſeam Deo pariant feſta eorum. Chriſtus autem ut feſtorum ueram rationē indicaret, ipſis intereſſe uoluit. Exod. 12. Exod. 23. Leuit. 23.

Aſcendit autem ad feſtum Pentecoſtes, in memoriam datæ legis, ut ad hoc inſigne aliquod miraculum faceret perſpicuum. Aſcendit quidem uarijs de cauſis.

Primò ut legi ſatisfaceret. Secūdò ut gloriam patris promoueret. Io. 8. Tertiò ut miraculis hominum infirmitatem iuuaret. Io. 9. Me oportet operari donec dies eſt: cum autem eſſet Hieroſolimis probatica piſcina, ob lauandas oues, quam etiam annuè inſigni aliquo miraculo Deus ornare ſolebat, Angeli miniſterio, qui Chriſtum referret, hic cum iaceret magna multitudo languentium, cæcorum, claudorum, & aridorum expectantium aquæ motū, quem Angelus diuina uirtute ſemel in anno faciebat, neque aliunde niſi a cœlo auxilium humanæ naturæ ſanandæ uenire poterat, quia omnes peccauerunt, Rom. 3. Pſ. 52. & 13. donec aduenit Chriſtus, magni conſilij Angelus, qui animorum & corporum morbos, cæcitatem, paraliſim, languores Io. 9. Rom. 3. c. Pſal. 13. & Pſ. 52.

guores noſtros aufert in corpore ſuo ſuper lignum, ut peccatis mor-
1.Pet.2. tui iuſtitiæ uiuamus, 1.Pet.2. Sed Paulus loquens de lege ait, 2. Cor.
2. Cor. 2. 3. Quod ſi miniſtratio mortis literis deformata in lapidibus &c. Et
Ioan.12. tamen Ioã.12.ait, Mandatum Dei uita æterna: quid uero eſt mandatum Dei, niſi lex, per quam ipſe manifeſtat nobis uoluntatem ſuam, quam faciendo, conſequimur uitam æternam? Cur eſt miniſtra mortis? & ſi miniſtra mortis, quo modo mandatum eius erit uita æterna?

Reſpõdeo ideo lex uocatur a Paulo miniſtra mortis, quia omnia opera noſtra condemnat, & reos nos mortis facit; quæ nõn eſt data ut perfectè iuſtificet, ſed ut oſtendat quid dominus requirat a nobis, & quid non.

Lex ad hoc data eſt, ut infirmum in morbo detineatur ille, qui ſibi ſanus uidebatur, & ut peccata demonſtraret, non ut auferret.

Lex data eſt, ut uires tuas non ſufficere demonſtraret, ut confugeres ad gratiam.

Lex data eſt, ut peccatum abundaret, & ſuperabundaret gratia; ſine qua præuaricatores facit.

Lex ſine gratia, ſola litera eſt: manet tamen ad conuincendam iniquitatem, ſed non ad dandam ſalutem: & licet ſit bona, ſine gratia tamen peccatum auget. Chriſtus uero in poſteriori, non de hac lege loquitur, ſed de mandato a patre ſibi delegato; non enim Deus filium ſuum miſit, ut condemnaret mundum, ſed ut gratiam patris annun-
Ioan. 12. ciet, Ioan.12. non ueni ut iudicem mundum, ſed ut ſaluificem mun-
Marc.16. dum. Iſtum nuncium qui fide acceperit, ſeruabitur in æternum, quia qui crediderit & baptizatus &c. Voluit ergo nobis ſtruere legem, &
Mat.5.c. ad perfectionem adducere: Ideo Matth. 5. ait, Non enim ueni ſoluere legem: & hac de cauſa, acceſſit ad feſtum.

Gal.3. Sed contra Gal.3. Chriſtus nos redemit de maledicto legis; ſi redemit, cur Paulus hoc non cognouit, Chriſtum perfeciſſe legem?

Reſpondeo quod Apoſtolus non dicit nos liberatos de lege per Chriſtum, ut nihilominus pertineat eam obſeruare, ſed dicit nos redemptos a maledictione legis, quia non facit reos, nec cõdemnat amplius fideles, qui ſpiritum Dei acceperunt: quia Chriſtus, eſt bona arbor plantata in uiridario Dei ſecus riuulos aquarum inundantium, dans in tempore ſuo fructum; ſi ſic operare compleuerit, quod ore in lauacrum baptiſmi promiſit: lex autem in his non habet ius condemnandi, quem ui a ſe aufert: eſt per Chriſtum, qui non uenit abolere legem; ut intelligas, quod omnino non ſit implenda; ſed uenit, ut pro nobis infirmis obſeruaret legem, & gratiam nobis impartiret, ut legem ſuppeditare poſſimus: nam nemo ſeruat legem, niſi ſpiritualis,

nemo

nemo ſpiritualis eſt,niſi qui ſpiritum Chriſti habet, nemo ſpiritum habet,niſi credens in illum. De plenitudine eius omnes accepimus.

Chriſtus oſtendit in hac ſententia uerum ſenſum legis, quia non requirit manum,aut externa tantum,ſed cor;Renes,& affectus,mẽtem,& ſpiritum quo fit poſtea,quòd ſua gratia dat nobis alam ut impleamus.

Ad ſecundam dico,quod Chriſtus factus eſt pro nobis peccatum, ut nos a maledictione eriperemur, & benediceremur cum fideli Abraham.

A litera enim legis ſoluti ſumus,ſed non a ſpiritu,implẽda eſt lex, ſed ſpiritualiter : non enim amplius lex occidit,non agit reos, non condemnat,nec inuenit in Chriſtianis quid accuſet amplius, qui libero ſpiritu charitatem exercemus,& facimus quod Deus a nobis requirit amore,& non timore: præcipiebat enim lex, ut ſacrificium fieret Deo per animalia immunda, quæ lauabantur in hac aqua piſcinæ: hæc ſunt illa animalia ſelecta in arca Noë, ut ſacrificium Deo fieret. Gene. 7. Ex omnibus animantibus mundis, tolles ſeptena & ſeptena. Gen. 7.

Sed contra Leuit. 11. Hæc etiam animalia, quę comedere debetis, ideſt animalia immunda, ſelecta per Moyſen; ſi per Moyſen, ergo nõ per Noe. Leuit. 11.

Reſpondeo quod illa eadem animalia, quæ priori tempore Dei mandato ſelecta fuerant, & locata in arca, tanquam immunda : illa eadem tempore Moiſi ſelecta fuerant, tanquam immunda, non ſolũ ad manducandum ſed ad uſum ſacrificiorum : cum non liceret talia admitti in ſacrificio, ne inficeretur oblatio, quamquam alia cauſa fuerunt electa per Noe,& alia per Moſen, ſed poſtmodum tempore gratiæ omnia quæ prius repudiabantur, per Chriſti ſanguinem redduntur idonea: Audi uocem allatam de cœlis ad Petr. Act. 10. Surge Petre, occide,& manduca : & ne animalia ſibi oſtenſa repudiaret, ſubiunxit. Quod Deus purificauit, tu commune ne dixeris; iſta uero lauabantur, non ut mundarentur, ſed ut ſignificarent munditiam futuri baptiſmi. Act. 10.

Angelus autem domini deſcendebat, & mouebatur aqua per eum. quia miſſi ſunt, ut ueniant,& nobis afferrant gratiam, & reuertantur, ut offerrant orationem, & pœnitentiam: ideo Ezech. nomine animaliũ cap. 1. ait, Animalia ibant & reuertebantur. Ezech. 1.

Sed contra, idem Propheta in eodem loco ait, Nec reuertebantur, cum ambularent. Ibi.

Reſpondeo quòd litera Hebraica dicit; cum incederent, non impe-

diebantur

diebantur;& in hoc loco per animalia uitam, & motum habentia, angelum intelligimus, ut Paul. Heb. 1. Sunt adminiſtratorij ſpiritus propter eos &c. Io. 11. Si enim de cœlo mittuntur ad nos, & reuertuntur, & non reuertuntur aliquando: reuertuntur quidem dum in bono propoſito nos perſeuerantes cernunt: ſed non reuertuntur, dum contrarium uident.

Heb. 1.

Vel dicamus, quod per hæc animalia intelliguntur uiri iuſti, qui ibant, ideſt motu bonæ uoluntatis uadunt ad Deum: reuertuntur dum compatiuntur proximo.

Vel per animalia intelligitur ſermo Dei, qui uadit in animam: reuertitur cum fœliciter reportat fructum centeſimum: non uadit cum ab illa recedit, quouſque melius diſponatur.

Secundò, *Triginta & octo annos habens:* inſinuat humanę naturę miſeriam & paraliſim, quæ dum uellet ſine Chriſto, uel per legem quæ irā operabatur, uel per naturam, quę tota erat corrupta, Gen. 6. Vidēs aūt dominus, quod &c. Cuncta cogitatio cordis humani intenta eſſet ad malum omni tēpore &c. Hier. 17. prauū eſt cor hoīs &c. Vt ne bonū cogitare poſſet, ſanari nec poſſit: ſi. n. ex illis uera contigeret ſalus, gratis Chriſtus mortuus eſt, quare iacentes in porticis non ſanabant, niſi acceſſu angeli, ideſt accedente Chriſto, qui acrimonia uerbi omnium animos peccatorū ęgritudine corruptos, & oppreſſos ſanaret. Venit enim non uocare iuſtos, ſed peccatores. Matt. 9. non ueni uoc. iuſtos, ſed peccatores. Pęnitentia; quæ uera eſt tabula poſt naufragiū, hæc meritò Chriſti ſalutem ſtabilem operatur, remiſſionem peccatorum obtinet, & ex filijs iræ, filios regni facit. Hanc quidem non ſolum uerbis commendauit Chriſtus, Luc. 13. Niſi pænitentiam feceritis omnes ſimul peribitis: ſed factis innumeris oſtendit, dum ægris ſanitatem, & mortuis uitam reſtituit: quod enim miraculis illis externis agebatur, id in animis peccatorum occulta operatione ſpiritus ſancti fieri monſtrauit. Vt autem in Probatica piſcina angelorum miniſterio, in uſum priorum fiebant miracula, ſigna, & prodigia, ad Moſaicæ doctrinæ confirmationem; ita in noua lege ad ueritatis Euangelicæ probationem, eorundem angelorum miniſterio fiūt miracula, ad memorias martyrum, ut docet Augu. lib. 9. confeſ. cap. 7. & contra Fauſti. cap. 21. Ideo Propheta ait Pſal. 71. Qui facit mirabilia ſolus.

Gen. 6.
Hier. 17.
Mat. 9.
Luc. 13.
Pſ. 71.

Eccl. 31. Sed contra Eccle. Fecit enim mirabilia in uita ſua: ſi ſolus Deus facit mirabilia; cur homo iuſtus inuentus ſine macula pariter mirabilia facit?

Reſpondetur quòd aliter conuenit Deo, & aliter iuſto: Deus per ſe,

ſe,& à ſe facit mirabilia, cum non accipiat ab altero. Cæteri uero,& ſi qui mirabilia faciunt,hoc non a ſe,ſed ab illo hauriunt,tanquam a fonte,ſine quo nihil facere poſſent. Ipſe enim in illis ſua bonitae,& per illos miniſterialiter operans mirabilia facit, ſed non debent gloriari,ſed Deo gloriam dare,ideo mirabilis Deus in ſanctis ſuis,& in angelis ſuis, per quos hoc mirabile factum eſt,ut motu angelorum aqua mundaret omnem infirmitatem.

Hac de re Paulus Heb. 1. Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus, in miniſterium miſſi. Heb. 1.

Sed contra Matth. 18. Angeli eorum ſemper uident faciem patris mei; ſi Angeli ſemper faciem conſpiciunt; cur Paulus nouerat eos in miniſterium mitti?& ſi mittuntur,ab illa beneficia uiſione recedunt. Matth. 18.

Reſpondeo quia & ſi mittantur,non tamen deſerunt locum priorem,immo ibidem cõtinuè aſſiſtunt,cum non reperiatur locus, quẽ non impleat Deus,ut Hiere.Nunquid non cœlum & terram ego impleo,& Eſa.66.Cœlum ſedes mea, terra autem ſcabellum pedũ meorum. Hier. 23. Eſa. 66.

Dico ergo quod licet angeli ad nos ueniant ſpirituali pręſentia,& miniſtrent, ibi tamen unde receſſerant per internam contemplationem ſemper ſe conſeruant: non enim ueluti homines locũ occupant, cum non ſint in illo circunſcriptiuè, ſed tantum diffinitiuè. Si enim Angeli exeuntes, conditionis aſpectum ammitterent, nec iacentes poſſent erigere,nec nobis uera denunciare ualerent.

Sed contra 1.Petr. 1. In quem deſiderant Angeli proſpicere: ergo uel cum mittuntur,non fruuntur aſpectu Dei, uel nondum obtinuerunt,quod optant. 1. Pet. 1. c.

Reſpondeo quòd licet angeli Dei præſentiam nũquam relinquãt, ſed ſemper aſſiſtentes illam ſpeculentur,& uideant, & beentur in illa,ſemper tamen perpetuari deſiderant in uidendo, quamquam hoc ſuum deſiderium abſque labore perſpiciant,& non cum deſiderio ſit anxietas,ſatiantur uidendo: & ne in ſatietatem faſtidium generetur, ſatiari deſiderant. Semper enim deſiderium comitatur ſatietas, & ex deſiderio accenditur ſatietas; quia in illis naturalis illa regula non præualet,qua dicitur;quod ab ictibus præſentibus ceſſat motus: ut aiunt Philoſophi.

Tertiò oſtendit ſingularem Chriſti miſericordiam, qua aſpiceret hominem 38. annis ægrotum,cæteris neglectis, quia uoluit a maſſa perditionis ſeparari. Rom. 11. Exegit autem ab ipſo prius propriæ infirmitatis,miſeriæ,& paupertatis confeſſionem,dum ait, *Vis ſanus fieri?* Eſt enim Chriſti gratia,qua uocat auerſos, iuſtificat peccatores, glorificat

glorificat mortales, & beneficio quo præuenit, adiuuat, ſubſtentat ægrotantes, qui miſeriam ſuam agnoſcunt: non eſt enim aliud ægritudinis noſtræ remedium, quàm remedium cognitionis ſui ipſius, & confeſſionis humilis ſui peccati, qua teſte conſcientia, agnoſcimus nos eſſe iræ filios, damnationis reos, indignos miſericordia Dei. Nō tamen deſperantes, ſed ex fide propter mediatorem confugientes ad thronum gratiæ per ueram contritionem, & peccatum ſacramentali confeſſione a Chriſto inſtituta Eccleſiæ miniſtris confitemur; tūc demum ſacramenti uirtute, quod a Chriſti uerbo uim habet, ſanamur, & potentiam quā eum ſolo uerbo ſanaret iubendo, ut grabatum tolleret, & ſanus abiret.

Eſt namque uis uerbi Dei, & efficacia, ut aſſuetos lecto diuitiarū, libidinis, & uoluptatum, diſſolutos paraliſi quadam, & animi robore deſtitutos, mox erogat ad ſubeundos graues, & acerbos pœnitentiæ labores, ut orationibus Deūm ſolicitent, lachrymis per ſingulos dies ſtratum rigent, & ieiunijs corpus caſtigent; hoc enim eſt uerè grabatum tollere. Abhorret namque ab his operibus caro, ſi quidem prauis ipſius operibus, hæc repugnant, neque uero hæc ſatisfactionis opera Chriſti merito, aut ſatisfactioni derogant: immo magis ipſum commēdant, quia Chriſti ſpiritu in nobis diffuſo, per charitatem operantur, a nobis aguntur. Vult ergo Deus, ut corde contrito confiteamur infirmitatem noſtram, & peccatum, ut nos reſpicere dignetur.
Eſa.66. Eſa. 66. ait, Ad quem reſpiciam niſi ad pauperculum, & contritum ſpiritu?

Rom. 2. Sed contra Rom. 2. Non eſt acceptio perſonarum apud Deum. Si
Deut. 10. Deus perſonam non reſpicit; Vnde Moſes ait; Deus magnus, & potens, & terribilis, qui perſonam non accipit, nec munera: Paul. agēs
Coloſ. 4. cum Coloſſenſibus 4. ait, Vbi nō eſt maſculus, nec fœmina, Gentilis,
Ephe. 6. & Iudæus: Epheſ. 6. Perſonarum acceptio non eſt apud Deum: & Pe
Act. 10. tr. Act. 10. inquit. In ueritate comperi, quia non eſt perſonarum acceptor Deus, ſed in omni gente, qui timet eum, & operatur iuſtitiam,
Rom. 10. c. acceptus eſt illi: & Rom. 10. ait, non eſt diſtinctio Iudæi, & Græci, nā idem dominus omnium. Vide ad quem reſpiciat; qui in eum confidit, qui nomen eius inuocauerit, & ſpem ſuam in eo collocauerit, & infirmitatis ſuæ iam publicatæ remedium a ſolo Deo ſperat: hunc amat Deus, & reſpicit, & ſuo deſiderio ſatisfacit.

Senſus itaque poſterioris talis eſt, Deus non conſiderat faciem hominis, aut externum opus, ſtatum, aut conditionem uitæ & conuerſationis, hoc enim ſignificat perſona in ſcripturis, ſed cor reſpicit, & renes ſcrutatur rectè, & iuſtè iudicans unumquenque.

Ideo

Ideo Dauid Pſ.21.ait, Deus, Deus meus reſpice in me. Pſal. 21.

Sed contra Hier.23. Nunquid non cœlum, & terram ego impleo? Hier.23.
quomodo implet? quia Propheta Dauid rogat, ut dignaretur in ſe reſpicere, quaſi prius non reſpexerit.

Reſpondeo, quòd hæc authoritas intelligitur de Dauid miſtico; quia factus obediens uſque ad mortem, tunc uelut homo imbecillis, in anguſtia, & horrore mortis poſitus, ab uniuerſis derelictus, ad Patrem clamans ait, Deus, Deus meus &c. quaſi diceret; reſpice in me, doloribus plenum pro delictis; & non in eos oſtendas iram tuam: diſcurre: ſed quo ad diuinitatẽ æqualis eſt patri, de quo benedicit ſcriptura; cœlum, & terram ego impleo: prima de natura aſſumpta, ſecũda de natura diuina intelligitur. reſpicit ergo Deus ad contritos corde, & confitentes infirmitatem, ut hodie hominem iſtum dicens. *Tolle grabatum tuum, & ambula.* Sed hypochritę calumniantur. qui enim conſpecto tanto miraculo debuerãt in Dei laudem erumpere, hi pro pria malitia, & inuidia excæcati Chriſto, & languido ſanato nitũtur inſidias, & odium conciliare, dum clamant. *Nõ eſt hic homo à Deo, qui ſabbatum non cuſtodit: ſabbatũ eſt, non licet tibi tollere grabatum tuum.* In Ioan.9.c.
quibus iudicium rationis, & carnis agnoſcere licet, quæ dum uera fide, & pietate, quæ ſecundum Deum eſt cæca, ruit, nec Dei pænitentiam aut miſericordiam intelligit, ſed ueram pænitentiam damnat, qui ſe ſanatum a Deo recognoſcit, hic nec pudore cedit, nec clamoribus terretur, ſed fortiter prædicat Dei potentiam, & agnoſcit beneficium remiſſionis peccatorum.

Sabbatum eſt, non licet tibi &c. quia Exod.20. Memento ut diem Exod. 20.
ſabbati ſanctifices.

Sed contra Eſa.1. Sabbatum Deo exoſum, & odioſum eſſe. Neo- Eſa. 1.
meniam, & ſabbatum & feſtiuitates alias non feram. Si ſabbatũ fuit a Deo inſtitutũ, ut cuſtodiretur, cur Eſa. ait, Sabbatum exoſum eſſe?

Reſpondeo, quòd ſabbati obſeruatio, non minus reſpicit, Deo uacandum eſſe illa die, tota mente, & tota anima, quàm a ſeruilibus abſtinendum. Lex enim ut Rom.7. ſpiritalis eſt. Qui ergo illa die Deo Rom.7.
tota mente ſeruiunt, magis obſeruant ſabbatum quàm induſtrioſè ſe a ſeruilibus abſtinere, & hoc eſt ſpiritaliter ſabbatũ obſeruare: hunc modum non intelligentes Iudæi partim uacabant luxurijs in die feſto, partim uerò abſtinebant ſe a ſeruilibus, quærentes ſolum cultum exteriorẽ in ceremonijs, idcirco Æncenias, & Neomenias ſtatuerãt, quia ſabbatum ſuis malis operibus prophanauerãt: dixerat.n. Deus. Neomenias, & ſabbata ueſtra odiuit anima mea; ſed de laudabili cuſtoditione ſubbati dico, quod illo die non ſolum a ſeruilibus, ſed pri

Rom. 14. mo ab omnibus uitijs cauendum eſt: diſcurre, quia Romo. 14. Qui ſapit diem, Domino ſapit.

Galat. 4. Sed contra Gal. 4. Sabbatum obſeruare Paul. prohibuit. Dies obſeruatis & menſes, & tempora, & annos. Timeo uos: ne forte ſine cauſa laborauerim in uobis. Si diem, menſes, & annos, ac tempora quæ interdixerat his, qui Chriſti fidei ſe ſubiugauerat; cur Romanis ſcribens promiſit ſeruare diem?

Reſpondeo quòd Apoſtoli tempore, erant quidam fideles fortes, quidam infirmi; fortes ueſcebantur quibuslibet; apprehenderant. n. Chriſti libertatem, ſciebant omnia eſſe libera, & munda credentibus; ideo Paulus. Omnia munda mundis: ijdem quoque fortiores, Tit. 1. non obſeruabant dicta diſcrimina; nouerant enim apud Chriſtianos eſſe ſabbatum perpetuum, uerum illo tempore non deerant infirmi adhuc, uolentes diſcernere inter diem, & diem: hi ignorantes hanc libertatem, ſe abſtinebant a quibuſdam cibis, & obſeruabant quoſdam dies religioſius, quos fide fortiores contemnebant, Apoſtolus occaſionem accepit ſcribendi, hos infirmos ſuſcipere non ad diiudicationem, ne lædantur a fortioribus, inquit. Si enim propter cibum frater tuus contriſtatur, iam non ſecundùm charitatem ambulas. Rom. 14. & infra; non eſt enim regnum Dei eſca, & potus: ſed iuſtitia, & pax, & gaudium in ſpiritu ſancto: & rurſus; unicuique ſua mens ſatisfaciat, quiſque certus ſit de ſua conſcientia, ut ſibi ſatisfaciat, ne edat aut quicquam aliud faciat contra conſcientiam. Paul. ergo hoc loco de infirmis loquitur. Rom. 14.

Sed in epiſtola ad Galat. 4. contra quoſdam, qui a pſeudo Apoſtolis ſeducti poſuerãt ſpem ſuam in legis Moſaicæ operibus, loquitur, Gal. 4 cui iuſtitiam tribuebant, quod Chriſtum negare erat: non erant infirmi, ſed abrogabant ſibi ſanctitatem, & ſcientiam. ait Paulus; Sed tunc quidem ignorantes Deum, ijs qui natura non ſunt Dij ſeruiebatis. Et rurſus; Quo modo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa quibus denuò ſeruire uultis? dies obſeruatis, & menſes, & tempora, & annos. Errabant ergo: quia non ſicut decet obſeruabant dies. *Qui me ſanum fecit, ille mihi dixit, tolle grabatum tuum & ambula.* Ioan. 5. Ecce fidem uiuam, quæ reſpondit calumniæ Hebr. quæ firma in corde nunquam uacillat. Ecce ſcutum contra inimicum ſempiternum, ut Eccl. 40. Fides in ſæculum ſtabit. Eccle. 40.

1. Cor. 13. Sed contra 1. Cor. 13. Charitas nunquam excidit.

Reſpondeo quòd aliquid ſtare, dupliciter intelligitur; uel in ſe, uel in aliud permutatum: primo modo charitas ſtat perpetuò, quia augetur, ſic Paulus 1. Corinth. 13. cum uenerit quod perfectum eſt &c.

Fides

Fides uerò ſtat in altero: non ſtat in ſe, ſed intentione una cum ſpe: non excidunt, ut omnino non ſint, ſed mutantur. Dico in ſe non ſtabunt, quia ibi uidebimus, quid in carne credebamus, & ſperabamus, tenemus, & poſſidemus, hac fide languidus iuit ad templum, ut laudaret factorem, & daret gloriam Deo.

Ideo Dauid, ſemper laus eius in ore meo. Pſ. 33. Pſ. 33.

Contra Pſal. 118. ſepties in die, laudem dixi tibi.

Reſpondeo quòd ſeptenarius a Deo ideo conſecratur, quia in ſex diebus Dei opera patrata ſunt; & ſeptima conſecrata quieti, quaſi ſancta: ob quod, præceptum fuit, ut ociemur in eo corporaliter quantũ permittit uiuendi neceſſitas, & mentaliter poſt uoluptatis purgationem, diuinis interſti ſimus, & feſtiuiter, cum omni tranquillitate res ſacras laudemus, ne tanti muneris eius ingrati uideamur; ſic languidus ſanctus ad templum uadit, ubi non ſolum apud homines fide firma Chriſtum confitebatur omnipotentem, ſed gratias illi agebat, ſic nos ingrati.

Eamus igitur in noſtris infirmitatibus, & neceſſitatibus ad Chriſtum medicum, ſubuenientem miſerijs noſtris, ut benedictionẽ, gratiam, & ſanitatem obtineamus: quod Paul. Epheſ. 1. ait, Benedictus Deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali, in cœleſtibus in Chriſto, in laudem gloriæ, gratiæ ſuæ, in qua gratificabit nos; in dilecto filio ſuo, in quo habemus redemptionem per ſanguinem eius, remiſſionem peccatorum ſecundum diuitias gratiæ eius.

Eamus ad hunc medicum, quoniam diues eſt in medicinis, & copioſus in omni medicamine pietatis, ut Paul. Epheſ. 2. Deus autem qui diues eſt in miſericordia, propter nimiam charitatem ſuam qua dilexit nos, & cum eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Chriſto, cuius gratia eſtis ſaluati, & conreſuſcitauit, & ſedere fecit in cœleſtibus in Chriſto Ieſu; ut oſtenderet in ſæculis ſuperuenientibus abundantes diuitias gratiæ ſuæ. Ephe. 2.

Eamus ad hunc medicum cum laudibus, gratias agentes, quia fidem nobis uerbo ſuo ſeminauit, 1. Theſſal. 2. Ideo & nos gratias agimus Deo ſine intermiſſione, quoniam cum accepiſſetis a nobis uerbum auditus Dei, accepiſtis illud non ut uerbum hominum, ſed ſicut uerè eſt uerbum Dei, quod operatur in uobis, qui crediſtis. 1. Theſſ. 2.

Eamus ad hunc medicum, fontem gratiarum omnium, & ſanctitatis uitiatę carnis noſtræ. 1. Timot. 1. Superabũdauit autem gratia Domini noſtri cum fide, & dilectione, quæ eſt in Chriſto Ieſu.

Eamus ad hunc medicum nos uocantem, ut ab omnibus infirmi-

2.Timot.1. tatibus noſtris liberaret. 2.Timot. 1. Qui nos liberauit,& uocauit uo catione ſua ſancta, non ſecundum opera noſtra, ſed ſecundum propo ſitum ſuum,& gratiam, quæ data eſt nobis in Chriſto Ieſu, ante tempora ſæcularia: manifeſtata eſt autem nunc per illuminationem ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui deſtruxit quidem mortem: illuminauit autem uitam,& incorruptionem per Euangelium.

Tit. 2. Eamus ad hunc medicum, qui ut nos ſanaret, & mundaret, ſe ipſum multis infirmitatibus repleuit, ut ait Paul. ad Tit. 2. Qui dedit ſemetipſum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitaté, & mundaret ſibi populum acceptabilem.

Eamus tandem ad hunc medicum, qui ut nos ſanguinem non effunderemus, ſanguine precioſiſſimo fontem, & lauacrum fecit, ut

Heb.ult. Heb.ult. Propter quod & Ieſus ut ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt. Ideo in omni tribulatione fratres, & infirmitate primum medicum Chriſtum quæremus, cui omnia uulnera noſtra aperiamus, cum languido dicentes, Domine hominẽ

Io. 5. non habemus: & audiemus ab eo, *Tolle grabatum*. Laus Deo.

SABBATVM SECVNDVM Quadrageſimæ.

Aſſumpſit Ieſus Petrum. Matth. 17.

PAVLVS Apoſtolus cupiens Hebræis ſuperabundantem Dei bonitatem, in aduentu unigeniti filij ſui aperire, &

Heb. 1. oſtendere ait, Multifariè multiſque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis, nouiſſimè diebus iſtis loquutus eſt nobis in filio, quem conſtituit hæredem uniuerſorum, per quem fecit & ſæcula: qui cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, portanſque omnia uerbo uirtutis ſuæ, purgationem peccatorum faciens, ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis. Et licet hoc miſterium hominibus incomprehenſibile fuiſſet, propter infirmitatem carnis noſtræ; uoluit tamẽ ipſemet Chriſtus ante eius ignominioſam mortem illud aliquibus diſcipulis manifeſtare, ut in hoc Euangelio habetur.

Quatuor admirantur nautæ portus Panormi, quæ a rege Philippo in urbe fœlici Panormi, optimè ordinantur.

Primum quos optimis moribus, bona conſcientia, & ueris uirtutibus repletos inuenerit, ad ſedes altiores aſcendere facit.

Secundum ſua maieſtate, & ſinceritate iuſtitiæ, a cordibus ciuiũ

omne

omne ſcandalum aufert.

Tertium oſtendit ſe Dominū in hoc mundo, uitæ & mortis eorū.

Quartum omnes carnales, fraudibus incumbētes, nedū a ſedibus deponit, ſed acriter punit, nec eos audire ſecreta regis dignos facit.

Sic hodie Chriſtus, quatuor oſtendit apoſtolis, & cunctis fidelibus. Primum oſtendit eos qui digni ſunt miſericordia ſua, in monte domini aſcendere.

Secundum hac trasfiguratione uoluit a cordibus diſcipulorum ſcandalum crucis auferre.

Tertium per Moyſem & Heliam, oſtendit ſe Dominum mortis & uitæ.

Quartum aperuit, & demonſtrauit, hominem carnalem non intelligere, quæ ſunt ſpiritus Dei; ut in Petro apparuit.

Primò ergo oſtendit qui digni ſint ex ſingulari ipſius miſericordia, ut in montem domini aſcenderent, qui non per ſpeculum in ænigmate, ſed reuelata facie gloriam Domini contemplantur, ſcilicet Petrus, Iacobus, & Ioannes, ſi quidem habetur, ut relicto cortice literæ ad ſublimiora myſteria aſſurgamus, eos nobis adumbrant, quos Propheta regius Pſ. 14. habitaturos in monte Syon pollicetur, dum interrogatione Deo propoſita, ſibi ipſi reſpondet ſpiritus ſancti reuelatione. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? ideſt quis ſuperatis huius mundi periculis, malis denique omnibus uitæ præſentis, dignus erit, qui a te depoſita hac domo manu facta, admittatur in cęleſtem illam tuam gloriam, quam oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit. Aut quis requieſcet &c. Cui petitioni reſpondet eum ingreſſurum, qui ingreditur ſine macula. Secundò qui operatur iuſtitiam. Tertiò qui loquitur ueritatē, in corde ſuo. Quartò nec agit dolum in lingua ſua. Quintò non faciat proximo ſuo malum. Sextò qui iurat proximo ſuo, & non decipit. Septimò qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram. Octauò qui munera, ſuper innocentem non accipit. Pauca hæc capita, qui pro conditione uitæ præſentis ſeruarit, is demum dignus erit qui Chriſti gloriam cernat, quam ſuo ſanguine nobis præparauit: ipſe. n. abijt parare locum Io. 14. Ac montem illum Thabor, quem Egeſippus ait eſſe altitudinis ſtadiorū 30. ac miræ rotunditatis, ut non immeritò regno cœleſti comparari poſſit; Cœleſtem ſcilicet Hieruſalem conſcendat, ſed cum Chriſto, quia alijs non cōtingit tanti myſterij ſuauitatem aſpicere; q̄ quos Chriſtus q factus eſt nobis ſapientia, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redēptio. Ego ſum uia, ueritas, & uita: in mōtē duxit. i. a terrenis, amore cęleſtium accendit. Ideo Paul. Ro. 8. ait, Ad futurā gloriā, quæ reue

Pſ. 14. Eſa. 6. 1. Cor. 2. Ioan. 14. 1. Cor. 1. Ioan. 14. Rom. 8.

ergo ſenſus primæ talis eſt, quod fines omnes terræ uiderunt, ideſt potuerunt audire de hoc ſalutari, miſſo è cœlis, pro omnium ſalute.

Secunda uerò ſic intelligitur, quod licèt Chriſtum perſonalem nemo uidit, niſi terra ſancta, uiderunt tamen alij per Apoſtolos: illi ergo ſunt digni uidere hanc transfigurationem, & aſcendere ad hunc montem, qui conditiones iam dictas in ſe habuerint, quas habebunt Apoſtoli, & præſertim Petrus, Iacobus, & Ioannes, quos uocauit ſimul cum alijs amicos: ideo Ioan. 15. ait, Iam non dicam uos ſeruos, quia ſeruus neſcit quid faciat Dominus eius, Vos autem dixi amicos & cætera. Io. 15.

Sed contra, ſeruos ſe dici, & uocari præcepit illis Chriſtus.

Reſpondeo quòd aliud eſt quod ex benignitate magiſtri prouenerat, & aliud ex forma humilitatis, quam uerbo & exemplo oſtenderat illis: nã dum reuelauit eis, quæ a patre audiuerat, uoluit illos domeſticos & amicos nominari; hoc fuit ſignum magnæ dilectionis ſecretè reuelare, ſed dum ſe ipſum in formam ſeruilem tradidit: ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens; ut imitarentur: dixit, Quicunque in uobis uult maior eſſe, ſit ueſter ſeruus. hanc didicerat Paulus, ſcribens Corinthijs. Nos autem ſeruos ueſtros per Ieſum Chriſtum: Nam cum liber eſſem ex omnibus, omnium me ſeruum feci: ut plures lucrifacerem. Ideo Chriſtus formam ſerui accipiens, cum eſſet dominus omnium, & habitu inuentus, ut homo ait, Diſcite a me &c. Ideo hodie tanquam amicos, & domeſticos uocat eos, & reuelauit ſecreta cœleſtia ſuper montem. Philip. 2. 2. Cor. 4. 1. Cor. 9. Mat. 11.

Secundum docet hac transfiguratione, ſe uoluiſſe a cordibus diſcipulorum auferre ſcandalum crucis, quod diſſuadere Petrus conabatur Matth. 16. & uoluntariè paſſionis contemptum, cum uiderent faciem, & ueſtimenta eius, ſplendere ſicut ſol, & alba facta, ſicut nix: quibus Eccleſiæ fidem, & ſpem confirmaret, ut ſcilicet ipſa quæ eſt corpus eius, Epheſ. 1. qua eſſet commutatione donanda, intelligeret. Epheſ. 1.

Si quidem in beata illa gloria, iuſti ſicut ſol, Matth. Stellę in perpetuas æternitates, Dan. 12. Et ſcintillæ in arundineto diſcurrent. Sapien. 3. Fulgebunt cum Deus abſterget omnem lachrymam ab oculis eorum: ut Apoc. 21. Eſa. 25. & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra. quia præcipitabi mortẽ in ſempiternum, & auferet Deus Dominus lachrymam ab omni facie & opprobrium populi ſui auferet de uniuerſa terra. Voluit autem Chriſtus hanc gloriam non in alieno, ſed in proprio corpore exhibere, ut hac imagine, eorum inſaniam deſtrueret, qui putant omnia pecudũ inſtar, morte deleri, aut nihil poſt hanc uitam hominis ſuper eſſe, at- Matth. 13. Apoc. 21. Eſa. 25.

que etiam eorum,qui licet animæ reſurrectionem concedant, negãt tamen corporum futuram reſurrectionem, quòd humanis rationibus inueſtigare nequeant;quo modo corporea hæc moles,toties mutata, in priſtinam formam ſit reditura:quem errorem confutat Paulus 1.Corinth.15.& Iob 14.Hac de re Propheta Dauid in rebus huius mundi ſatiare non poterat, cum anima noſtra ad hoc fuerit creata,ut ſolo Deo ſatiaretur; eleuatus igitur,& conuerſus ad Deum Pſ. 16.ait,Satiabor,cum apparuerit gloria tua.

1.Cor.15. Iob.14. Pſal.16. Eccl.42.

Sed contra Eccleſi.42.Et quis ſatiabitur uidens gloriam eius?

Reſpondeo quòd hoc pronomen, Quis,hoc in loco pro raro accipiendum eſt,& non pro nemo,ut præferetur; cum hoc in loco ſit dictio admirantis, & interrogantis alterum: ac ſi diceremus; quis enim mortalium ad hoc munus ualebit aſcendere, ut Dei gloriam ſpeculari mereatur, ut illam ſpeculando ſatietur? hæc ſententia ambulat cum illa: quis habitabit in tabernaculo tuo? pariter cum altera, quæ dicit, Quis aſcendet in montem Domini? quo ſenſu ſtante prima non contradicit ſequenti, quia dicit Propheta in prima,ſatiabor illa cœleſti refectione in futuro, & replebor omni gaudio; quod nunc deſidero, & non ego ſolum, ſed omnes illi qui modo in carne poſiti ſitiunt, & exuriunt iuſtitiam: quare tunc ſatiabuntur ad plenum, cum apparuerit, & manifeſtabitur illis gloria tua, quæ ſola ſufficit humanum appetitum ſatiare, cum ſit bonum infinitum, in quo omne bonum continetur, quia omne bonum creatum, quod cunque ſit, non ſufficit ad ſaturandum appetitum hominis; ſic ſapiens expertus Eccleſi.1. Non ſatiatur oculus uiſu, nec auris auditu impletur: ſed tunc ſatiabitur ad plenum quando Deus infinitus ſatiauit hominem de ſeipſo. Secundum quem ſenſum Propheta loquens de hac ſaturatione Pſal.21.ait, Edent pauperes, & ſaturabuntur; pauperes inquam non quicunque,ſed ſolum illi, qui uiuentes, non habuerunt ſpiritum elatum,ſed manſuetum,pium,& humilem, de quibus loquutus in Euangelio ait, Beati pauperes ſpiritu, quoniã ipſorum eſt regnum cœlorum.Fœlices ergo qui præſentiam delitiarum, & uanitatum obliti, ad illam aſpirant gloriam infinitam, ad quam toto mentis affectu directus fuerat ille, qui in Pſ. 26. dixerat, Credo uidere bona domini in terra uiuentium.

Eccl.1. Pſ.21. Matth.5. Pſal.26.

Tertiò hoc admirando ſpectaculo,cui Moyſem mortuum,& Heliam etiam nunc ſuperſtitem adeſſe uoluit,ut ſe mortis & uitæ dominum demonſtraret,atq; illum ut legis authorem. non ne Moyſes dedit uobis legem Ioan.7.Lex per Moyſem data eſt Io. 1.Cuius tamen a Iudæis ut tranſgreſſor accuſabatur, hunc ut legis zelatorem, quo teſtimo-

Ioan 7. Ioan.1.

teſtimonium à lege,& prophetis haberet, ſe ſe eſſe maiorem illis, cū vulgi iudicio, tantū prophetarum quiſpiam eſſe putaretur Matt. 16. atque adeo ſuam doctrinam non eſſe nouitiam, ſed ab his, olim multis ante ſeculis confirmatam. Mat. 16.

Patet locus dicendi de veritate fidei Catholicæ, quā hucuſq; Eccleſia à Chriſto defendit contra omnes aduerſarias poteſtates.

Tum etiam Patris æterni præſentia,& voce, qua de filio ſuo æterno Ieſu Chriſto conteſtatur, non ſub caliginoſa, denſa, vel fumigante nube, qua ſeueritas legis exprimebatur Exo. 19. Sed lucida, cādida, & amœna; quia nouus hic noſter Moſes non erat allaturus ſpiritum ſeruitutis in timore, ſed ſpiritum adoptionis filiorum Dei; non legem terrentem, ſed ſpiritum viuificantem. Exod. 19. Rom. 8.

Præcipit enim audiri filium ſuum, omnibus mandatis eius obedi ri, quaſi dicat, ille meus filius nō adoptiuus, ſed proprius, ille per quē omnia facta ſunt, ille ſine quo factum eſt nihil; in hoc enim mihi cōplaceo; per illum mihi quicunque credent in nomine eius, fide per charitatem operante, mihi placebunt. Ioan. 1.

Hunc audite, quia ille veritas eſt, & vita, ille virtus mea, & ſapientia mea, ipſum audite, quia ſanguine ſuo mundum redemit, Diabolum ligat, vaſa eius capit, qui peccati chyrographum, & præuaricationis eius pacta dirupit: ipſum audite, qui viam aperit in cęlum per gradus crucis: quid trepidatis redimi, quid pauetis ſaucij liberari, vt ait Leo Papa, quia Chriſtus, qui omnia ex nihilo creauit in ſapientia ſua, cum ex peccato primi hominis inueterata fuiſſent, ea innouari voluit per ſanguinem, & gratiam filij ſui: ideo Apocalip. vigeſimoprimo, Ecce noua facio omnia; ſed Eccleſi. decimooctauo, ſapiens ait. Qui viuit in æternum, creauit omnia ſimul, ſimul ergo de nouo, in extremo tempore non creabit. Apoc. 21. Eccle. 18.

Reſpondeo quod id quod in tempore nouum fieri dicitur, non eſt nouum apud Deum, qui condidit tempora, & ſine tempore habet omnia, quæ ſuis temporibus pro eorum varietate diſtribuit. Dei enim ſapientia ſine tempore eſt, nec aliqua ſunt apud Deum noua, qui fecit quæ futura ſunt, nec valet dicere, hoc nouum eſt, iam enim præceſſerunt in ſeculis, quæ fuerunt ante nos.

Vel dicamus ad alteram, quòd trifariè, vt ait Auguſti. noua creatura dici poteſt, quæ per trinitatem ita diſponitur, vt Deus pater omnem creaturam ex nihilo condiderit, & hæc noua creatura nominatur.

Secundò Deus filius nouam creaturam facere dicitur, dum illam inuocat per fidem, ad quem ſenſum Paulus ſecunda Corint. 5. ait. Si

qua

Gala.6. qua ergo in Chriſto noua creatura,& ad Galat.6.in Chriſto enim Ieſu,neque circuncifio aliquid valet, neque præputium, ſed noua creatura;& Iacobus dicit: Vt ſimus initium aliquod creaturæ eius. Deus quoque Spiritus ſanctus,nouam creaturam facere dicitur,dum animam noſtram ingreditur per gratiam,quam & innouans, ſuo viuificat calore ſecundum quem ſenſum, pariter illa ſententia intelligenda eſt, qua dicitur. Ecce ego creo cœlos nouos, & terram nouam. Eſa.65. Eſa.65.quod & locum habuit,dum Chriſtus noſtram aſſumendo naturam, veterem hominem innouans, ſic purgauit; vt illum dignum Deo redderet: pacificans per ſanguinem crucis eius, ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cœlis ſunt. Coloſ. 1. Col.1.

Vtique innouato homine, cætera omnia innouata agnoſcuntur, cum in illo tanquàm in excellentiori,& eminentiori omnia contineãtur,quod ſapiens loquens de hominis excellẽtia, & perfectione Sap. Sap. 10. 10.ait. Et dedit illi virtutem continendi omnia; ſic innouato per fidẽ continentur cœli,continetur terra,& omnia quæ in illa ſunt, & alitur, vt hominem ſic innouãs Deum diſcere poſſit, Eſa.65. Ecce enim Eſa.65. ego creo cęlos nouos,& terram nouam; vt ſic innouati laboremus in ſpe,quod in re ad plenum habituri expectamus.

Poteſt etiam illa Io.intelligi de extrema nouitate, qua innouanda ſunt omnia in fine temporum, quando videlicet hæc mundi figura 1.Cor.7. tranſibit, vt Apoſt.prima Corinth.7.præterit enim figura huius mũdi;& hæc tamen noua creatura dicitur; & ſic vera eſt; noua ego facio omnia; quia innouato homine, omnia innouantur. Fęlices ergo innouati per Chriſtum, qui aſcendent ad montem Domini, vt formam innouationis videant, ſcilicet albas fieri ſicut nix, veſtes eorum, & facies, reſplendentes ſicut ſol: Diſcurre illas conditiones Pſal. quas habuiſti in principio.

Quartò docet, & demonſtrat hominem carnalem, cuius typum hic Petrus expreſſit, non poſſe intelligere ea quæ ſunt ſpiritus Dei, nec altius aſſurgere, quàm acumine humanæ rationis aſſequi queat. 1.Cor.2. prima Corinth.2. proinde attonitus tantæ gloriæ aſpectu,& ignarus quid dicat, petit tria fieri, ſcilicet Chriſto, Moyſi & Heliæ, Tabernacula, quia filium Dei, cuius hunc fuerat confeſſus, quaſi illius confeſſionis immemor factus, illum cęteris præponit, & vt legis authorem hunc venerabatur. Petrus ignarus quid diceret, magna quadam animi tranquillitate, factis, & geſtis ſtultis, non tantum contra conſcientiam, ſed contra voluntatem Dei, ait. *Bonum eſt nos hic eſſe.* Ideo Paul. 1.Cor.15. prima Corinth. 15. ait. Caro & ſanguis, regnum Dei poſſidere non poſſunt.

Sed

Sed contra Iob.19. Et in carne mea videbo Deum meum: ſi caro, & ſanguis regnum Dei poſſidere nequeunt; fruſtra dicet Chriſtus loca tis ad dexteram in iudicio; Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum, &c. Iob.19.

Reſpondeo, quod verum eſſet, ſi caro & ſanguis ſecundum veterẽ hominem accipiantur, qui viſionis beatificæ ſunt incapaces, vt Apoſto. ait; ſed potius æternis cruciatibus mittentur. Sed intelligitur illã Iob, de carne expurgata per gratiam, & in naturam ſpiritus permutata: hæc regnum Dei poſſidebit, & Deum quem in mundo dilexerat, ſpeculabitur, & videbit. ſic Paulus ait prima Corin.15. oportet enim corruptibile hoc, induere incorruptionem. ſic Ioan.6. loquẽs de carne veteri, ait. Caro non prodeſt quicquàm: & in eodem loco ſibi contradicit, dicens. Caro vitam æternam præſtat. dico quòd Iudęi intelligebant carnem, ſicuti in macello dilaniatur, & venditur, & non de carne ſpiritu purgata: caro non purgata, non prodeſt quicquàm. 1.Cor.15. Ioan.6.

Sic pariter dictum eſt, ſcientia inflat; ideſt ſine charitate adiuncta, ideo additum fuit hoc in loco, charitas verò ædificat; adde ergo ſcientię charitatem, & erit ſcientia vtilis, non per ſe, ſed per charitatem.

Sic pariter dicendum eſt de carne, quę per ſe ſola non prodeſt, immo obeſt; accedat igitur ſpiritus, ſicut charitas ad ſcientiam, & multum proderit: nam ſi caro qualitercunque accepta, nihil prodeſſet: verbum caro nõ fuiſſet factum, vt habitaret in nobis: Ideo Paul. Ro. 7. dicebat; ſe carnalem eſſe. & 2.Cor.10. ait: carni ſe non viuere, videtur contradictio. Rom.7. 2.Cor.10.

Reſpondeo aliud eſt eſſe carnalem, & aliud eſt viuere ſecundum carnem. Stat enim vt quis carnem mortalem habitet, tanquam viator, & quod non viuat ſecundum carnem, quia non eſt viuere, ſed mori. licet igitur Paulus, adhuc vinculo carnis inuolutus, carnalis diceretur, tamen, quia diſſolui ab illa cupiebat, vt Paralip. 1. vt cũ Chriſto eſſet, non ſecundum carnem viuebat, ſed ſecundum ſpiritum: ideo dicere poterat, carni non viuo, ſed legi Dei condelector. Petrus verò, quia adhuc homine veteri veſtitus erat, nec penitus ſpiritui ſeruiebat, arcana Dei non percipiebat, quinimmo Sathanicæ ſuaſioni annuebat, vt paſſio Chriſti nobis impediretur: ideo ait. *Bonum eſt nos hic eſſe*. Sed non immeritò à ſummo factore dictum fuit illi: Vade retro poſt me Sathana: quia adhuc quę carnis erant, & non quę Dei ſapiebat. Diſcurrere tuo modo. Parali. 1. Matt.9.

DOMI-

DOMINICA SECVNDA Quadrageſimæ.

Aſumpſit Ieſus Petrum. Matth. 17.

PAVLVS Apoſtolus cupiens Coloſ. oſtendere, quòd in ſolo Chriſto ſit omnis gloria, & vita noſtra; extra quem non ſit neque ſalus, neque vita, cap. 3. ait. Mortui enim eſtis & vita veſtra eſt abſcondita cum Chriſto in Deo. Ideo ad Timot. prima 3. ait, & manifeſtè, Magnum eſt pietatis ſacramentum, quod manifeſtatum eſt in carne, iuſtificatum eſt in ſpiritu, apparuit angelis, prædicatum eſt gentibus, creditum eſt in mundo, aſſumptum eſt in gloria; de qua gloria hodie, vt nos ad illam alliceret, radios oſtendere voluit, vt in euangelio patet.

1. Timo. 3.

Quinque Rex benignus Philippus ſuis fidelibus Panormitanis oſtendit, & præſtat, quibus nautæ in potu eorum lætantur. Primum exaltationem, & excellentiam graduum, & ſtatuum. Secundum præmium, vltra condignum. Tertium, vigorem animi, ad exponendam vitam pro rege. Quartum recognitionem Regis erga filios, & nepotes eorum. Quintum largitatem ſuam, & liberalitatem erga omnes ciues.

Sic in portu huius Euangelij, Chriſtus fidelibus quinque fructus præſtat. Primus eſt, quod fideles poſt hanc vitam, ſurgent ad exaltationem vitæ æternæ. Secundus eſt, quod paſſiones huius ſęculi non ſunt condignæ, ſed præmit vltra condignum. Tertius eſt, quod magnitudine gaudij æterni, mundum ſpernent. Quartus eſt, quod in patria cognoſcent non ſolum amicos, & cognitos, ſed omnes tam veteris, quàm noui teſtamenti. Quintus eſt, quòd per Chriſtum participes erimus tanti gaudij.

Primus ergo fructus eſt, quòd pij, & pœnitentes certi ſint, quod poſt hanc vitam in ſupremo die reſurgent ad vitam æternam, tam illi qui dudum deceſſerunt, quàm illi qui prope ſupremum diem deceſſuri ſunt; in cuius fidem enarrat Euangelica hyſtoria, quod in Dominica transfiguratione, cum Ieſu apparuit Moſes cum illo loquēs, & viuens, qui dudum mortuus fuerat in valle terræ Moab, contra Phogor, & non cognouit homo ſepulchrum eius, vſque in præſentem diem Deuter. 34. & apparuit cum ipſo Helias, qui non dum mortuus, ſed dudum viuus in igneo curru raptus fuerat, vti Enoch, & ipſe viuus adhuc humanis in gentibus; vt fides recepta eſt, teſtis, & vin

Deut. 34. 4. Reg. 2. Eccle. 44.

dex

dex futurus. Apparuerunt autem cum Chriſto duo potius illi, quàm alij, alter mortuus, alter adhuc viuus in argumentum, quod Ieſus vitæ, morriſque dominus; & viuorum, & mortuorum iudex tempore nouiſſimi iudicij iudicaturus eſt; & reſuſcitaturus per Moſen mortuos, per Heliam viuos oſtendens, vt Apoſtolus prima Theſal. 4. Si enim credimus, quòd Ieſus mortuus eſt, & reſurrexit: ita & Deus, eos qui dormierunt, per Ieſum adducet cum eo. Hoc enim dicimus in verbo dñi, quia nos qui viuimus, qui reſidui ſumus in aduentu domini, non præueniemus eos qui dormierunt, quoniã ipſe dominus in iuſſu, & in voce Arcangeli, & in tuba Dei de Cœlo deſcendet, & mortui qui in Chriſto ſunt, reſurgẽt primi; deinde nos qui viuimus &c. Hæc voluit Ioan. dicens in perſona Chriſti. Qui credit in me, etiam ſi mortuus fuerit, viuet. 1. Theſ. 4. Ioan. 2.

Sed contra idem ibidem; & omnis qui viuit & credit in me, non morietur in æternum. ſi credens in Chriſtum non poteſt mori, cur Chriſtus aitècontrario, etiam ſi moriatur viuet: nam ſi fides conſeruat eum, vt non moriatur, quare permittitur mori, vt rurſum viuat?

Reſpondeo quod ſic intelligo, licet in Chriſtum credens aliquando crimen incurrat, quod mors prima dicitur, tamen conuerſus ad Chriſt, qui eſt vita noſtra, viuet ſpiritualiter, iuxta illud Ambroſij dicẽtis. Nam & prima reſurrectio, eſt peccatorum euaſiſſe tenebras, lumenque poſſidere iuſtitiæ: ſed qui vocem filij Dei non audierit, tranſiens de morte peccati ad vitam, hic de prima morte ad ſecundã æternalem omnino tranſibit.

Et ſecundum Apoſtolum poſſumus dicere, quod littera intelligẽda eſt, de illa morte & de illa vita, de qua Coloſ. 3. ait. Mortui enim eſtis & vita veſtra abſcondita eſt Chriſto: ideo oſtendens vitam corporalem, non eſſe noſtram vitam, ſed vita noſtra nobilior abſcondita eſt cum Chriſto in Deo in domo eius. Coloſſ. 3.

De qua domo, Dauid ait. Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini, ideſt hoc vnum petimus, & optamus vt tandem à peregrinatione hac exeuntes transformemur, vel transfiguremur, ideſt ad illam diem cum ſalute perueniamus, qua reformandi ſumus, & configurandi Chriſto, & tunc habitabimus in domo Domini. Pſ. Lo.

Vnam petij à Domino; ideſt hæc ſit vna ſola, & ſingularis petitio noſtra, vt in ſempiternum habitare, & domeſticè permanere poſſimus in domo domini; Quaſi dicat, Domine nunc per gratiam tuam confirma nos, & donec viuimus in Eccleſia militante, quæ eſt domus

mus tua,& numero,& merito permaneamus,& poſt hanc vitam cor poris,in ciuitate,ac manſione ſuperna,vt domeſtici Dei inuenire me reamur, & à conſpectu tuo nunquàm proijci; ſed ibi æternaliter morari.

Et cur illam beatitudinem,corde, ore, & opere quærere & optare debemus,ſubdit rationem dicens.

Vt videam voluntatem,vel voluptatem Domini, ideſt vt experiamur, & percipiamus iucundiſſimam voluptatem,& ſuauiſſimas delitias Domini,nunc quidem ex parte,& per prægustationem ſupernę dulcedinis,in futuro autem ad plenum,& per perfectam ſatietatem, & ſic perueniamus ad templum ſanctum Domini, ideſt ad cęleſtes manſiones,in quibus Deus glorioſus inhabitat, tanquàm in templo ſancto ſuo,& ibi cum electis fruamur æternis delitijs. Vt autem viſitare poſſimus tandem Eccleſiam triumphantem, iam ſedulò, & deuotè viſitemus Eccleſiam militantem, quæ domus Dei eſt tabernaculum.

Differunt Domus,& tabernaculum; Nam tabernaculum eſt habitaculum militum, in expeditione poſitum : domus vero dicitur illa, in qua ſemper manebimus.

Diuerſa ſunt quæ acturi ſumus in tabernaculo, & in domo: nam in tabernaculo pugnandum eſt contra hoſtes; Nam militia eſt uita hominis ſuper terram.Iob.7.

Sic autem pugnandum eſt in tabernaculo,ideſt quandiu ſumus in hac peregrinatione, vt glorioſi reperiamur in æterna domo, in qua non pugnandum,ſed exultandum,& laudi Dei inſiſtendum, iuxta il-

Pſal.83 lud, beati qui habitant in domo tua Domine,&c.Pſal.83.

Notandum, quod multa ſunt tabernacula: Materiale,ſpirituale, cęleſte,infernale.

Materiale,mundus,corpus humanum,Eccleſia.

Circa tabernaculum materiale mundi agitabitur terra, & cętera,

Eſa.24. Eſai.24.

Circa tabernaculum corporis humani dicitur;Quandiu ſumus in hoc tabernaculo,ingemiſcimus.2.Corin.5.

Certè quòd velox eſt depoſitio tabernaculi mei, dicitur ſecunda Petr.1.

Circa tabernaculum Eccleſiæ,tria conſideranda ſunt.

Primò,ex quibus conſtruitur,quia ex lapidibus.Marmore orationis vocalis;Alabaſtro adorationis corporalis:Porfido oblationis tēporalis:in Eccleſia enim Deus vult orari,adorari laudari.ati

Secundò, quo modo Deus habitat in eo,quia per aſſiſtentiam,audien

dientiam, clementiam.

Tertiò, quo modo ſe debet habere homo in illo, quia orare, adorare, offerre; & primum poteſt quæri; num orationes, & laudes debeant fieri in Eccleſia, pluſquàm in alio loco; & videtur primò quod non; & hoc vnica ratione, quæ talis eſt.

Deus eſt vbique per præſentiam; ergo non magis laudandum, orandum, vel adorandum ipſum in vno loco, quàm in altero, & hoc videtur innuere Apoſtolus cum dicit. Volo ergo viros orare in omni loco, leuantes puras manus, ſine intermiſſione, & diſceptatione. 1. Timo. 2. ergo non videtur quod magis in Eccleſia, quàm alibi, & cętera.

Ad orationem dicitur, domus mea, domus orationis vocabitur cũ ctis gentibus. Eſa. 56.

Ad adorationẽ dicitur, Adorate Dominum in atrio ſancto eius, Pſal. 95. Adorabo ad templum ſanctum tuum in timore tuo. Pſal. 95.

Introibo in domum tuam, &c. & Pſal. 131. Introibimus in tabernuculum eius, & adorabimus in loco, vbi ſteterunt pedes eius. Pſal. 131.

Ad laudem in Eccleſijs Benedicite Deo, Domino de fontibus Iſrael. Beati qui habitant in domo tua Domine, in ſęcula ſęculorum laudabunt te, Eſa. 6. Apoc. 4. Seraphin ſtabant ſuper illud, &c. & clamabant alter ad alterum, & dicebant. Sanctus, Sanctus, Sanctus. Pſal. 67. Pſal. 83. Eſa. 9. Apoc. 4.

Ad oblationes antiquorum, & modernorum, exemplum habemus: Nam omnes alias oblationes fiebant in templo, nunc autem fiunt in Eccleſia; Miſſæ dicuntur, horæ cantantur, & alia ſpiritualia: ſignum ergo eſt, quòd Eccleſia propriè locus eſt talibus deputatus.

Ad quæſitum, reſpondetur; quod Deus eſt ubique per eſſentiam, præſentiam, potentiam: quia loco non circunſcribitur, cum ſit immenſus: Vnde Pſal. Quo ibo à ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? ſi aſcendero in cœlum tu illic es, ſi deſcendero in infernum ades, &c. Pſal. 138. Quaſi dicat. Tu Domine ſpiritus es, & non caro: Non eſt locus in cęlo ſurſum, aut in terra deorſum, in quo aliquis poſſet ſe occultare à præſentia tua: Nam ſi ad cęlum quis aſcenderit, credens ſe occultare à præſentia tua, errat; nam cœlum ſedes mea, terra autem ſcabellũ pedum meorum Eſa. 66. Et iuxta Hiere. Nunquid non cęlum, & terram ego implebo, dicit Dominus? Et ſi deſcenderit etiam vſque in infernum, non occultabit ſe à præſentia tua, quia ibi ades, ſed potentiam, & ſeueritatem tuæ iuſtitiæ, vt iudex contra impios dicendo. Hiere. 23. Pſal. 138.

Et ſi ſic ſit Deus vbique, tamen dicitur eſſe diuerſimodè in locis, per diuerſitatem opinionum, aut ſuæ potentiæ manifeſtationem, exemplo

plo regis creati, qui habet palatium, in quo habet aulam ad audientiam, talamum ad refectionem cum ſuis, carceres pro debitoribus, ſtabulum pro equis, & porcis. A ſimili, Deus habet cœlum; in quo clementiam oſtendit, & ibi eſt per miſericordiam, & veritatem.

Aulam ad dandum audientiam; & iſta eſt Eccleſia Dei; in qua eſt per gratiam, in qua vult orari, & gratias ſibi fieri: In huius figuram dixit Dominus Salomoni. 2. Paralip. 7.

Audiui orationem tuam, & elegi locum iſtum mihi in domum ſacrificij, & Conſtantinus iuſſit Eccleſiam publicam fabricari. 12. quæſtio. 1.

Stabulum inferni, pro beſtialiter viuentibus, in quo eſt, per iuſtitiam,

Carceres purgatorij, pro debitoribus.

Et cum dicitur Deus eſt vbique; vnde eſt generaliſſimè, tamen ſpiritualiter eſt in cœlo, & in Eccleſia.

Ad illud Apoſtoli & cętera; Volo viros & cętera: reſpondeo oratio duplex.

Particularis, & hæc poteſt vbique fieri; quæ per Eccleſiaſticos fit

Alia communis, vt celebratio miſſarum, & iſta debet fieri in Eccleſia. Dico etiam, quod melius eſt, quòd omnis oratio fiat in Eccleſia, propter multas rationes.

Primò quia eſt locus à Deo ſic ordinatus, & Deo ſpiritualiter dicatus, vt patet 2. Paralip. 7.

Secundò, quia in Eccleſia eſt præſentia corporis Chriſti, in ſacramento altaris.

Tertiò, quia ibi aſtant Angeli ſacramēto. Iacob vidit ſcalam & cætera, Gen. 28. & ij deferunt, & præſentant orationes Deo, iuxta illud. Gen. 28.
Quando orabas, obtuli orationem tuam Domino, Iob. 12.

Quartò, quia ibi eſt præſentiam crucis, & aliorum ſacrorum, propter quæ Dæmones fugiunt Eccleſiam, & non impediunt orantes.

Quintò, quia ſunt ibi reliquię ſanctorum martyrum, vnde Chriſoſt. in quandam Homil. dicit. Sicut audaces latronum duces inſpectis Regijs inſignijs deterrentur & fugiunt, ſic profectò Dæmones, vbi coronatorum martyrum corpora poſita cōſpiciunt, illa ab eis longè conſpecta pauidè fugiunt, & cætera, & ex his patet quàm veneranda ſit Eccleſia.

Sed hæc dolenda conditio mortalium, & maximè Chriſtianorū, qui nullam reuerentiam habent Eccleſię: immo verum eſt quod dicitur per prophetam. Polluerunt templum ſanctum tuum Pſal. 78.

&

& illud Chriſti, qui eijciens ementes & vendentes dixit. Domus mea domus orationis vocabitur: vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum. Matth. 21.

Oues vendunt ſimplices, & leues, qui malè operantur & ignoranter.

Boues &c. carnales & ſenſuales, qui quaſi immobiles permanent, & ſine reuerentia, &c.

Menſæ numulariorum, ſunt loca, in quibus auari tractantes de negocijs ſedent.

Cathedræ vendentium, ſunt mulieres ornatæ, quæ vendunt animas ſuas & laſciuorum Diabolo: Sunt enim vt noctua, vel pica ludens, vt columbæ auolent, & capiantur.

Audite mulieres quid de vobis dicat Paulus, & confundamini, & cætera. prima Corinth. 11. Omnis autem mulier orans, ait propheta, non velato capite, deturpat caput ſuum.

Mulieres in Eccleſia caput velatum habeant propter angelos, & cætera. Non dixit quod habeant cornua, retia, & huiuſmodi alia & cętera. O infelices, conſiderate quod omnes ſancti picti in Eccleſia ſtāt in ſignum pœnitentiæ. Nam aliqui cum gladijs fixis in capite. Alij cum gladijs in collo ad ſignum paſſionis ſuę, alij macilenti, alij cū libris, alij cum craticula, alij cum pelle: vos autem effrontes, cum pompis fucatæ, cum caudis &c. audite Apoſtolum.

Quicunque violauerit templum Dei, diſperdet illum Deus. primę Cor. 3. Fortè etiam ad literam tales diſperdentur &c. O quæ lenocinia, ſacrilegia in eccleſia fiunt: ſi dici poſſet, quot riſus, ſed qui habitat in cœlis irridebit eos, & cętera. Pſal. 11. Cauete, quia Deus in tales iudicat.

Exemplum de Heliodoro, qui cum vellet ſpoliare templum, & oblata auferre percuſſus fuit. 2. Machabeorum. 3.

Et quia iam non ſolum viginti quatuor viri verterunt dorſa contra altare templi, & facies eorum contra orientem, vt dicitur Ezech. 8. imo ferè omnes: nam non ſolum layci, ſed & ſacerdotes, religioſi Prælati audite.

Ciuitas Dei, quam ſicut ciuitatē cuſtodire debetis: nā ſuper eam poſuit vos vt cuſtodes. Vnde Eſa. ſuper muros tuos Hieruſalem poſui cuſtodes, qui tota die & nocte in perpetuū non tacebunt. Eſa. 62.

Cuſtodiri inquam debetis ab inimicis ne intrent, & violent & cętera. exemplo Chriſti eiicientis ementes, & vendentes & cætera. & tenere familiam Dei, & cætera. ſed quomodo cuſtoditis ciuitatem iſtam? Quoniam non ſolum permittuntur mercaturę, lenocinia, cla

mores, & cætera, ſed & vos ipſi facitis, & conducitis inimicos Dei, & Chriſti, peccatores, & peccatrices, &c. Item muros ruere permittitis, & cętera.

Sponſa Chriſti, vnde Epiſcopus annulo conſecratur: in quo notatur deſponſatio Eccleſiæ; hanc ſponſam ornare debetis, ſed quo modo ornatis? Num calicibus, paramentis, capellis, altaribus. Quomodo ſtant hæc? forte non mundantur, ſpoliantur, nuda manent, muri ruunt, cadunt capellæ, lacerarę ſunt veſtes ſacræ, in calicibus forte de cupro aut plumbo miniſtratur: non vnam ſolam, ſed plures habent, cum tamen vnius vxoris, ideſt vnius Eccleſiæ debeat eſſe vnus ſponſus: damnatur ſponſus habens plures ſponſas, quid de habente tot Eccleſias?

Tabernaculum Chriſti ideo venerari debetis, ſed quo modo? iam forte in hoc non habetur ſacramentum, & ſi ſit forte à vermibus corroſum, forte ſine hoc ſeruatur, forte inter pulueres, & breuiter ſine omni reuerentia.

Domus Dei quam iuxta Pſal. 13. decet ſanctitudo, & cætera. Nūc autem, & cætera. Vinea Domini quam cuſtodire, in qua laborare debetis: in hac enim conduxit nos paterfamilias, & poſuit vos cuſtodes in vineis, ſed quomodo iam cuſtoditis, equidem quicunque veſtrum dicere poteſt, Poſuit me cuſtodem in vineis, ſed vineam meā non cuſtodiui. Cant. primo.

Iam non plantatis faciendo officiare miſſas, & cætera. non putatis & cætera. non laboratis, & cætera. ſpinæ auaritiæ, & vepres rapinæ aſcendunt, & cætera. & tantum vnum curatis, id eſt introitus. O infęlices.

De regimine Eccleſiæ & ſanguinis Chriſti Ieſu redemptione datu ri eſtis rationem. cogitate ſi camera talem, taliter ornatam noſtri in qua monetis curatis, vt ornamentis munita ſit, quanto magis Eccleſiam curare debetis. ſi lectum, quanto magis Altare, & cętera. ſi torques in cameris, ſi pulueres abijciuntur, & cętera immunda, quanto magis ab Eccleſia ab altaribus calicibus. Cogitate &c.

Quia dictum eſt, quod in tabernaculo ecce Deus vult adorari, ideo volo quod videamus multa dubia, quæ occurunt de adoratione.

Primò volo examinemus. Num humanitas vel caro Chriſti adoranda ſit adoratione latriæ: & videtur primò quod non: nam ad hoc facit illud quod dicitur Deute. 5. & Luc. 4.

Dominum Deum tuum adorabis, & cætera. ergo humanitas Chriſti, vel caro non eſt adoranda & cętera. Hoc etiam probatur ratione

tali,

tali, quia maiori maior reuerentia, minori minor reuerentia debetur: ſed Christus homo minor eſt patre, & humanitas etiam vnita deitati minor eſt deitate, ergo minor reuerentia eſt ei exhibenda: ſed ſumma reuerentia, quæ dari poſſit eſt latria, ergo ſummo & maiori eſt danda, ergo ſoli Deo, &c.

In oppoſitum eſt Damaſcenus dicens. Christus perfectus Deus, perfectus homo, quem adoramus vna cum patre, & ſpiritu ſancto, & in contaminata carne eius: ſi perſonæ Chriſti damus latriam, ergo & carni eius.

Item Auguſtinus ſuper illud, Adorate ſcabellum pedum eius, Pſal. 98. dicit, in Chriſto terra, ideſt caro ſine impietate adoratur à nobis, quia nemo carnem eius ſpiritualiter manducat, niſi prius adoret &c. Pro reſolutione dubij, dico quod caro Chriſti conſideratur multipliciter.

Primò, vt idem Deus, & tantum valet ſicut hoc quod dico homo, & ſic intelligitur cum dicitur, Verbum caro factum eſt, ideſt homo, & tunc latria adoranda, quia ille homo ratione perſonæ Deus eſt, & ideo ei latriæ cultus, vt Deo, debetur.

Secundo modo vt dicit partem humanitatis per ſe, non vt vnitam & ſic carni, non latria, ſed dulia debetur.

Tertio modo vt nominat ipſam naturam creatam diuinitati vnitam, & ſic & latria, & non dulia, & hyperdulia ei debetur propter excellentiam, ideſt ratione vnionis cum Deo.

Quartò, caro & anima conſideratæ, vt perſonæ diuinæ vnitæ, latria adorandæ ſunt.

Non ſolum ergo Chriſtus homo adorandus eſt latria, ſed & humanitas eius, in quantum eſt verbo vnita, quamuis per ſe conſideratæ non latria, ſed dulia debeatur.

Et cum caro Chriſti nunquam ſit à verbo ſeparata, ſed ſemper vnita, ideo ſemper vt hic conſiderata eſt, eſt latria adorand. Vnde dicit Damaſcenus, Non nudam carnem adoramus, ſed vt vnitam Deitati in vnam hypoſtaſim Dei verbi, ideſt vnum filium, Deum verum, & hominem verum, exemplum, Diadema Regis iacens in terra non adoratur, cum vero Rex illo ſe induerit, vna cum Rege adoratur, & qui contemneret, periculo mortis ſe exponeret: ita de carne Chriſti.

Secundò dubitatur num imagine Chriſti debeatur latria, & videtur primò, quod ſic, iuxta Damaſcenum dicentem, Honor imaginis refertur ad prothotipum, id eſt ad exemplatum, vel imaginatum, ergo idem eſt imaginem adorare, & eum cuius eſt imago: ſed Chri-

ſtus latria adoratur ergo & imago eius adorari debet latria, &c.

In oppoſitum videtur illud Exod. 20. Non facies tibi imaginem neque ſculpr. ſimilitudinem, quæ in cœlo deſuper, & quæ in terra deorſum. Non adorabis, eamque coles. ſi prohibetur fieri ergo multo magis prohibetur adorari.

Item imagines, nec veteri nec nouo teſtamento approbantur ergo adinuentiones nouæ ſunt, & ex præſumptione introductæ, & cætera.

Reſpondeo introductio imaginum rationabilis fuit, & hoc multiplici ratione.

Primò ob ſimplicium ruditatem, vt ſimplices, qui non poſſunt legere ſcripturas, in huiuſcemodi ſculpturis, & picturis tâquàm in ſcripturis aſpicientes poſſint ſacramenta noſtræ fidei legere.

Secundò propter affectus tarditatem, vt ſcilicet homines audientes quæ Chriſtus pro nobis geſſit, & non excitantur ad deuotionem, ſaltem dum eadem, & in ſculpturis, & picturis tanquam præſentia oculis corporis cernunt, excitentur cum clarum ſit quod plus excitatur affectus per ea quæ videt, quam per ea quæ audit. Vnde Horatius de arte Poetica.

Segnius, irritant animos demiſſa per aures,
Quàm quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus, &c.

Tertiò ob memoriæ labilitatem, nã quæ audiuimus, facilius obliuioni tradimus, quàm quæ uidemus. Sæpe enim verum eſt quod dicitur. Verum quod intrat per vnam aurem, & per aliam ſtatim exit, nec ſemper præſtò eſt nobis, qui per verba reducat ad memoriam beneficia nobis collata. Ideo diſpenſatione diuina factum eſt, vt imagines fierent præcipuè in Eccleſiis, vt videntes eas racordaremur de bñficijs nobis impoſitis, & ſanctorũ virtuoſis operibus &c.

Cum igitur imago Chriſti introducta ſit ad repræſentationẽ eius, qui pro nobis crucifixus eſt, nec illa imago offert ſe nobis pro ſe, ſed pro illo: ideo omnis reuerentia quæ imagini Chriſti offertur, Chriſto offertur. Ideo latria imagini Chriſti debetur, &c.

Hoc eſt quod Aug. in lib. de doctrina Chriſtiana ait, qui veneratur tale ſignum diuinitus inſtitutum eius cum ſignificatione, quam intelligit. nõ hoc quod videtur & tranſit veneratur, ſed illud potius, ad quod talia cuncta referenda ſunt: nã vera adoratio eſt in ſpiritu, & deuotione, & amore ſummo, quẽ in nullam creaturam dirigere debemus. largè ergo imaginem dicimus adorari: ſed cum dicimus, adoro imaginẽ, non quia lignum, ſed quia imago Chriſti: ſenſus eſt adoro Chriſtũ corã imagine Chriſti, quia cũ illa ſit imago excitat me ad adorandum

randum Chriſtum: ita exponit Damaſce. lib. 4.ſententiarum cap.8. ubi allegat Magiſtrum Baſylium,&c. Dicit enim, Sanctorum imagines adorare debemus propter imaginis repręſentationem, licèt nobis coram imagine ſanctum illum, cuius eſt imago, adorare: & ita intelligimus totum ritum eccleſiæ de imaginibus adorandis, vt ſit ſenſus coram imagine imaginatum adoramus.

Cum autem dicitur prohibitum eſt imagines facere.

Reſpondeo, verum eſt pro eo tempore, quo Deus humanam naturam non aſſumpſerat: tunc enim Deus omnino ſpiritus erat. Ideo infigurabilis, incircunſcriptibilis, & ita figurare diuinum, vt diuinum eſt error & impium. At poſtquàm ob viſcera miſericordiæ factus eſt homo, cum hominibus conuerſatus eſt, crucifixus eſt, &c. & non omnes noſcunt literas, & ſi noſcunt lectioni fortè non vacant, vt huiuſmodi triumphos memoriæ retineamus: patres noſtri illos per imagines nobis deſcribere optimum iudicarunt.

Cur dicitur, ſunt occaſio erroris, &c. Reſpondeo ſacræ ſcripturæ, & creaturæ quandoque ſunt occaſio erroris: nec tamen abolendę ſunt, aut deſtruendę, quare hoc diuini iudicij, vt bonis in bonum, & malis in malum conuertatur: ita contingit de imaginibus.

Cur dicitur in ſcripturis, nō approbantur, &c. Reſpondeo, multa Apoſtoli tradiderunt, quæ non ſunt ſcripta: vnde Apoſtolus laudabat eos, qui tenebant ſuas traditiones. Eccleſia autem fideliter ſeruauit, quæ ab Apoſtolis accepit.

Vſus imaginum confirmatur duobus, vt dicit Auguſtinum, & narratur in hiſtoria Eccleſiaſtica.

Vnum eſt, quòd cum Abagarus Rex miſiſſet pictorem ad Chriſtū vt imaginem Chriſti diuinam picturaret, & propter coruſcationem, à facie Chriſti exeuntem tolerare non poſſet. Chriſtus veſtimentum proprium faciei ſuæ applicans imaginem ſuam in illo impreſſit, & illam Abagaro miſit.

Aliud eſt, quod audimus & accepimus quod Lucas depinxit Dominum, & Matrem eius, ex quibus patet quòd imagines non ſunt nouæ inuentiones, non ex præſumptione, ſed ex diuina; & Apoſtolica traditione.

Tertiò dubitatur, nunquid latriæ cultus debeatur Beatę virgini. Reſpondeo, ꝙ non, quia pura creatura eſt, cui latria non conuenit, tū quia excellentiſſimum nomen habet; & excellentius puræ creaturæ conuenire non pōt: exiſtens.n.uirgo, mater Dei dicitur: ideo non tantū honor duliæ, ſed hyperduliæ ei cōpetit. Quia.n.mr̄ Dei prælata eſt cęteris creaturis, & iō decet eam prę cęteris honorari, & venerari.

Quartò, dubitatur de cruce Chriſti, nunquid latria debetur ei: cum enim ſit pura creatura, non vnita verbo, & latria debeatur ſoli Deo per ſe, & naturæ aſſumptæ ratione perſonæ, videtur quod dare latriam cruci ſit idololatrare. Reſpondeo, de cruce eſt diuerſus modus dicendo.

Vnus modus eſt, quòd cum crux ſit inſtrumentum totius humanę redemptionis: in ipſa enim ſalus, & redemptio totius humani generis eſt facta; ideo omnes homines debent ei eſſe ſubiecti ſubiectione notabili & ſpirituali. Ideo excellentiori honore adorari debet, quã ſit dulia quæ debetur rationali creaturæ, & ita ſecundum iſtum modum hyperdulia cruci &c.

Alius modus dicit crux non eſt adoranda, niſi in quantum in ea adoratur Chriſtus, nec aliqua honoris reuerentia ei exhibenda, niſi ratione crucifixi, ſicut nec imagini, niſi ratione imagati: & ita latria ei debetur, & non alius honor, cum ſtultum ſit rem inſenſibilem honorare: nam pro indifferenti habet honorem, & vituperium.

Huic videtur fauere Damaſce. qui vbi ſupra in cap. de ſanctis imaginibus dicit non crucem adoramus, ſ. Chriſtum, ideſt figurationem ideo non vt res quędam, ſed vt ſignum quoddam eſt adoranda: eſt enim ſpecialiſſimum memoriale Chriſti crucifixi.

Aduertendum eſt, quòd Damaſc. vbi ſupra in cap. de Cruce dicit, quòd non ſolum eſt veneranda figura, ſed & materia, ſeu lignum, in quo dominus pependit: in alijs autem crucibus ſolum figura, non materia veneranda eſt. Verba ipſius ſunt. Ipſum quidem precioſum lignum crucis venerabile, in quo ſeipſum Chriſtus pro nobis obtulit, vt ſanctificatum tactu corporis, & ſanguinis decenter eſt adorandum; ſi autem ex alia materia facta ſit, auro ſcilicet vel argẽto &c. non materiam, ſed typum adoramus. Aliqua ergo reuerentia debetur cruci, excepta adoratione latriæ. In ſignum Eccleſia ſolemnizat inuentionem in exaltatione crucis, ſicut in feſtis ſanctorum. Ideo notandum quòd honor dupliciter alicui exhibetur.

Aliquando in obſequium reuerentiæ, & iſte eſt honor venerationis; & talis debetur cruci, tanquàm inſtrumento noſtræ ſalutis cauſalitas: ſic cruci Chriſti, & clauis eius aliqua reuerentia eſt exhibenda.

Aliquando in teſtimonium virtutis, & famulatum complacentiæ, & iſte eſt honor adorationis qui debetur cruci ratione crucifixi. nemo enim intendit ei placere, vel aliquid ab ea impetrare, ſed ei, qui in ea affixus fuit, & debetur ei adoratio latriæ; & ita cruci duplex honor debetur latria ſcilicet, & alius, qui non eſt ſpecies adorationis.

Ideo

Ideo non dulia, ſed honor venerationis dici poteſt.

Si autem dicatur, in Pſal. dicitur, adorabo ad templum ſanctum tuum; & dicitur prima Corin. 6. Quodlibet membrum Chriſti latria adorandum eſt, &c. Item caput & membra Regis eadem adoratione adoranda. Chriſtus eſt caput, nos mẽbra, ergo. Item quodlibet membrum eſt imago Chriſti, non ſolum imago ſecundum naturam, ſed ſimilitudo ſecundum gratiam: ſed honor imaginis, vt dictum eſt ſupra, refertur ad prototypum, ideſt ad principale figuratum, ergo ſi Chriſtus adoratur latria, & membra Chriſti, in quibus eſt imago naturæ, & ſimilitudo gratiæ, &c.

Reſpondeo, ſumus membra Chriſti ſecundum humanam naturam, & ſerui ſubditi, & in dignitate inæquales, ideo cum latria debeatur creatori ratione maieſtatis & excellentię, ſequitur quòd membris Chriſti cultus latriæ non competit: multa enim diſtantia diſtat corpus à capite ratione diuinitatis vnitæ.

Ad illud de templo dico, quòd templum duplex, vnum ab homine fabricatum, aliud à ſpiritu ſancto ſanctificatum. Primum ſolum inductiuum eſt ad aliud, & propter aliud inſtitutum in ſe rationem multam habens, quia debeat adorari, ſed tantum ratione eius, quod in eo colligitur. Secundum autem vt puta, anima fidelis non ſolum propter aliud, ſed habet in ſe aliquid, ratione cuius poteſt eſſe capax, & particeps honoris. De primo templo loquitur Pſal.

Ad illud de capite regis & membris, &c. Dico ꝙ non eſt ſimile: nam caput Regis & membra, ſunt ſimpliciter eiuſdem naturæ: Chriſtus autem qui eſt caput noſtrum præter naturam humanam in qua communicat nobiſcum naturam habet diuinam, in qua ſuperexcellit omnem creaturam, & ratione illius conuenit ei talis honor, qualem nulli creaturæ decet exhiberi.

Ad illud de imagine dico, in membro Chriſti eſt aſſimilatio Chriſti per gratiam, tamen propter hoc non ſequitur, quòd debeat Chriſtus adorari in tali membro adoratione latrię, ſicut in imagine ſculpta, vel ante imaginem ſculptam, iuxta dicta ſuperius: & ratio eſt, quia imago ſculpta ſe offert non ſolum vt ductiua ad aliud, ſed vt res rationalis, & excellens & digna honore; & ita honor ſibi debitus nõ totaliter refertur ad prototypum, ideſt ad principale figuratum, ſicut in imagine ſculpta. Vnde propter duo pericula non debet Deus in imagine, quæ eſt homo, latria adorari. Quorum primum ex parte adorati, ne ſuperbiat & extollatur per inanem gloriam, quaſi honor ille ſibi impendat & fiat.

Secundum ne adorans cadat in idololatriam, aſpiciendo tantum

ad formam humanam, & cætera.

Eſt tabernaculum ſpirituale, notandum quod talis eſt mens humana ſeu anima, de qua Iob 29. Quando ſecretò Deus erat in tabernaculo meo: & hoc conſtruitur ex gemmis, id eſt ex auro charitatis; argento puritatis, lapidibus precioſis virtutum.

Porta huius eſt conſcientia; quandoque nimis lata, nimis ſtricta, vt in ſcrupuloſis. Tracta ut in deſperatis.

Nimis latam habent ignorantes, negligentes, ſeipſos nimis amantes, vt ſunt ſuperbi, auari, luxurioſi, ianitorum recta ratiò. cum ergò ratio errat, intrant tunc beſtiæ, porci, & deturpant tabernaculum animæ mentis, vel conſcientiæ.

In iſto eſt imago Dei. Habitat Deus per gratiam, ad eum veniemus, ſacrificatur ſacrificium Deo ſpiritus contritus. Iſtud debet eſſe pulchrum per conuerſationem, foris pictum per exemplum, intus mundum per puritatem, mundum ſcopa pœnitentiæ, ornatum tapetis virtutum.

In iſto fiunt teſtificationes, accuſationes, ligationes, vel allegationes, probationes, defenſiones, excuſationes, abſolutiones, ſententiæ.

Iſtud debet eſſe pulchrum & mundum, vt ſponſa ad placendum, vt facies ad apparendum, oculus ad videndum, vt manus ad operandum, veſtis ad induendum, ſpeculum ad conſiderandum; vt liber ad oſtendendum, talamus ad habitandum. Hæc de tabernaculo ſpirituali.

Eſt tabernaculum Eccleſiæ. ſciendum quòd illud eſt multiplex.

Eccleſia triumphans, de qua ſedebit populus meus in pl.p. & in tabernaculo fiduciæ. Eſa. 32.

Chriſtus aſſiſtens peramplus, & perfectius tabernaculum non manu factum. Hebr. 9. Quàm pulchra tabernacula tua Domine ſac. Nume. 24. Domine quis habitabit, &c. Pſal. 14. quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum. Pſal. 83. cum defeceritis recipiāt. Luc. 16.

Caro Domini vel diſpenſatio incarnationis, in ſole poſuit tabernaculum &c. Pſal. 18. ideſt ſub ſole vel temporali mutabilitate &c.

Protectio diuina à tēpeſtate tentationum. Vnde dicitur Eſa. 4. ſuper omnem enim gloriam protectio, & tabernaculum erit in vmbraculū diei ab æſtu, & in ſecuritatē, & abſcōſionē à turbine & à pluuia.

Eſt tabernaculum infernale, notandum quod illud eſt multiplex, ſcilicet ſuperflua terrenorum congregatio, & temporalis fœlicitas, vnde dicebat Iob 8. Tabernaculum impiorum non ſuſtinet. Alius euellet te, & emig. te de tab. &c. Pſal. 51.

Corpora

Corpora reproborum uel damnatorum habemus altare de quo ede re non habent poteſtatem, qui tabernaculo deſeruiunt. Heb. 13.

Ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiũt Iob 5. Ipſe æterna ſupplicia. Hæc ſunt tabernacula iniqui Iob. Aſpergatur uel aſpergetur in tabernaculo eius ſulphur. Iob 18.

Vltimò circa tabernaculum uirginale, quod conſtructum fuit ex ſole, luna, & ſtellis.

In hoc uoluit uiſibiliter apparere, & inhabitare, ut in camera. Re quieuit in tabernaculo meo, Eccle. 24.

In hoc diſpenſat gratias, acceptat orationes, admittit ſupplicãtes. Hoc eſt tabernaculum audientię, & gratiarum, ad quod confugientes refugium ſuſcipiunt, de quo dici poteſt.

Abſcondit me in tabernaculo ſuo, in die mala protexit me in abſcondito tabernaculi ſui, Pſal. 26. Quod ad interiora templi uel tabernaculi non intrabat, niſi ſolus ſacerdos, & ita ſacerdos dicitur abſcõditum tabernaculi: ſacerdos Chriſtus eſt, qui fuit abſconditus in hoc tabernaculo, ſumens in ipſo carnem, factus homo.

In hoc autem abſcondito, ideſt in Chriſto cœpit, & facta eſt protectatio noſtra.

Tabernaculum uerè a nobis uenerandum, imitandum, inuocandum. Eſa. N. Faciatis tria tabernacula, Materiale, & illud ueneramini adorationibus, genuflexionibus &c. Spirituale, & hoc ſummo ſtudio ſcopa pœnitentiæ mundate. Virginale honorate, Imitamini inuocate &c. Cœleſte deſiderate, infernale deſtruite, fugite, odite, &c. V. o. quomodo quomodo &c. practica.

Secundus fructus eſt, quòd paſſiones huius ſeculi non ſunt condignæ ad futuram gloriam, cum ipſe dominus fidem facere uoluit ipſa transfiguratione in qua facies eius reſplenduit, ſicut ſol, & ueſtimẽta alba ſicut nix. Quia ſicut nullus ſub cœlo ſplendor comparatur ſoli, & candor niui, ita paſſiones huius ſeculi non comparantur glorię, Roma. 8. ſed pij & electi in reſurrectione erunt conformes capiti in claritate, ut ipſe Dominus Matth. 13. Fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris mei: & Paul. Philip. 3. ait, noſtra autem conuerſatio in cœlis eſt, unde etiam ſaluatorem expectamus dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ ſecundum operationem qua etiam poſſit ſubijcere ſibi omnia: & hoc eſt quod Lucas affirmat, quòd Moyſes & Helias apparuerunt cum Chriſto in maieſtate & gloria. Itaque quis non uelit omnia huius mundi amore Chriſti dedecora ſubire propter tantam gloriam, quando uidemus quamplurimos tot ignomi-

nias hic ſubſtinere propter glorias uanas, & pernicioſas & indignas gloria cœleſti: de quibus mundanis glorijs ait ſapiens Eccle. 1. Vanitas uanitatum, & omnia uanitas.

Sed contra Geneſ. 1. cap. uidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant ualde bona. cur ſapiens uanitatem eſſe omnia dicit, non ne ſapientia a Deo habuit?

Reſpondeo, quòd ſi nos conſideramus originem creaturarum in ſua creatione, plena fuere a Deo, & ideo bona, & optima: ideo erant ualde bona. ſed ſi conſiderentur eadem poſt rebellionem in hac tempeſtate, quam Paul. 1. Corin. 10. uocat fines ſeculorum: nuncupanda ſunt omnia uanitas: quia ſuam perfectionem amiſerunt: ideo omnia uanitas: ſic Rom. 8. Vanitati creatura ſubiecta eſt. ideo Propheta Pſal. 118. auerte oculos meos, ne uideant uanitatem, & Pſal. 130. Dicti omnes obſeruãtes uanitatem: & increpans uanos ait, Vt quid diligitis uanitatem: gloria ergo huius mundi & paſſiones huius mundi uanitates ſunt.

Tertius fructus eſt, quòd tantum in uita æterna, adeo quod in cœleſti futurum pœnitentibus gaudium, ut præ magnitudine tam pro nihilo habebunt omnia huius mundi bona & gaudia, quantumuis grãdia ut eorum obliuiſcentur omnium, & quæ hic ſubſtinuerunt ultra non ſentient. Vide Petrum quod præ dulcedine & guſtu duntaxat figuræ, & umbræ futuri gaudij, quod quaſi per ęnygma, & ſpeculum uidebatur, optabat ſe perpetuò illic manere dicens, *Domine bonũ eſt, &c. Si uis, faciamus &c.* nempe tanto in eo glorioſo gaudio delectatus, ut cuncta temporalia obliuioni traderet, ibique uellet in perpetuum manere. Si modo ſenſibilis uiſa Chriſti gloria, ſic Petrum illexit ut diceret bonum ibi manere, quid exiſtimandum eſt de illo ineffabili & in intelligibili gaudio & bono in gloria cœleſti ubi nulla intẽperies, nulla moleſtia, ubi nullum malum, ſed omne bonum, ubi nec oculus uidit, &c. Quis autem difficile putat pro tanto gaudio tormẽta multo duriſſima pati, quę in cœleſti patria præ nimia lætitia non

Iob. 16. ſit ſenſurus, uti dominus alibi partu mulieris ſubindicat dicens, Mulier cum parit triſtitiam habet, quia uenit hora eius: cum uerò peperit puerum, iam non meminit preſſuræ propter gaudium. Mulier pariens eſt anima pœnitens in amaritudine, quæ nacta gaudium, quod ab ipſa nemo tollet, non recordatur amaritudinis. Via autem eundi ad hoc gaudium, eſt illa per quam Chriſtus hodie conducit Apoſtolos, quæ dicitur uia uitæ, quia in monte uiderunt uiam domini eundi ad cœli gaudia. Ideo Propheta utens præterito pro futuro, Pſal. 15. ait, Notas mihi feciſti uias uitæ.

Sed

Sed contra Pſal.24. idem ait, uias tuas domine demonſtra mihi: cur propheta uias cupit, & petit ſibi oſtendi, quas ſibi notas faceret.

Reſpondeo, quòd licèt Deus notas illi feciſſet uias uitæ, forſan nõ plenè ſed ſemiplenè: idcirco cupiens ad plenum illas intelligere adhuc rogauit dicens, Vias tuas &c. ut ad plenum illis cognitis facilius declinaret a malo.

Sed quæ erant uiæ? Primò ſcire cupiebat cur uita peccatoris tanta Dei ſufferentia prolongaretur. Secundò cur opulentus eſt iniuſtus. Tertiò cur iuſtus tot anguſtijs ſubijciatur. Quartò cur hæc condemnata, illa uero beneficio ſint affecta, & ſic talia cognoſcẽs Deum eſſe iuſtum iudicem ut uereatur, & timeat, & noſcat magnam miſericordiam Dei erga pios, & magnam æquitatem contra impios.

Vel dicamus, quod Propheta loquitur in perſona hominis cupientis incedere in mandatis domini, illas uias petijt ſibi oſtẽdi, per quas uiator recto incedens itinere ad illam terram promiſſionis peruenit, quæ uiuentium terra dicitur.

Sunt autem tres uię, bene cogitare, bene loqui, & bene operari: nã amatores mundi per malum cogitare, malum dicere, & malum facere ad infernum perueniunt.

Hæ autem tres uiæ figuratæ fuerunt per illam uiam trium dierũ; quam a Pharaone ſibi concedi petierant Iſraelitæ, ut in deſerto ſacrificarent domino. Exod.3. Hanc quippe uiam pariter Salomon petierat oſtendi populo, dum orans in templo ait, & oſtendit eis uiam bonam, per quam ambulent. 2.Par.4. Hanc uiam hodie Chriſtus oſtendit Apoſtolis, ut rectè ambularent ad gaudia cœleſtia. Diſcurre, hæc uia erat tenebroſa, niſi hodie lumine Chriſti reſplendentis illuminaretur: ideo Propheta hoc uidens in ſpiritu ait, Pſ.126. Vanum eſt uobis ante lucem ſurgere.

Sed è contrario idem Propheta ait, Pſ.118. Media nocte ſurgebã, & Eccl. ait, Non ſit uobis uanum mane ſurgere.

Reſpondeo primam allegoricè explanantes dicentes, uanum fuiſſe patribus ſub litera cecutiente a peccatis ſurgere ante lucem Chriſtum, quod mundum iacentem in tenebris duntaxat releuare poterat a peccatis ac illuſtrare cognitione Chriſti quod Zac. Luc.2. Illuminare his qui in tenebris & illis pariter qui iam mortui in limbo iacebant. uanum erat in te ſurgere, niſi ueniret ille, qui captiuam deduceret captiuitatem, tanquam uictor de bello, ut Pſ.67.

Vel dicamus, quòd uanum fuerat illis ante caput ſurgere, ne deformitas pareret in corpore, ſi membra prius ſurrexiſſet ex mortuis, & hoc modo. Prima non contratur. Secunda quia mater Eccleſia eodẽ

ſlamine

Audire ergo oportet uerbum domini, quia in eo omnia continentur, ut Ia. 8. Verbo Domini omnia creata fuere.

Item, uerbo Domini cœli firmati ſunt. Pſ. 32.

Sed contra primam ait Iob 10. Manus tuæ Domine fecerunt me.

E contra Dominus ſtabiliuit cœlos prudentia prouer. 3. & Pſ. 103. Omnia in ſapientia feciſti, ſi manu non uerbo, ſi uerbo nõ manu domini omnia creata fuere, & ſi cœli uerbo, non prudentia, nec ſapientia firmati ſunt.

Reſpondeo, per manum hoc in loco uerbum æternum intelligitur, in quo omnia facta ſunt: aſſimilatur manui, quia manus omnem uirtutem recipit a capite membro principali influente in toto corpore: aliter neque manus, neque pes, nec aliud membrum poteſt operari, niſi ſit corpori coniunctum: ſic uerbum ex ſe non operatur, niſi habeat a patre Io. 5. Ego non poſſum facere quicquam: dicitur uerbum patris habens eandem uirtutem ſibi communicatam. Mar. 11. Omnia mihi tradita, & demum pater & filius eandem uirtutem cõmunicat ſpiritui ſancto, & perducit, & ſic tota trinitas operatur. Eadem uerbo cœli ſtabiliti ſunt, & quos cœlos uerbo Domini formatos nouimus, eoſdem prudentia uerbi Dei ſtabilitos agnoſcimus.

Etiam per cœlos poſſunt intelligi Apoſtoli, qui tanquam ſpirituales cœli uerbum Domini diſſeminantes narrauerunt populis gloriã Dei, ut Pſ. 18. Cęli enarrant, &c. Hi uerbo Domini firmati taliter fuere, & uerbis prudentiæ roborati, ut minas impiorum non timerent, ſed inflammati igne diuini eloquij, & uerbi Dei ibant gaudentes ad conſpectum concilij, ut Luc. refert in act. 5. Hoc uerbum eſt ſapientia Dei, de qua Paul. In quo ſunt omnes theſauri, in quo ſapientia omnia creata fuere, uel qua radices idæales, & quod demum in proprias ſpecies per uerbum diſtincta fuere, quod miſterium Io. 1. oſtendit dicẽs, quod factum eſt, uidelicet per uerbum: in ipſo uita erat, hoc eſt ſapiẽtia eſt uerbum, ut ſapiens per quem omnia facta, & conſeruata leguntur. Hoc uerbum quidem eſt illa lux uera, quæ illuminat &c. qua luce uiam eundi ad gloriam cognoſcimus. illuminamini ergo quia populus, qui ambulabat in tenebris, uidit lucem magnam. lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis Iſrael.

Sed ſi ſcire cupis qualis fuerit, & quãta fecerit pro nobis, audi Paulum Hebr. 2. dicentem, Eum autem qui modicum quàm Angeli minoratus eſt, uidemus Ieſum propter paſſionem mortis gloria & honore coronatum, ut gratia Dei pro omnibus guſtaret mortem, ut deſtrueret eum, qui mortis habebat imperium.

Hic eſt ille, qui proprio ſanguine uitulorum ſanguinem euacuauit,

uit, ut nos leproſos mundaret, Heb. 9. Qui per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta æterna redẽptione inuenta: ſi enim ſanguis hircorum, aut uitulorum ſanctificat inquinatos, quanto magis ſanguis Chriſti, qui per ſpiritum ſanctum ſemet ipſum obtulit immaculatum Deo, emundabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis ad ſeruiendum Deo uiuenti.

Hic eſt ille, qui pauperem ſe fecit, ut nos diuites efficeret. 2. Cor. 8. Scitis enim gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti, quoniam propter uos egenus factus eſt, cum diues eſſet, ut illius inopia diuites eſſetis.

Hic eſt ille, qui per crucem ſuam Pontifex maximus nobis euaſit, Hebr. 9. Vbi procurator pro nobis intrauit Ieſus ſecundum ordinem Melchiſedech, Pontifex factus eſt in æternum.

Hic eſt ille, qui deſcendit ad inferos ut ad cęlos aſcenderet, Ephe. 4. Quod autem aſcendit quid eſt, niſi quod deſcendit primum in inferiores partes terræ, qui deſcendit ipſe: quæ autẽ aſcendit ſuper omnes cęlos, ut adimpleret omnia.

Hoc eſt illud pietatis myſterium mundo diuulgatum, ut ab eius miſerijs noſtra fœlicitas oriretur. Ita concludit Paul. 1. Timot. 3. dicens: Et manifeſtè magnum eſt pietatis ſacramentum, quod manifeſtum eſt in carne, iuſtificatum eſt in ſpiritu; apparuit Angelis, prædicatum eſt gentibus, creditum eſt in mundo, abſumptum eſt in gloria, de qua ſatis dictum eſt. Amen.

FERIA SECVNDA
Secundæ Dominicæ.

Rom. 6. PAVLVS prædicator ueritatis cupiens quantæ uanitatis ſit manere in peccato Romanos & oẽs fideles docere, & rectè inſtruere ait, Non ergo regnet peccatum in ueſtro mortali corpore: ſicut enim exhibuiſtis membra ueſtra ſeruire iniquitati ad iniquitatem, ita exhibete membra ueſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificatione; quem ergo fructum habuiſtis, in quibus nunc erubeſcitis: & ibidem, ſtipendia autem peccati mors eſt. & Rom. 8. ait, Qui ſecundum carnem ſunt, quæ carnis ſunt ſapiunt: qui uero ſecundum ſpiritum ſunt, quæ ſpiritus ſunt ſentiunt. & oſtendens finem carnis, & ſpiritus ſequens ait, Nã prudentia carnis mors eſt, prudentia autem ſpiritus uita & pax eſt: & aſſignans rationẽ ait, Quoniam ſapientia carnis inimica eſt Deo: legi enim Dei non eſt ſubiecta, nec enim poteſt; & concludit, Qui autem in carne ſunt Deo

placere non poſſunt, ut hodie ſunt Hebræi, qui uiuentes in carne, increduli, & in peccato obſtinationis erant. Ideo Chriſtus in hoc Euãgelio oſtendens finem eorum, & carnalium omnium obſtinatorum ait, Ego uado, & in peccato ueſtro moriemini. Quieſcite Paululum, & iam ero ad uos.

Tribus expedientibus Rectores fœlicis urbis, diſcolos & malefactores corrigunt, quibus nautæ in portu gaudent, & lætantur. Primò minis horrendis. Secundò flagellis ſtupendis. Tertiò legibus excolẽdis. Sic in hoc portu Euangelij rector, & gubernator Chriſtus tribus medijs utitur in incredulos Iudæos, primò horrẽda comminatione. Secundò ſupplicio infidelitatis. Tertiò indicio carnis illuſtratæ uerbo gratiæ.

Primum ergo quod nobis oſtendit Chriſtus, eſt qui horrenda quadam comminatione terret impios Iudæos dicens, *Ego vado:* ſed uideamus qui ſint, qui nequeunt ſequi dominum, & quibus de cauſis. Dico quòd ignorantes ſiue ſimplices, quia neſciunt uiam, iuxta illud, Viam pacis non cognouerunt Pſ. 13. Via pacis, uia pœnitentiæ, qua peruenitur ad pacem æternitatis, de qua uia dicitur, Miſericordia ſcilicet Dei remittentis, & ueritas ſcilicet peccatoris confitentis, obuiauerunt ſibi in hac uia pœnitentiæ, iuſtitia ſcilicet peccatoris ſe puniẽtis, & pax ſcilicet Dei ipſum in filium & amicum recipientis oſculatæ ſunt Pſ. 84. Pſal.84.

De hac uia dicitur, Ibimus uiam trium dierum Exod. 3.

Primus dies, cogitatio peccati, de qua Hier. uias tuas in conualle ſcito quid feceris Hier. 2. Et Dauid de iſto primo die dixit, Iniquitatem meam ego cognoſco Pſ. 50.

Secundus dies, conſideratio breuitatis peccati, de qua quem fructum habitaſtis in illis, in quibus nunc erubeſcitis? Ro. 6. Vnde Grego. Momentaneum eſt quod delectat, æternum quod cruciat.

Tertius, deteſtatio peccati, de qua, Iniquitatem odio habui Pſal. 118. & Io. Apoc. 2. Hoc habes bonum quod odiſti facta Nicolaitarum, ideſt opera mala.

Hanc uiam multi neſciunt, quia ſcire nolunt, de quibus dicitur per ſapientem Eccl. 1. Stultorum infinitus eſt numerus, qui neſciunt in urbem pergere, ſcilicet cœleſtem, de qua dicitur, Fide uocatus Abraham obediuit in locum exire, quem accepturus erat in hæreditatem. Heb. 11. Heb. 11.

Malitioſi, qui & ſi cognoſcant uiam, non tamen ambulant per eã, de quibus dicit ſapiens Prouer. 2. Qui derelinquũt iter rectum & ambulant per uias tenebroſas &c. Tales ſunt mali ſapientes, qui per ſapientiam

pientiam nouerunt uiam Domini, ſed propter malam uitam non ambulant per eam: immo dicunt illud Eſa.30. Auferte a me uiam, declinate a me ſemitam, ceſſet a facie noſtra ſanctus Iſrael: unde Sap. Via impiorum tenebroſa. neſciunt ubi corruant, Prouer. 4.

Viam tenebroſam odij; quod autem ſit tenebroſa patet per illud. Qui odit fratrem ſuum in tenebris eſt, & in tenebris ambulat 1.Io.2.

Viam laborioſam diſcordiæ cum proximo ſuo: unde tales dicunt illud Sap.5. Ambulauimus uias difficiles, uiam etiam Domini ignorauimus. De his etiam dicitur: Non dimiſerunt adinuentiones ſuas, & uiam duriſſimam, per quam ambulare conſueuerant Iud.2. Viam damnoſam æternæ damnationis, de qua Sapiens. Eſt uia quæ uidetur homini recta, ut Prouer. 14. dicitur: Inconſtantes, qui & ſi uiam intrent & ſciant, non tamen per eam perſeueranter ambulant: de quibus dicitur: receſſerunt cito de uia, quam oſtendiſti eis. Exod.32. Similes ſunt multi qui in tota quadrageſima ambulant uiam pœnitentiæ, ſed & ſtatim poſt paſcha recedunt de ea: de quibus dicitur: Rectæ uiæ Domini iuſti ambulant in eis, præuaricatores uerò corruent in eis. Oſeæ ult. De hac autem uia recedũt multi, & hoc diuerſis cauſis. Alij propter malum exemplum alicuius Prælati, quod figuratum eſt in Amaſſa, quem Ioab occiderat, qui ſanguine conſperſus iacebat in media uia: quod uidens quidam, & quod ſubſiſteret omnis populus ad uidendum, amouit eum de uia. 2. Reg.20.

Sic ſubſiſtunt multi exemplo alicuius Epiſcopi uel alterius Prælati. De talibus Prælatis dicitur Mal. 2. Vos receſſiſtis de uia, & ſcandalizaſtis plurimos in lege: de his etiam dicitur Pſ.139. Iuxta iter ſcādalum poſuerunt. Iter ſunt præcepta domini, iuxta quæ iſti per malum exemplum ponunt laqueum, uel ſcandalum. Prouer.26.

Aliquando propter timorem tentationum; de hoc dicitur, Dicit piger, leo eſt in uia, & leæna in itineribus &c. Leo, Diabolus tentans; leæna, concupiſcentia mundi. In ſimili dicitur: Fiat Dan coluber in uia, ceraſtes in ſemita mordens ungulas equi, & cadat aſcenſor eius retro. Gen.49. Et ſic timentes tentationes recedunt de uia.

Aliquando propter aliquam infirmitatem uel debilitatem corporis, unde in figura loquitur mundus. Noſti Domine quod paruulos habeam, teneras oues, & boues, & fœtas mecum, quas ſi plus fecero laborare, morientur. Gen.33. Sic allegat mundus pro pueris & mulieribus; ſed uerum eſt quòd frequēter æſtimatur debitas quod eſt pigr. unde Sap. Prouer.18. Occaſionem quærit qui uult recedere ab amico Prouer.15. Iter pigrorum quaſi ſepes ſpinarum non ſequuntur dominum.

Onerati

Onerati, unde Bernard. ſuper illud : Ecce nos reliquimus omnia Matth.19. dicit, Rectè feciſti Petre: non enim ſequi poteras oneratus. Onera iſta temporalia ſunt,& maximè acquiſita per uſurã, fraudem, rapinam, furtum. His enim minatur dominus per Prophetam, Veh ei qui multiplicat non ſua, uſque quo aggrauat contra ſe denſũ lutum? Abac.2. Hinc dicitur, onera noſtra graui onere uſque ad laſſitudinem contabuerunt, ideſt contabeſcere fecerunt Eſa.46. Hoc eſt onus quod Apoſtolus monet deponere Heb.11.dicens, Deponentes omne pondus,& circunſtans uos peccatum, curramus propoſitũ certamen. Omne pondus dicit, ideſt omne genus malè ablatum reſtituendum, iuxta illud Eſa.58. Omne onus diſrumpe. Non ſequuntur dominum.

Vinculati & ligati amore carnali, unde unus de iſtis dixit Luc.14. Vxorem duxi, non poſſum uenire. Vxor iſta carnalis uoluptas ſumpta in matrimonium, de qua generantur filij mortis.i. opera tenebrarũ.

Hæc eſt figuraliter Dalida, quę Sanſonẽ ligat per immoderatũ amorem, capillos, ideſt bonas cogitationes expellit, Philiſtæis tradit, per operis impletionem, ideſt Dæmonibus, excæcantur oculi rationis: quia in omnem iniquitatem defluit, a Philiſtæis ponitur ad molam, per molam conſuetudinem. Iudic.16. omnibus iſtis dicit Dominus. *Quo ego uado*, ſcilicet ad gloriam per uiam meriti, ***non poteſtis uenire***; ideo nec ad præmium uenietis.

Inſuper ſubdit Dominus alia ratione : quia non poſſint ipſum ſequi,& dicit, *Vos de hoc mundo eſtis*, quaſi dicat: ſcitis quare non poteſtis uenire ad gloriam? quia eſtis de hoc mundo. Apoſtolus. Noſtra conuerſatio in cœlis eſt. Philip.3.

Econtra conuerſatio peccatorum in terris. Verba Apoſtoli dicuntur in perſona cuiuslibet iuſti,& ſignificãtur duo genera hominum. Nam quidam ciues ſunt cœleſtis patriæ: quidam ciues terreſtris huius habitationis: ſed notãdum quod ciues alicuius patriæ multis modis cognoſcuntur.

Primò per idioma oris: aliter enim loquũtur Saraceni, aliter Chriſtiani, aliter Græci, aliter Latini. ſic peccatores habẽt linguã Diaboli.

Loquendo de multiplicatione temporalium, iuxta illud. qui de terra eſt, de terra loquitur. Io. 3.

De terra eſt homo, ſed corpus. de terra ſecundum deſiderium. de terra ſecundum linguam, de terra tractans: Vnde dicitur uox Phitonis, uox tua, & de humo eloquium tuum muſitabit. Eſa. 29. Phiton erat homo habens ſpiritum habitans in fouea, & non loquebatur: de talibus dicitur Nerme.13.

Suadendo & inuitando ad luxurias. Dicit (inquam) Vide Iudæos dicentes, Vxores Azotidas, Moabitidas, & filij eorum ex media parte loquebantur Azotidè, Azotida interpretatur incendium luxuriç; de qua loquuntur multi non ad deteſtationem, ſed ad delectationē.

Azotida uxor uoluptatis. Moabitida ſuperbia ſæculi. Amonitida cupiditas mundanorum.

Hæ ſunt tres uxores, quæ euerterunt cor Salomonis 3. Reg. 11. His copulatus eſt Salomon ardentiſſimo amore: Hanc linguam habuerunt ſenes maledicti Dan. 13. & Sichen filius Emor, qui ſeduxit Dinam filiam Iacob, ſed tandem ad ruinam ſuam, Gen. 34.

Tractando de honoris & gloriæ ſublimatione, quod figuratum eſt in illo cui dictum eſt Iudic. 12. Dic ergo Seboleti quod interpretatur ſpica, quaſi dicat: loquere de ſpica gloriæ cœleſtis, qui reſpondebat Tebolet, quod interpretatur palea gratiæ, ſignificat inutilitatem, & uanitatē honoris, & gloriæ mundanæ. Vnde dicebat Iob, Nūquid finem habebunt uerba uentoſa Iob 16. Quid, uel quæ ſunt uerba uentoſa, uel plena uento, niſi uerba ambitionis ſæcularis gloriæ.

Ad omnia iſta ualet quod dictum eſt Petro; Loquela tua manifeſtum te facit, Matth. 26. O peccator loquela tua manifeſtum te facit, quod non es ciuis cœli ſed terræ.

Secundò cognoſcit quis de qua patria eſt, per habitū ueſtimētorū.

Aliter enim induuntur iſti, aliter illi: qualiter autem induātur peccatores qui ſunt ciues huius mundi, dico quod aliqui induuntur ueſtibus ſanguineis, ideſt emptis de uſura, rapina & cætera. Vnde de talibus dicitur Nau. 2. Viri exercitus eius in coccineis: coccineā rubei coloris eſt, quo colore induuntur qui ſunt de exercitu Diaboli, de quibus etiam dicitur, In alijs tuis inuentus eſt ſanguis animarum pauperum & innocentum, Hier. 2.

Alæ hominum, & mulierum ſunt clamides, & alia corporis indumenta, in quibus ſanguis animarum, ideſt labor & ſudor pauperum: ueſtimenta dicuntur alæ, quia tales uidentur ſibi ſuper uos uolare ob talem ornatum; cuilibet autem talium dicitur, Veſtimentum tuū mixtum eſt ſanguine, & erit in combuſtionem. ſ. æterni ignis, Eſa. 9.

Aliqui pellibus ouium ſicut hypocritæ, de quibus dicitur, Attendite a falſis prophetis, qui ueniunt &c. Matth. 7.

Hoc figuratum eſt in Iacob, qui pelliculas hædorum circundedit manus ſuas, & colli nuda protexit ad ſuaſionem matris. Gene. 27. Hoc ſuadet Diabolus.

Aliqui induuntur folijs uerborum: ad excuſandum malitias ſuas, quod figuratum eſt in primis parentibus qui cinſerunt folia ficus,

&

& fecerunt ſibi peryzomata Gen.3.

Tertiò cognoſcitur per ritum uiuentium quo ad cibos : aliter.n. uiuunt iſti,aliter illi,ſed quid comedunt peccatores ?

Quidam carnes humanas ut detractores, de quibus dicitur Prouer.23. Noli eſſe in conuiuijs potatorum, neque in commeſſationibus eorum,qui carnes ad ueſcendum conferunt. Alibi,uiri detractores fuerunt in te ad effundendum ſanguinem Ezec. 22.

Alibi uerò dicitur, Vnuſquiſq; carnũ amici ſui comedit. Hier.18. Ad hęc ortat̃ diabolus illud.Surge,comede carnes plurimas Dan.7.Iſti ſunt ſimiles canibus, qui exhumãt corpora mortuorũ ut comedãt.

Solent.n.in conuiuijs qnandoq; proponere aliquem, uel aliquam dicentes,Quid nobis uidetur de tali ? Tunc unuſquiſq; dicit partem ſuã lędendo,mordendo in carne dicens,Meretur occidi in ſuperbia, meret̃ depredari in honore, meretur uituperari. N. Quid prodeſt in quadrageſima abſtineri a carnibus animaliũ,& comedere carnes proximorũ ſuorum?Eſa.9.Vnuſquiſq; carnẽ brachij ſui uorabit &c.& in Pſ.78.dicitur, Comederunt ſicut cibum Iacob.i.proximi, & locum eius.ſ.ho norisdeſolauerunt.

Quidam comedunt terram,ut auari,& cupidi,ſicut ſerpentes;quorum uni dictum eſt Gen. 3. Terram comedes omnibus diebus uitæ uæ.Alibi ſerpenti panis,puluis erit Eſa.65. Iam tãtam terram comedit unus auarus,quantam non ſufficerent comedere mille ſerpentes.

Quidam pepones & alia,ut illi qui cum delectatione reducunt ad memoriam præterita peccata;de quibus in figura dicitur,In mentem ueniunt nobis cucumeres,pepones,cæpæ & alia.Num.11.

Hæc.n.ad lachrymas prouocant, in ſignum quod miſeri peccatoresdeberent amariſſimè flere de his,de quibus gaudent. Tales ſunt, de quibus dicitur Eſa.36. Comedant ſtercora ſua, & bibant urinam pedum ſuorum uobiſcum.

Quartò cognoſcit̃ quis per affectionẽ,& deſideriũ corporis eſſe patriã ſuã ſic miſeri peccatores cũ diligũt mundũ,& ea quæ ſunt in mũdo,ciues ſunt mũdi,& ſignificant̃ in Loth Gen.13.de quo dr̃, Eleuatis itaq; Loth oculis,uidit oẽm regionem Iordanis, q̃ ſibi elegit,&c.

Omnibus talibus dicitur;*Quo ego uado uos non poteſtis uenire.* Vt igit̃ poſſitis regẽ,& factorem ueſtrum ſequi,addiſcite uiam quã Chriſtus uobis in cruce monſtrauit, iuxta illud. Aſcendet,& tranſiet ante eos pandens iter. Miche.2.Vnde ſapiens.Viam ſapientiæ.i. Chriſti.Monſtrabo tibi,Prouer.4. Aſcendens enim crucis patibulum oſtendit nobis uiam qua perueniamus ad ipſum. Ambulate per uiam agnitam, ſicut monet Dominus . Ambulate dum lucem habetis Ioann. 12.

Conſtanter per uiã agnitã,& perſeueranter incedite: Ambulabis fidũ cialiter in uia tua, Prou. 3. Alibi uerò dicit. Fili accedens ad ſeruitutẽ
Eccl.2. Dei ſta in timore. Eccl. 2. Onera grauiſſima peccatorũ deponite. Proijciamus a nobis iugum ipſorum auaritiam Pſ. 2. Vinçula illecebrarũ & amorũ carnaliũ frangite, Diſſolue colligationes impietatis Eſa. 58.

Audite. *Quo ego vado &c.* quia de hoc mũdo eſtis: ergo ſi ſequi uultis dominum, ſitis de ſupernis.

Per idonea ſolum de cœleſtibus loquens, ita ut mel, & lac ſit ſub lingua noſtra, ut dicitur Cant. 4. Et loquamini uarijs linguis, prout ſpiritus ſanctus dat eloqui Act. 2. Os enim iuſti.i.cordis meditatur ſapientiam.i.Chriſtum. Nos prædicamus Chriſtum.i. ſapientiam. 1. Cor. 1. & lingua eius loquetur iudicium Pſ. 36. Loquetur iudiciũ diſcretione, diſcernendo bonũ a malo, pretioſũ a uili, peccatũ a iuſtitia.

Per habitum pænitentiæ, quo dominus uoluit filios Iſrael indui dicens: Loquere filijs Iſrael, & dicas eis ut faciant ſibi fimbrias per angulos paliorum ſuorũ, ponendo in eis uictas iacinthinas nume. 15.

In uictis iacinthinis ſignificatur cœleſtis conuerſatio. Per cibum animæ, cibum inquam triplicem.

Lachrymarum. iuxta illud. Cibabis nos pane lachrymarum Pſ. 79. Corporis Chriſti, iuxta illud. Cibabit illum dominus pane uitæ & intellectus Eccleſi. 15. Cœleſtis conſolationis, iuxta illud. Hoc cibo aliti ſunt filij Iſrael in deſerto Exod. 16. De potu autem dicitur, Potaſti nos uino compunctionis Pſ. 59. Per affectum cordis, & corporis eſſe cœleſtẽ patriam ullam ſemper anhelando, ſicut facit iuſtus dicens; Sitiuit anima mea ad Deum fontem uiuum Pſ. 41. Ad quem &c. quò tenditis, ſi quæ placent feceritis, ut ſtatim audietis.

Ego quæ placita ſunt ei facio ſemper &c. In hoc dicto oſtendit, & docet Dominus noſter, qualis debet eſſe uita noſtra ſi uolumus eſſe ueri Chriſtiani: nam primò debet animus hominis uerſari in beneplacitis Dei, *Ego quæ placita ſunt ei, facio ſemper.* Secundò hæc placita non tantum dicere, audire, & cogitare, ſed & opere perficere. *Facio &c.* Tertiò in illis perſeuerare, nã ſola perſeuerantia in operibus bonis mæretur æternæ beatitudinis præmium: *Semper.*

Placet autem domino iuxta ſcripturam: Vt timeas eum; Beneplacitum eſt domino ſuper timentes eum Pſ. 146. Sicut enim uxor quæ timeat uirum ſuum, multum ei placet: ſic peccator qui Deũ timeat, Deo placet. & ratio eſt; quia timor domini expellit peccatum, & nihil negligit. Eccle. 1. Alibi per timorem Domini declinat omnis homo a malo Prouer. 15.

E contra autem odit ſuperbos: unde dicitur, Arrogantiam deteſtator,

tor Prouer.8.Vt ab iniquitate ſeu peccato recedas: Beneplacitum eſt Deo recedere ab iniquitate. Eccl.35.Vt ſuperioribus obedias; obedite parentibus, ideſt Prælatis: propterea beneplacitum eſt hoc coram Deo.Col.3.

Vt afflictiones ſubſtineas, Quem diligit dominus corripit,& tanquam pater in filio, complacet ſibi, Prouer. 3.

Vt iudicium & miſericordiam facias; Facere miſericordiam & iudicium magis placet Deo, quàm uictimæ ſtultorum Prouer.21. Vnde in Pſal.dicitur, Dominus amat iudicium &c.Pſal.36.Iudicium in teipſum per pœnitentiam: ſi noſmetipſos iudicaremus, non utique diiudicaremur 1.Cor. 11.

Miſericordiam in proximo. Faciam miſericordiam cum Anon filio Naas, ſicut pater eius fecit miſericordiam mecum 2. Reg.10.

Iudicium in malefactores, nā per iudicium deijciuntur mali; ideo dicitur, Rectè iudicate filij hominum Pſ.57.

Miſericordiam in miſeros ſeu infirmos, per illam.n. ſubleuantur; ideo dicit dominus Matth. 9. Euntes diſcite quid eſt miſericordiam uolo,& non ſacrificium. Tale iudicium, & miſericordia magis placent Deo quam uictimæ ieiunorum terrena laborioſa.

E contra autē iniuſtitia & immiſericordia Deo diſplicent, unde dicitur, Qui iuſtificat impium,& condemnat iuſtum, uterque abominabilis eſt apud Deum, Prouer.9. Placet Deo, ut ſis fidelis & manſuetus, unde quæritur, quid beneplacitum eſt ei? Fides & manſuetudo; Eccle.1.Fides hominem Deo humiliat, Manſuetudo hominem proximo ſubdit.

Fides hominem Deo pacificat: Manſuetudo hominem Dei obedientem facit.

De fide dicitur; Qui fideliter agunt placent Deo, Prouer.12. De māſuetudine dicitur, Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, Luc.1.Vt ames, & concors ſis: unde dicitur, Tria ſunt beneplacita ſpiritui meo, quæ ſunt probata coram Deo & hominibus, concordia fratrū, amor proximorum, uir & mulier ſibi bene conſentiens, Eccl. 25.

Primum refertur ad amorem,& pacem parentum.

Secundum ad concordiam uicinorum,& aliorum ciuium.

Tertium ſpectat ad mulierem & uirum,& talis concordia maximè Deo placet.

Hinc dicitur Bar.3. Beati ſumus ò Iſrael, quoniam quæ Deo placent manifeſta ſunt nobis.

Secundum quod Deo placet eſt, ut placita facias. Non enim iuſtificatur homo ex auditu ſolo: nam non auditores legis iuſti ſunt apud

Deum,ſed factores, Iac.1. Et Apoſtolus. non profuit illi ſermo audi-tus &c. Heb.4. De his dicitur Ezech.33. Filij populi tui ueniunt co-ram te,& audiunt ſermones tuos,& non faciunt. Ex ſermonis illius loquutione ſola,unde conqueritur. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe eſt a me. Vnde in figuram dicitur, Vox quidē uox Iacob eſt, manus autem ſunt Eſau, Gen.27.

De talibus dicit Apoſtolus, Fatentur ſe noſſe Deum, factis autem negant. Titu.1. Similes Iudæis crucifixoribus Chriſti, qui uerbo ſalū tabant,facto crucifigebant.

Sed ex ambobus cum adimpletione iuxta illud. Beati qui audiunt uerbum Dei,& cuſtodiunt illud. Luc.11.

Qui fecerit & docuerit &c. Matth.5. In exemplum, Chriſtus cœpit facere,& poſtea docere Act.1.

Præcepit etiam Dominus dicens, fac & uiues, Luc.10. Nullus ergo præſumat de ſolo auditu, aut de ſola lectione, quia ex hoc non iuſtificabitur apud Deum, ſed ſi opere adimplet, ſperet miſericordiam Dei:& quia nullum bonum placet Deo, niſi perſeueret, ideo tertio additur ſemper ideo.

Tertium quòd Deo placet quod in faciendo bonum perſeueret, quod notatur cum dicitur ſemper.

Semper autem quis facit uoluntatem Dei, quando non agit quid, quod diſpliceat interponendo operibus ſuis. Vnde dicit *Semper*, ideſt continuè non interponendo contrarium. Iſta autem ſempiternitas intelligitur eſſentialiter in habitu, uel diſpoſitione, ideſt ſemper eſſe paratum ad ea, quæ ſibi placent &c. Quando perſeuerat uſque in finem, iuxta illud. In ſanctitate,& iuſtitia coram ipſo omnibus diebus noſtris Luc.1. Seruiendum eſt ſemper Deo. Quia ex aſſuefactione facilius eſt feruire, unde dicitur, Bonum eſt uiro cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua, Tren. 3. quia ſola perſeuerantia præmiatur. qui perſeuerauerit ſaluus erit, Matth.10. Sic currite ut comprehendatis 1.Cor.9. Quia præmium ſempiternum, iuxta illud. Ibunt ij in uitam ęternam, Matth.25.

Vere.N. bonum eſt facere,& perſeuerare in beneplacitis Dei, quia acquiritur ſocietas Dei Domino hodie dicente. *Qui me miſit mecū eſt, & non reliquit me ſolum, quia quæ placita ſunt ei facio ſemper.* Quid melius, quid utilius nobis contingere poteſt tanta ſocietate? Quid nobis neceſſarius, cum ſocietate maximè indigeant, qui continuè impugnātur,& defenduntur? Continuè laborant, ut adiuuentur? Continuè errant uiam, ut dirigantur? Continuè lugent, ut conſolentur? Continuè cadunt in uiam, ut ſubleuentur?

Nos

Nos in continua lucta, ipſe protector fortis continuis laboribus, ipſe adiutor. continuo.n. ipſe doctor, in continuo dolore ipſe conſolator, in continuo caſu ipſe ſubſtentator.

Ideo ait ad Iudæos: *Ego vado*, ſponte mea, non quò uos me ducitis, quia nunquam in me credere, neque me cognoſcere ut filium Dei, etiam Meſſiam uoluiſtis: quia quæritis me interficere.

Sed Paulus excuſans Hebræos ait, Si.n. cognouiſſent Hebræi, nunquam dominum gloriæ crucifixiſſent ad Cor. 2. epiſt. 1. Principes, & Phariſæi non cognouerunt Chriſtum fuiſſe uerum Meſſiam teſte Paulo: talis tamen ignorantia non excuſat: quia Aug. declarat ſe.

Sed contra Paulus ex eadem ignorantia ſe excuſatum reddit, dum dicit, Qui prius blaſphemus, & perſequutor, & contumelioſus, ſed miſericordiam conſequutus ſum, quia ignorans fui in credulitate. Miror quod eadem ignorantia Phariſçi perduntur, Paulus uero gratiam obtinet.

Reſpondeo, duo ſunt genera ignorantiæ, eſt una ignorantia qua aliquis ſic aliquid ignorat, ut nullo modo illud ſcire poſſit: qualis eſt ignorantia pueri decedentis abſque baptiſmo, & illius qui naſcitur in loco campeſtri, ubi Chriſtum neque uerbo, neque ſcriptura cognoſcere ualet: quæ quidem ignorantia dicitur ſimplex, & inuincibilis, & ut ait Auguſt. lib. de natura, & gratia cap. 4. excuſat a tanto, nō a toto. Alia uerò eſt ignorantia craſſa affectata, qua quiſpiam aliquid neſcit, habet tamen unde illud facile ſcire poſſit: talis namque Phariſçorum, & Pauli fuit ignorantia; utrique enim ex lege illud ſcire poterant quod iguorabant, præcipuè Paulus nutritus ad pedes Gamalielis Act. 22. uel 12.

Et hæc ignorantia peccatum eſt inquit Paul. 1. Corinth. 14. Ignorans ignorabitur. ſed cur Paulo, & non Phariſçis miſericordiam largitus eſt Deus?

Reſpondeo quia Paulus non permanſit, Phariſçi uero in hac ignorantia ad finem perſeuerauerunt.

Si cognitio Chriſti eſt fides, & fides eſt donum Dei, igitur Deus ignorantiā Pauli deleuit lumine fidei inſpirando, Phariſços autem in ignorantia dereliquit, Paul. tamen obtinuit miſericordiam.

Reſpondeo, Paulus quæſiuit illuminari, & de inſpiratione non obſiſtebant: Phariſçi uero è contrario, ut ait Stephanus, Incircuncifi cor de, dura ceruice uos ſemper reſtitiſtis ſpiritui ſancto, Act. 7.

Quid de pueris dicendum ortis ex parentibus Chriſtianis, tamen damnantur, dico quod Aug. eos damnationi aſcribit dicens, Firmiſſimè tene, & nullatenus dubites, non ſolum homines iam ratione utē

tes,ſed & paruulos qui in matrum uteris moriuntur, ſiue de matribus nati, ſine baptiſmate de hoc ſæculo tranſeunt, ignis æterni ſempiterno ſupplicio puniendos.i.pœna damni & non ſenſus, quia priuati in æternum dei uiſione.

Reſpondeo noxa originali:omnes enim per ſeminalem propagationem in peccato naſcimur, & æterna morte, niſi lauati baptiſmo obtinemus, ſed pœna ignis non dabitur eis ſicut obſtinatis. Sed qui naſcuntur in campeſtri loco, ubi nec humana uox, neque ſcriptura, neque fama inſonuit aures.

Reſpondeo, quòd de ſalute iſtorum bifariã loquor, aut de poſſibili, aut de facto; ſi de poſſibili, dico quod poſſunt ſaluari, ſi eorũ quiſpiam bene uiueret ſecundum legem naturæ:poſſet Deus eum ſpecialiter uocare, uel internè ad finem uitæ ſpirando, ſicut illuminauit latronem in cruce pendentem, aut mouendo eum ut ad fontem currens baptiſmi unda internè ablutus ab originali purgatus renaſcatur & uitam adipiſcatur æternam. ſic Cornelium Centurionem inſpirando mouit. Si uerò de facto loqui uolumus, eos omnes cum Auguſt. damnatos dico: ait enim de fide ad Petrum cap.38. Firmiſſimè tene, & nullatenus dubites, omnes homines qui extra Eccleſiam præſentẽ finiunt uitam, in æternum ignem ituros &c. Et Chriſtus Ioan.3. Niſi quis renatus. & iterum Marci ult. Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit:qui uerò non crediderit, condemnabitur.

Ignorantia illa ſimplex licèt, teſte Auguſtino, non ſit peccatum, tamen neſcio quo iuſto Dei iudicio nobis occulto datur a Deo homini in pœnam peccati, & hoc eſt Deum hominem obcæcare.i.non illuminare, ſed deſerere in tenebris ignorantiæ. Hoc uoluit dicere Paul. 1. Cor. 14. Quicunque.n.ſine lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Et idẽ, Ignorans ignorabitur. Ait Chriſtus in Euang. ſeruus ſciẽs uoluntatem Domini ſui & non faciens, uapulabit multis:qui autem nõ cognouit, & fecit digna, plagis uapulabit paucis. Luc.12. Ideo Augu.ait, Hæc ignorantia excuſat a tanto, & non a toto.

Ideo in peccatis ſuis moriuntur Hebræi, quia ignorantia eorum eſt craſſa, & affectata.

Secundò deſcribit quale ſupplicium infidelitatis, & perſequutionis eis ſuperſit dicẽs, *Quia non creditis*: me eſſe filium Dei, Meſſiam in lege promiſſum, redemptorem mũdi, *Moriemini in peccatis veſtris.* hoc eſt, æterna ſupereſt uobis damnatio.

Dicitur autem quis in ſcripturis mori peccato Ro.6. quod fit, dũ quis uirtutis Chriſti particeps factus eſt, ut natiua illa corruptio ex peccato cõtracta in illo ſit mortua, ut amaros illos peccati fructus nõ

amplius

amplius edat, de quibus Gal. 6. Mo ri pro peccato fit, dum quis iuxta pronunciatam ſententiam, Gene. 3. naturæ debitum ſoluit, quod bonis & malis commune eſt, ſed diuerſimodè: malis eſt peccati meritũ, bonis verò exercitium virtutum. Chriſtus autem dum dicitur mortuus pro peccatis, intellige non commiſſis ab eo.

Mori peccatis fit, cum quis à maſſa perditionis iuſto Dei iudicio in odio Dei finire permittitur hanc vitam.

Minatur Chriſtus peccantibus in ſpiritum ſanctum, Matt. 12. & irremiſſibile vocat, & non vult pro eo orari, vt Io. 1. cap. 5. Hoc electis non poteſt accidere Io. 10. vt Augu. Abſit enim ſine regenerationis, aut reconciliationis ſacramento finire hanc vitam, permittatur prædeſtinatus ad vitam.

Eſt ergo pertimeſcenda hæc comminatio, quę non fit Iudæis tantum, ſed omnibus infidelibus hæreticis, & impijs, quibus æterna dãnatio tanquam ſtipendium, & pœna peccati redditur, niſi præuenien te Dei gratia reſipiſcant à laqueis Diaboli, qui in eis voluntatem excęcauit, iudicium ſubuertit, & rationem ſepeliuit.

Ex hoc colligimus ſecundum fructum huius Euangelij, quod qui non credunt morientur in ſuo peccato; Ideo ait. *Si non credideritis, quia ego ſum.* Scilicet Ieſus Dei filius, mundi ſaluator, *Moriemini in peccato ueſtro,* & non ſolum damnãtur qui non credunt Chriſto, ſed etiã non credentes verbis eius, & in corde ea tenentes, & opere exequentes Io. 3. Qui non credit iam iudicatus eſt. Quia omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt, Rom. 14.

Contra Act. 10. opera Cornelij facta ſine fide, peccatum non fuerunt, quia hiſtoria eius geſta commemorans dicit, quod fuerit vir gẽtilis, in præſidentia poſitus pro Romanis, & quod gentiliter vixerit, & Angelo referente ſic dignè habitus eſt vir iſte, vt eius eleemoſynę, ieiunia, & orationes aſcenderint in conſpectum Dei, quod non eſſet ſi peccatum fuiſſent niſi vt punirentur.

Reſpondeo, quod gentilitas nullum impedimentum affert quin Deum quiſque timeat, amet, & colat, & ſeruiat: non enim Deus Iudęorum tantum, ſed etiam gentium Rom. 3. & Abraham in præputio exiſtentem Deo placuiſſe legimus, quia illi credidit, Gene. 17. Iob quoque, qui ex populo Iſraelitico non fuerat, ſed gentilis, ſic commẽdatur à Deo, vt de illo dicat, quòd fuerat vir rectus, ſimplex, & timẽs Deum, ac recedens à malo.

Sic de Cornelio dicit Euangelium, quod fuerit vir religioſus, timens Deum cum omni domo ſua, faciens eleemoſynas multas, & quod magis eſt, deprecans Deum ſemper: ideo non audemus dicere,

quod fuerit abſque fide, qui licèt baptiſmi gratiam nondum conſequutus eſſet, dum tamen bona opera faciebat. Petrus ipſe audierat, quòd in Chriſti nomine faciebat, & promulgabatur per uniuerſam Iudęam vbi ipſe manebat, audierat, vt piè credendum eſt, qualiter Petro prædicante ſpiritus ſancti gratia ſupra multos gentiles fuerat effuſa, vt Euangeliſta cõmemorat. Hæc itaque audiens, & firmiter credens ita mundatus eſt ab omni gentilitate, vt inuiſibilem baptiſmũ vna cũ ſuis qui adorant mereretur accipere, nec ſacramentum viſibile potuit contemnere, quia ablutus etiam extrinſecus, totus candidus appareret.

Nec deſpexit Deus latronem, Meretricem, nec Cananéam: ea propter dicendum eſt: quòd gentilitas non impedit, vt bona non ſint grata Deo.

Ad aliam dico, vt intelligamus quòd etiam quod in ſe eſt bonum, ſi putetur eſſe malum, & tunc fiat peccatum; eſt velut ſi quis crederet caſtitatem eſſe malum, & viueret caſtus, profectò peccaret, quia hoc non ex fide faceret. Falſa enim virtus eſt etiam quæ optimis moribus, licet ſic inaniter, & falsò credens teneretur toto ſuo poſſe elaborare, vt deponeret hanc erroneam credulitatem, vt eſt communis opinio Theologorum. Dico ergo quòd ignorantia Hebræorum cum ſit craſſa, peccatum eſt, non inuincibile, ſed vincibile, cui datur æterna mors. Diſcurrere, & applica.

Tertiò oſtendit quod iudicium ſit carnis non illuſtratæ verbo gratiæ Dei, id eſt quod non recepit cognitionem veritatis, reiecit ſalutẽ ab ipſo verbo oblatam, & ſuum authorem Deum cõtemnit, quia impij non mouentur hac ſeuera comminatione, ſed excęcati propria malitia rident dicentes. *Nunquid interficiet ſemet ipſum,* quia dicit. *Quo ego vado, vos non poteſtis venire: nunquid in diſperſionem gentium iturus eſt, & docturus gentes?* Non intelligentes quid ſit priuari Chriſto, vel ab eo deſeri.

Eſt enim excidere à gratia, priuari via, veritate, & vita, & morti æternæ, obnoxium fieri, quia recedes à Chriſto Diaboli poteſtati traditur, voluntati eius paret perpetuo commiſſo periturus. Ite maledicti, &c. Chriſtus autem qui erat ſingulari clementia, etiam erga reprobos illos Iudæos ſuaui reſponſo oſtendit hanc perfidiam, & malitiã eſſe cauſam, cur à Deo desererent dũ ait. *Quo ego vado vos non poteſtis venire.* Quaſi dicat, ego per mortem pergo ad vitã, & reſurrectionẽ, vos autem qui de hoc mundo eſtis, & quæ ſunt mundi diligitis, ſcilicet concupiſcentiam carnis, concupiſcentiam oculorum, & ſuperbiã vitæ, eò non poteſtis venire, caro horret crucem, & ad gloriam non

poteſt

poteſt accedere, niſi Chriſtum immitetur, Ideo propheta. Am. primo loquens de his ait. Cadent, & non reſurgent.

Sed contra prima Corinth. 15. Omnes quidem reſurgemus; profe ctò quod ambo dixerunt, hoc ab vnico fonte hauſerant, & tamen con tradicuntur.

Reſpondeo, quod non loquuntur de eadem réſurrectione, quia re ſurrectio duplex, primò à peccatis ad gratiã de qua loquitur prima, qua impij cadentes, & in peccatum perſeuerantes, vt iſti Hebræi re ſurrecturi non ſunt, prò quibus orandum non eſt, quia locus veniæ non reperitur in theſauris Dei.

Alia eſt reſurrectio corporum in die iudicij: vel ad primam dicamus, quod ideo cadentes non reſurgent, quia in ſe non habent, vt poſ ſint hoc facere, vt Oſea. 13. Perditio tua ex te Iſrael eſt; reſuſcitantur enim ſi pœnituerint, qui in Euangelio ait. Ego ſum reſurrectio, & vita. Iſti verò nunquàm voluerunt hanc reſurrectionem, ergo in pecca to eorum morientur. Hac de re propheta Ezech. 7. furorem meum immittam in te, ait Dominus.

Sed contra Miche. 7. Non immittam furorem meum.

Reſpondeo, quod primum comminatoriè dictum fuerat præuaricanti populo, cuius malitiæ finis iam aſcenderat coram Domino, dum terra illa iam plena eſſet innocentum ſanguine, ac omni dolo ob iniuſtitiam populi, & potiſſimum præſidetium, ob quod dixerat, nunc finis ſuper te, & immittam furorem meum in te, & infra. Ira.m. mea ſuper vniuerſum populum iſtum, foris gladius, & intus peſtis, & fames; licet in Deo propriè non ſit ira, ſed de conſuetudine vindicandi hoc nomen accepit, nec quia iraſcitur perturbatur, cũ ira eius non ſit aliud, quàm auerſio vultus & punitio.

Alterum vero populum quem Dominus nouerat emendatum, nõ curauit amplius percutere, ideo furorem ſuum non immiſit Ambro ſius ait. Nouit Deus mutare ſententiam, ſi tu noueris mutare delictum. Pronior enim eſt ipſe ad indulgendum, quàm ad puniendum, quorum primum eſt ſibi proprietas, alterum ſuæ vltionis effectus, & quaſi coactus punit peccatorem, & per Eſa. cap. 1. dixerat. Hinc ego conſolabor ſuper hoſtibus meis. Ideo Hiere. 12. ait, Bene eſt his, qui præuaricantur iniquè agunt, interrogando loquitur propheta.

Sed contrà Eſ. 35. Flagella peccatoris multa ſunt. ſi flagellat, quid boni erit præuaricantibus legem?

Reſpondeo, quod quando propheta dixerat, bene eſt hominibus, qui præuaricantur, hoc non ex mente ſua prænunciauit, ſed potius admiratus Dei patientiam cur talibus bene ſit his verbis ſe cauſam

 neſcire

neſcire oſtendit ſicuti alius dixit Abacuc primo. Quare non reſpicis ſuper iniqua agentes,& taces deuorante impio iuſtiorem ſe?

Vel dicamus quod Deus aliquando peccatores ditat propter aliquod bonum, ſed deinde damnat, & aliquando bonos flagellat, deinde expurgatos ſaluat.

De non emendatis ait. Iob. Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt: qui autem patienter tolerat flagella mede tur,& hæreditatem ſibi reſeruat. Iſti verò nec flagellis nec minis, nec ſuauibus vocationibus Chriſti quieſcere voluere, ideo in peccato morientur. ſic impijs eueniet in malis perſeuerantibus, quibus hæc annunciantur, diſcurre, & reprehende ſuper omnes ſtatus ſemper replicando, *Et in peccato veſtro moriemini.*

Sed ſi cognoſcere cupit malignitatem ipſius peccati audi Paulum Epheſ. 5. Fornicatio autem & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis; ſicut decet ſanctos: ſed magis gratiarum actio.

De hoc peccato Rom. cap. 6. alloquutus ait. Non ergo regnet pec catum in veſtro mortali corpore.

De hoc peccato ſcribens Cor. 6. ait. Eſca ventri, vèter eſcis: Deus autem hunc, & hanc deſtruet. Corpus autem non fornicationi, ſed domino, & dominus corpori: quoniam corpora veſtra membra ſunt Chriſti.

De peccato ſcribens ad Rom. 8. ait. Qui autem in carne ſunt, Deo placere non poſſunt.

De hoc peccato ſcribens ad Theſal. 4. ait. Non enim vocauit nos Deus in immunditiam, ſed in ſanctificationem.

De hoc peccato tandem ſcribens ad Rom. ait. Per vnum hominē peccatum intrauit, & per peccatum mors, &c. Ideo hoc mane ait He bræis, *In peccato veſtro moriemini.* Cauete ergo fratres de hoc peccato, in mortem ne incidatis, ſed potius incidite peccatum, renouamini, & illuminamini. Diſcurre. Laus Deo.

FERIA TERTIA
Secundæ Dominicæ.

PAVLVS Apoſtolus ad Rom. ſcribens, oſtendit omnes teneri legi morali, ad quę omnes obligamur: nec Chriſtus venit eam ſoluere, ſed adimplere, licèt ante Chriſti aduentum lex in omnibus obſeruanda erat, imò omnes ad obſeruantiam eius tenebantur: ideo ait. Quæcunq; lex

Lex loquitur, his qui lege ſunt loquitur, ideo Chriſtus hortabatur Iudæos ad obſeruantiam legis expoſitæ per phariſæos malos, vt in Euangelio.

Tria ſunt, quæ ſummoperè nautæ portus Panormi cuſtodiunt, & concernũt, quibus ciues fœlicis vrbis vti ſoliti ſunt. Primum eſt obedientia madatorum Dei, Eccleſiæ, & Regis. Secundum eſt humanitas, & manſuetudo nobilium inter ſe. Tertium eſt inimicitia, quam tenent contra hypochritas, & rebelles Dei, Eccleſiæ Catholicæ, & regis Philippi.

Sic nautæ Catholici in portu huius Euangelij tria Chriſto hauriũt & cuſtodiunt. Primum eſt obedientia & obſeruantia legis, & mandatorum eius. Secundum eſt humilitas contra ſuperbiam Phariſæorũ. Tertium eſt inimicitia quam tenere debent contra hypocriſim phariſæorum.

Primum ergo eſt obedientia mandatorum legis, ideo ait. *Super cathedram Moyſi ſederunt.*

Sciendum quod Cathedra triplex eſt, ſcilicet doctrinæ, de qua dicitur. In Cathedra ſeniorum laudent eũ &c. & hæc eſt aurea, & optima: aureum enim ſapientiam ſignificat. In hac Salomon fecit reclinatorium aureum.

Alia eſt Cathedra peſtilentiæ, de qua dicitur. In Cathedra peſtilentiæ non ſedit. Pſal. 1. Et iſta eſt plumbea, & peſſima: in plumbo ſignatur iniquitas, quæ vt plumblum trahit hominẽ in profundum; ſummerſi ſunt vt plumbum in aquis vehementibus Exo. 15. Iſta eſt Cathedra in qua hæretici ſedent, quoniam ſermo eorum, vt cancer ſerpit. Peſtilentia enim eſt morbus latè peruagatus, & ferè omnes inuoluens: hæretici enim per perſtiferam, & falſam doctrinam falsò interpretando ſocios inficiunt: in hac hodie infiniti ferè ſedent, contra quos dicit Propheta. Beatus vir, qui non abijt in conſilio impiorum, &c. & in Cathedra peſtilentiæ non ſedit Pſal. 1.

Alia eſt Cathedra ambitionis & iactantiæ, de qua ait Chriſtus; Amãt primos recubitus in cœnis, & primas Cathedras &c. In hac Cathedra ambitionis ſedent doctores, ſicut dicit Euangelium. *Super Cathedram &c.* Vnde dicitur. ſedens aduerſus fratrem tuum loquebaris, ideſt detrahebas, aduerſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum Pſal. 49. *Dicunt, & non faciunt:* crudelitatem imponunt, ſcilicet onera grauia, quærunt vocari magiſtri: Chriſtus autem ait. Nolite vocare verbis patrem, ſed ſitis humiles: humilitas enim parit gratiã, augmentat, conſeruat, & tandem glorificat. Apoſtolus conformiter Euãgelio dicit Rom. 12. quòd in corpore multa membra habemus, quæ

tamen

tamen non habent eundem actum: nam oculus videt non audit, auris audit, & non videt. Apoſtolus Epheſ. 4. loquens de corpore Eccleſię dicit. Alios quidem dedit. Apoſtolos, alios prophetas, alios doctores, rectores, &c. Si doctor legum intraret apothecas veſtras, & vellet ſuere, vel incidere veſtes, aut calceos, nonne rideretis, & tandem fortè ad iracundiam prouocaremini dicentes, hoc non eſt veſtrum exercitiũ, abite. & ſi Chriſtus qui in corpore ſuo diuiſit officia, quia alios doctores &c. quomodo ergo tam audaces eſtis, vt velitis intro mittere vos in officio, quod non pertinet, & ad quod Deus vos nec elegit, nec vocauit. Doctores non eſtis, nolite vocari Raby: Paſtores non eſtis, pabulum non præſumatis parare. Tantum quod ad vos pertinet curate: Veſtrum eſt doceri, audite, & obedite prępoſitis veſtris: Veſtrum eſt ſumere paſtum, ſumere quę præparantur. ergo. *Quæcunq; dixerint vobis.*

Hanc propoſitionem gloſſat Apoſtolus deſcribens ſe ad officium ſuum dicens. Paulus Apoſtolus Ieſu Chriſti ſecundũ voluntatẽ Dei, eſt quod doceo, & ſicut Moyſe & Prophetis dicentibus: Hęc dicit Dominus; os Domini loquuntur eſt; Voluit Deus, vt Iſraelitæ crederent, ita mihi qui non humana electione, ſed Dei voce ad officium Euangelizandi vocatus ſum credere debetis, hoc innuens Chriſtus de Paulo, & Eccleſia dixit. Qui vos audit me audit, &c. & hodie dicit. *Quæcunque dixerint vobis, ſeruate & facite.* Intellige quæcunque dixerint ſedentes in Cathedra Chriſti, & Eccleſiæ, quę fiunt ſecundum voluntatem Dei.

Quęcunque dixerint ad Cathedram pertinentia, ſeruate in memoria, facite opere adimplendi.

Secundum opera eorum. Quæ non ſunt Dei, vel gratiæ, *Nolite facere.* Qui autẽ fecerit, &c. ſi bene, ſibi proſunt: ſi malè viuunt, ſibi ſolis nocent: ſicut candela quæ alijs lucet, ſeipſam conſumit. Accipe lumen tuum, ſua ſit conſumptio: audi Apoſtolum dicẽtem, ſiue occaſione, ſiue veritate Chriſtus annũcietur, Chriſtus veritas eſt, Philip. primo. & tamen veritas non veritate nunciari poteſt. i. à prauo, & fallaci corde quę recta ſunt pędicari poſſunt; ſicut Chriſtus ab his, qui quę ſua ſunt, quęrunt, non quę Chriſti, quandoque nuntiatur: ſed bonus fidelis debet conſiderare quòd id, quod facit, ſedens in cathedra, de ſuo facit. quod vero dicit, de cathedra eſt. Ideo & ſi ipſe te ipſum non audiat, & ſibi vtiliter non agat, tamen audiendus eſt, quia te vtiliter docet: Chriſtus in Eccleſia vidit quoſdam futuros loco ſcribarum, & phariſæorũ, qui non paſtores, ſed mercenarij futuri erant, annũciantes Chriſtum non verè, ſed occaſione. i. commodo ſuo honore,

re,quæſtu,tamen id quod annunciatur, Chriſtus eſt, ergo bonum.

Et ſi obijceretur illud: Nunquid de ſpinis colligent uuas?quaſi dicat,non: quomodo ergo de malis qui ſicut ſpinę ſunt, bona colligemus? Reſpondeo quandoque uitis extendit palmites & inſerit in ſeptem ſpinarum,& ex ipſa pendent botri uuæ, colligens uuas non colligit a ſpinis,ſed a uite,& ſi inter ſpinas &c. A ſimili, mali doctores, & ſpinoſi,ſedentes in cathedra Moyſi,ideſt Chriſti,ecce inuoluit eos uitis,ideſt Chriſtus,authoritate,ſacerdotio uocans eos ad talem gradum,ad docendum &c.& ab eis depēdent boni botri, ideſt uerba bona.Tu ergo collige uuam:ne timeas ſpinas,quia nō pungent,ſi attendas Chriſtum dicentem,*Quæcunque dixerint &c.*Pungent uerò ſi feceris malum quod faciunt. *Secundum ergo opera eorum, nolite facere.*

Quæcunque ergo dixerint &c. Rationem huius obedientiæ aſſignat Apoſtolus Rom.13.dicens,Omnis poteſtas a Domino Deo eſt; quæ a Deo ſunt ordinata ſunt,qui poteſtati reſiſtit,ordinationi diuinæ reſiſtit,damnationem ſibi acquirit.

Primum poteſtas a Deo eſt,ergo honoranda.

Secundum ordinata,ergo datur ſuperioritas & inferioritas.

Tertium ordinationi reſiſtens, & qui nō uult ſubijci ergo peccat. Poteſtatibus ergo, & maxime ſublimioribus ſpiritualibus, omnis anima ſubdita ſit,& potiſſimum ſublimiſſimę,quę prima eſt & caput, quæ a Deo poteſtatem habet ſpiritualem,& temporalem, & alijs cōmunicat. Apoſtolus in perſona omnium hanc poteſtatem a Chriſto habere fatebatur dicens 2.Cor.10. Habemus poteſtatem in ædificationem,non in deſtructionem.Et 1.Theſ.4. dicit, Scitis quæ præcepta dederim uobis,qui hęc ſpernit,non hominem,ſed Deum ſpernit. Hoc confirmans Chriſtus Luc.10.ait,Qui uos audit me audit.Et hodie dicit, *Quæcunque dixerint &c.*Sequitur.ergo qui ſic præſunt,poſſunt conſtituere & præcipere,dummodò in ædificationem, & non in deſtructionem,& ſecundum uoluntatem Dei hoc faciant.Sic Paulus Subditi eſtote in omni timore Dominis.& 1.Petr.2. Obedite præpoſitis ueſtris,& ſubiacete eis: ipſi enim peruigilant, quaſi pro animabus ueſtris rationem reddituri,Heb.13.

Non ſequitur ergo,prælati mali ſunt; ergo non eis obediendum: nam obedientia non reſpicit qualitatem & bonitatem perſonæ, ſed conditionem dignitatis,& prælaturæ.Malitia namque ſacerdotis nō impedit collationem gratiæ in ſacramentis: uirtus enim ſacramenti non eſt a manu ſacerdotis,ſed a Chriſto. Vnde dixit Deus Moyſi Nume.cap.6.Loquere ad Aaron & filios eius,inuocabunt nomen meū, & ego benedicam eis:ſacerdos enim miniſter eſt,Deus eſt qui efficit:

ergo

ergo. *Quæcunque dixerint*, & cætera.

Nolite vocare vobis patrem. Quia pater veſter in cęlis eſt clamans. Et ſi ego pater, vbi eſt honor meus? Malachię. primo c. Habet autem is pater tria filiorum genera, nam quidam ſemper fuerunt boni, incipientes in bono & perſeuerantes vſque in finem: nam de talibus dicitur. Filij tui ſicut nouellę oliuarum quæ alijs viridiores ſunt. Nouellæ enim ſemper uirent. Et Eccle. 24. Sicut oliua ſpecioſa in cāpis, vt Ioannes Baptiſta, Franciſcus fuere, qui merito dicere potuere. Ego ſicut oliua fructificaui, id eſt ſemper virens, & ſemper fidelis operatus ſum; tales ſignātur in Iſaac filio liberæ; Abraham habuit duos filios, talibus ſigillatim dicit Dominus. Fili tu ſemper mecum es, Luc. 15.

Quidam ſunt naturales, vt ſunt illi qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt Luc. 8. Tales ſunt qui in quadrageſima abſtinent, & ſtatim poſt Paſcha ad vomitum redeunt, de quibus conqueritur Deus. Filij alieni, filij, ſcilicet mei nunc, ſed mentiti ſunt mihi; mentiti, ſcilicet de peccato pœnitentiæ, Pſal. 17. Et Eſa. primo
Matt. 23. his dicitur. Filios enutriui, & exaltaui, & cętera. & Matt. Quotiens volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti? Scitis enim quod quamprimum pulli gallinæ facti ſunt aliquātulum adulti, & in terra inueniunt granum, gallinam relinquunt; ſed multoties ſibi malè accidit: aſportantur enim à miluo: ſic & peccatoribus accidit; relinquentes Chriſtum, à Diabolo aſportantur. De his autem dicitur. Ipſe filius non ſapiens, & cætera. Oſe. 13. Hiere. 4. inſipientes filij, & vecordes, inſipientes dicūtur, & rectè. Nam incipiens filius eſt qui irridet patrem: ſic enim Cham deriſit patrem ſuum detegens patris pudenda Gen. 9. ſic Chriſtus deridetur in pauperibus, nam Prouer. 14. exprobrat factori eius qui calumniatur egentem. Vnde bene dicit Matth. 25. Nudus fui, & non cooperuiſtis me.

Inſipiens filius eſt, qui patris inimicis aſſociatur, ſicut Abſalon cōtra Dauid patrem ſuum 2. Reg. 15. Tales qui ſunt qui præbent auxiliū & conſilium malefactoribus, de quibus dicitur Pſal. 49. ſi videbas furem, currebas cum eo; tales ſunt, qui propter lucrum locant, & tenēt meretrices in domibus ſuis.

Inſipiens filius eſt, qui patrem infamat, ſicut fecit Ruben, qui maculauit ſtratum patris ſui, Gen. 49. Tales ſunt blaſphemantes Deum, & de illo conquerentes, cur ita vel ita faceret; his minatur Dominus dicens. Veh genti peccatrici, Eſa. primo. Alibi verò dicit Dominus, Peruerſi, & infideles filij. Deu. 32. Tales ſignificati ſunt in filijs, concubinarum. Abraam, quibus largitus eſt munera: iam .n. Dominus largi-

largitur peccatoribus partem ſuam in hoc mũdo, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos.

Quidam ſunt adoptiui, vt ſunt illi qui aliàs erant mali, & non erãt filij per gratiam, vt Paulus, & Matthæus Gal. 4. miſit enim Deus filium ſuũ, vt adoptionẽ filiorũ reciperemus. Iſti ſignãtur in filio prodigo & reinuento dicente, Pater peccaui in cœlũ, & coram te: quomodo miſeretur pater filij Apoſtolus, Gal. 4. miſit Deus ſpiritum filij ſui, id eſt eundem, quo filius plenus eſt, quem ipſe fidelibus promiſit, & qui à filio procedit miſit in ſpiritum, & corda noſtra, vt cum fiducia clamaremus Abba, id eſt pater &c. Iſti ſunt filij, qui cum primis hęreditabunt totam hęreditatem in ſignum Gen. 25. Abraham dedit filij Iſaac cuncta quæ poſſidebat. Tales enim hæredes Dei, & cohæredes Chriſti appellantur, Rom. 8. de qua hęreditate dicitur, hæreditas mea præclara eſt mihi Pſal. 15. & Hiere. 3. ait Dominus, & quo modo tribuam tibi hæreditatem præclaram.

Quales iam eſtis, num filij, & quales num legitimi certũ eſt, quod non, quia vel non incepiſtis, vel inceptis non perſeueraſtis, num adoptiui? noſtis ſi iã adhuc de peccatis conuerſi eſtis, aut conuerti propoſuiſtis? timeo ſummopere ne naturales, & ſpurij, & quare? etenim quia irridetis patrem, & eius inimicis cõfœderamini, proximoque iniuriam facitis, ideo filij proditionis potius quàm adoptionis eſtis, nam proditionis filius eſt, qui ſalubribus rebus ad ſui damnationem vtitur, qui ſuperbus alijs præfigere ſe ſtudet: ſuperbia enim ſignum eſt reproborum: ſicut humilitas electorum &c.

Perditionis filius eſt, qui impius & ſine miſericordia pauperibus inſultat, hinc. 2. Reg. 12. Qui rapiunt ouem pauperis filius mortis dictus eſt à Dauid.

Perditionis filius eſt, qui ſemper diuitias amat, & illis nimis fidit, difficile namque diues intrabit, & faciliꝰ eſt camelum per foramen acus intrare, q̃ diuitem in regnum cœlorum. Agnoſcite ergo patrem: Vnus eſt pater veſter, &c. quo modo vnus pater cũ ſcriptura multos annumeret patres? attendite de quadruplici patre meminit ſcriptura quorum.

Primus eſt Diabolus infernalis, de quo dicitur, Pater tuus amorreus, id eſt amaricans. Eze. 16. Diabolus. n. ducit primo ad amaritudinem peccati, & tandem deducit ad amaritudinem ęternam, de qua dicitur, cibabo eos abſinthio Hiere. 23.

Huius filij ſunt peccatores, vnde dicitur, Vos ex patre Diabolo eſtis, & opera patris vultis implere Io. 8. opera Diaboli, Mendacium, nam ipſe mendax eſt, & pater mendacij. Ioan. 8. Si ergo mentiris, ha-

bes Diabolum patrem, vnde dicit, filij Diaboli inimici omnis iuſtitiæ,non deſinis ſubuertere vias Domini Acto.13. ſicut reſiſtebat Elimas magus quærens auertere à fidem proconſulem.

Accuſatio.iuxta illud,proiectus eſt in terram ſerpens,qui vocatur Diabolus, accuſator fratrum noſtrorū Apoc.12.Si igitur ex odio aliquem accuſas,filius es Diaboli,ideo Sap. Nec accuſes ſeruū bene operantem. Prouer. 30. Caueant homines ab accuſationibus: multa.n.inde oriuntur mala. hoc dico illis, quibus non incumbit ex officio ſibi à Rege,vel communitate commiſſo, denigratio boni ſicut Diabolus dicebat Deo de Iob, ibi nunquid Iob fruſtra timet Deum. Iob primo,quaſi dicat non ſeruit Deo bona voluntate, ſed propter mercedē temporalem:tales ſunt hodie multi,nam Eccleſia.11.Dicit ſapientia, in electis ponet maculam: ſolent enim tales quandoque dicere de aliquo,talis vadit ad Eccleſiam,ſed non niſi pro malo: vult enim ſe hominibus oſtendere,vel aliquid aliud,Iſte pater non vult niſi mortem filiorum ſuorum,iuxta illud, Ephraim educet ad interfectorem filios ſuos Oſe.9. Ad hoc enim quærit Diabolus peccatores habere in filios, vt faciat ipſos hæredes æterni ignis.

Alius eſt pater carnalis, de quo dicitur, honora patrem tuum &c. Exo.20. Hic pater debet filio ſuo duo inter alia.

Correctionem, nam qui diligit filium ſuum aſſiduat illis flagella, ne palpet proximorum oſtia, Eccle.30. Et alibi, vnigenitus fui coram matre mea, & docebat me dicens, Prouer. Suſcipiat verba mea cor tuum. Hæc autem correctio fieri debet dum paruuli ſunt, nam adulti diſciplinā non recipiunt. Vnde dicitur, Curua ceruices eius in iuuentute & tunde latera dum infans eſt, ne forte induret & non credat tibi Eccle. 30. Veh autem qui ſic non corrigunt filios ſuos: ſicut enim Heli, qui nouerat filios ſuos iniquè agere, & non corrigens punitus eſt.1.Reg.4. Sic & tales qui filios non corrigunt, ſed quid dicam de his,qui nedum corrigunt, imo vident eos malefacere, ridentes applaudunt non attendendo illud, lacta filium tuum, & pauentem te faciet,lude cum eo,& contriſtabit te Eccle.30.

Debet & adminiſtrationē, vnde Apoſtolus, Patres debēt theſaurizare filijs.2.Cor.12.Veh patribus,qui bona filiorum diſſipant ad taxillos,nam filij horum teſtes erunt nequitiæ aduerſus parentes. Sap. 4. Veh illis, qui diutes dimittunt filios de vſuris, iuxta illud Pſal.14. & Eccle.41. Imolauerunt filios ſuos Pſal.105. vbi pronūciant,beatus in ſpe,qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram, & per conſequens damnatus,qui dederit.

E contra filij parentibus, vel patribus teneantur dare honorē, vnde

de Sap. Gloria hominis ex honore patris ſui, & dedecus filij pater ſine honore Eccle.3. Veh, qui contumelias faciunt patri, nam qui maledixerit patri, Exod.21. Leuit. 20. aut matri, morte moriatur.

Supportare eorum infirmitates, vnde Sap. Fili ſuſcipe ſenectutem patris tui, &c. Nō contriſtes eum in vita illius: ſi defecerint ſenſus, veniam da & ne ſpernas eum in virtute tua Eccle.3.

Miniſtrare neceſſaria, iuxta illud, quaſi Dominus ſeruiet his q ſe genuerūt Eccl.3. Vitā longiorem, honora patrē, vt ſis longęuus ſuper terrā. Exo.20. Et Eccl.3. Qui honorat patrē ſuum, vita viuet lōgiori.

Remiſſionem ſuorū peccatorum, vnde dr̄, ſicut in ſereno glacies ſoluentur peccata ſua Eccle.3. Lætitiam propriorum filiorum ſuorum iuxta illud. Qui honorat patrem circundabitur in filijs Eccle.3. & in die orationis ſuæ exaudietur.

Alius eſt pater ſpiritualis. ſ. ſacerdos, vel prædicator: inde dicitur, Pater Abraham, pater noſter eſt. Io.8. Tob.2. Filij ſanctorum ſumus. & Apoſtolus, Patres noſtri omnes ſub nube fuerunt. 1. Cor.10.

Alius eſt pr̄ cęleſtis & D. Iuſtus, de quo Apoſtolus, ego ero illi in pr̄em, & ipſe erit mihi in filium Heb.1. hoc idem etiā dr̄. 2. Reg.7. ſed qualis pr̄, attēde: pr̄ qui dicit, ſimilis factus ſū pellicano ſolitudinis, Pſ.101. Pellicanus vt dr̄, auis eſt Aegyptiaca, habitans in ſolitudine fluminis Nili, & dr̄ eſſe huius naturę, ꝙ filios ſuos defunctos ſanguine ſuo ſuper eos effuſo viuificat: talis eſt D. Ieſus, vn̄ bn̄ dicit Heb.12.

Acceſſiſtis ad ſanguinem melius clamātemē, quàm ſanguis Abel, nā ſanguis Abel clamabat vindictā, & mortē de Caim, ſed ſanguis Chriſti petit indulgentiā, & vitam animarum. Iſte pater cōqueritur dicēs, filios enutriui &c. exaltaui: ipſi autē ſpreuerūt me Eſa.1. Hic pr̄ flagellat oēm filiū quē recipit Heb. 12. ſic. n. Miles in familia ſua filium corrigens retinet in domo: ſcutiferū aūt ſiue flagellum expellit. ſic Dominus aliquos peccatores nunquàm percutit, niſi iuxta mortem, & tunc expelluntur in infernum: nam ſeruus non manet in domo in æternum. Ioan, 8. gaudeat filius qui ſæpe flagellatur a patre.

Aduertendū autem qđ triplici de cā potiſſimè pr̄ exhæredat filiū.

Primùm, ſi ipſum vituperet & infamet, tales ſunt blaſphematores Dei, quibus iuſtè aufertur hæreditas cæleſtis, Malachię 1. Et ſi ego ſum pater, vbi eſt honor meus. Pſal.36. Maledicentes ei diſperſi ibūt, benedicentes ei hæreditabunt terram.

Secundùm, ſi hoſtibus patris aſſocietur: hoſtes autem ſunt Dęmones. his qui oderunt Dominum amicitia iungens. 2. Paral.9. oportet ergo pugnare contra Dæmones ſi volumus illius hæreditatem.

Tertiùm ſi ipſum in carcere vel in infirmitate poſitum deſeruerit:

O 2 vnde

vnde cunqueritur, infirmus eră, & non viſitaſtis, neq; veniſtis ad me, Mat. 25. Viſita ergo Dominum, qui in membris ſuis hodie infirmatur, & in carcere detinetur: unde Iob. 8. Viſitans ſpeciem tuam non peccabis &c. Non te pigeat viſitare infirmum Eccle. 7.

Sed cuius horũ filij eſtis? quẽ horum in patrem elegiſtis? num carnalem? vos ipſi ſcitis qualem honorem impenditis: ò quot contumeliæ, quo modo ſupportatis eius defectus: ò quot oprobria, irriſiones. quo modo ſibi neceſſaria miniſtratis, an potius neceſſaria eis auferẽtes, in illicitis expẽditis, conſumitis, & pater veſter, qui tot annis pro vobis laborauit, famẽ perit.

Secundum eſt, humilitas contra ſuperbiam Phariſæorum: dicunt enim, & non faciunt: fidem prædicant, & infideliter operant: veritatẽ approbant, & mendaciũ aſſequunt: auaritiã corrigũt, & cupiditatem exercent: charitatẽ cõmendant, & fratrẽ ſuum odiũt: continentiã exaltant, & luxuriæ inuigilant: ad ſobrietatẽ alios hortant, & crapulæ ſtudent: pœnitentiã annunciãt, & mũdo obediũt: bonũ faciendũ prædicant, & iniquitatibus vtuntur: dona ſpũalia magnificant, & ſimoniæ ſtudent, ideo Paul. Ro. 2. qui aliũ doces te ipſum non doces: prædicãs non furandũ, furaris: non mçchandũ, mæcharis: amant primos accubitus & humilitatẽ pdicãt, quærunt Raby vocari, & alios ad vilitatẽ hortant, iõ Chriſtus ẽ cõtrario prius cepit facere, & poſtea docere dicẽs, q fecerit, & docuerit hic magnus vocabit' i regno cçlorũ Matt. 5.

Tertiũ eſt reprehenſio Phariſeorum, & innouatio legis dicẽs. *Nolite vocari Raby*, renouamini ergo maiores, minores, ſuperiores, & ſubditi, audite Paulum, Renouamini ſpiritu mentis veſtræ: nouitas enim ſpiritus in nouitate cordis conſiſtit, rectè dirigere. In nouitate linguæ bene docere: In nouitate operum optimè operari. In nouitate ciborum parce comedere: In nouitate ſacramẽtorum, ea frequenter ſumere: In nouitate præceptorũ, ea obſeruãdo. In nouitate laudũ dei: In nouitate delitiæ contra inimicos nequitiæ: In nouitate præmiorũ, non temporalium, ſed çternorum: Hçc omnia nobis promiſit Deus.

De nouitate cordis, Ezec. 36. dabo vobis cor nouũ, & ſpm nouũ.

De nouitate linguæ. Mat. vltimo, linguis loquentur nouis.

De nouitate veſtimẽti. 3. Reg. 2. Operti eſtis pallio nouo: ſed in textu d. Achias opertus pallio nouo.

De nouitate ciborum, Sap. 16. Illi guſtauerunt nouam eſcam.

De nouitate ſacramentorum Paulus ad Tit. 3. per lauacrum regenerationis, & renouationis ſpiritus ſancti.

De nouitate præceptorum. Io. 13. Mandatum nouũ do vobis, vt diligatis inuicem ſicut & ego dilexi vos.

De

De nouitate laudum Pſal.39.Immiſit in os meum canticum,nouũ carmen Deo noſtro.

De nouitate militiæ Paulus. Nõ eſt nobis colluctatio aduerſus carnẽ, & ſanguinẽ, ſed aduerſus prĩcipes & poteſtates tenebrarũ tuarũ.

De nouitate præmiorum,Eſa.65. Ecce ego creo cælos nouos, & terram nouam.

Sed hanc innouationem clarius Paulus Rom. cap.3. oſtendit dicens, ex operibus legis non iuſtificatur omnis caro coram illo: per legem enim cognitio peccati: iuſtitia autem Dei per fidem Ieſu Chriſti in omnes,qui credunt in illum.

Hanc innouationem prædicauit Paulus eiſdem Rom. c.7. cum.n. eſſemus in carne,paſſiones peccatorum,quę per legẽ erant,operabantur in membris noſtris, vt fructificarent morti, in qua detinebamur, ita vt ſeruiamus in nouitate ſpiritus,non vetuſtate literæ.

Hanc innouationẽ prædicauit Corinth. ſecundæ, 3. ſi miniſtratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria, ita vt non intenderent filij Iſrael in faciem Moyſi propter gloriam vultus eius, quæ euacuatur,quomodo non magis miniſtratio ſpiritus erit in gloria? nam ſi miniſtratio damnationis in gloria eſt, multo magis abundat miniſterium iuſtitiæ in gloria. Si enim quod euacuatur per gloriam eſt,multo magis quod manet in gloria eſt.

Hanc innouitatem prædicauit Hebræ.7. dicens reprobatio quidem fit præcedentis mandati propter infirmitatem eius & inutilitatem: nihil enim ad perfectum duxit lex, introductio verò melioris ſpei,per quam proximamus ad Deum.

Hanc prædicauit Heb.9.dicens.Nunc autem Chriſtus melius ſortitus eſt miniſterium,quanto melioris teſtamenti mediator eſt.

Renouamini ergo ſpiritu ò ſubditi, & pacem habete cũ Dominis ſuperioribus,vt Paul.prima Theſſal.5.Rogamus autem vos fratres, vt noueritis eos, qui laborãt inter vos, & præſunt vobis in Domino, & monent vos vt habeatis illo abundãtius in charitate propter opus illorum,& pacem habete cum eis.

Renouamini,vt honorem eis præſtetis,vt Paul. primæ Timot. 5. Qui bene præſunt,duplici honore digni habeantur.

Renouamini,vt illis obedientiam detis,vt Paul. Hebr.13.Memẽtote prępoſitorum veſtrorum,qui vobis loquuti ſunt verbũ Dei,obedite illis, & ſubiacete eis: ipſi enim peruigilant tanquam rationem reddituri pro vobis.

Renouamini renati,vt vigiletis ſuper gregem. 2.Timo.4. Tu verò vigila,in oĩbus labora,opus fac &c. Euãgeliſtę miniſteriũ nr̃m imple.

Renouamini moribus, prima Tim. 4. exemplum eſto fidelium in verbo, in conuerſatione in charitate, in fide.

Renouamini iuuenes, vt ſenibus honorem pręſtetis, vt patribus iuuenibus, vt fratribus, matronis, vt matribus, & fratribus, vt ſororibus. 2. Timo. 5. Seniores obſecra, vt patres iuuenes, vt fratres, anus, vt matres, iuuenculas, vt ſorores in omni caſtitate.

Hanc nouitatem vult vt Timo. ſecundo, ſenes doceat, & mulieres inquiens, Tu autem loquere, quæ docent ſanam doctrinam, ſenes vt ſobrij ſint, pudici, prudentes, ſani in fide, in dilectione, in patientia: anus ſimiliter in habitu ſancto non criminatrices non multo vino ſeruientes, benedicentes, vt prudentiam doceant adoleſcentulas, vt viros ſuos ament, filios diligant ſuos, prudentes, caſtas, benignas, domus curam habentes, ſubditas viris ſuis, vt non blaſphemetur verbũ Dei, iuuenes ſimiliter exhortare, vt ſobrij ſint. Ecce innouationem, quàm Chriſtus in lege ſpiritus docuit. ſic hodie Apoſtolos ſuos, vt legis ſpolia deſtruerent omnis ſuperbia plena, vt phariſæi oſtendunt, & quæ intus ſunt dulcedine, & ſuauitate plena, ſcilicet legem ſpiritus Apoſtolos docuit, & nos cum eis ſi verba eius toto corde, viribuſque omnibus amplecti volueribus, quibus ad vitam incorruptam, & gloriam immarceſſibilem perueniemus, Amen.

FERIA QVARTA

Secundæ Dominicæ.

PAVLVS Apoſtolus ex eo quod mediator eſt Chriſtus noui teſtamenti probat Hebræ. 9. neceſſitatem paſſionis & mortis Chriſti dicens. Ideo noui teſtamenti mediator eſt, vt morte intercedente in redemptionem earum præuaricationum, quæ erant ſub priori teſtamento, vt repromiſſionem accipiant, qui vocati ſunt æternæ hæreditatis. Probat ſuam conſequentiam. Vbi enim teſtamentum mors neceſſe eſt intercepta teſtatoris. Teſtamentum enim in morte confirmatum eſt, alioquin nõdum valet dum viuit. Iterũ probans illud idem dicit, Vñ nec primum quidem ſine ſanguine dedicatum eſt, &c. exequitur, & omnia penè in ſanguine ſecundum legem mundantur, & ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio. Si ergo hoc neceſſe fuit in lege & teſtamento veteri, quæ erant figuræ, ſequitur quod neceſſe fuit in lege, & nouo teſtamento quæ ſunt figuratum. Hoc miſterium reuelat

Chriſtus ſuis Apoſtolis, vt legitur in hoc Euangelio.

Quatuor inter alia Rex magnus Philippus ſuis fidelibus ciuibus fęlicis vrbis annunciat & communicat.

Primò ſecreta cordis ſui. Secundò nobilitatem graduum ſuorum. Tertiò virilitatem & deſpectionem omnium inimicorum. Quartò tolerantiam laborum, vt ad coronam perueniant. Quibus omnibus, Nautæ ſecurè in portu conſeruantur, & naues.

Sic hodie in portu Euágelij Chriſtus diſcipulis ſuis fidelibus quatuor communicat. Primò ſecreta ſuę paſſionis. Secundò nobilitatem graduum in cęlo. Tertiò virilitatem martyrij. Quartò tolerantiam in laboribus, vt tandem coronam conſequantur.

Primò, diſcipulis ſecreto enumerat paſſionis ſuæ futuræ omnia myſteria, ſcilicet quod tradetur principibus ſacerdotum, & ſcribis cõdemnabitur morte, tradetur gentibus, illudetur, flagellabitur, crucifigetur, & tertia die reſurget, quibus verbis Chriſtus præterquàm quod diuinitatis ſuæ potentiam, qua futura omnia præſcire ſe ſe demonſtrabat, oſtendit arcanum Dei gratis conciliũ, quo voluit filij ſui humilitate antiqui hoſtis ſuperbiam elidere ac de peccato damnare peccatum, vt iuſtitia legis impleretur in nobis, ſi tamen compatimur: nequit enim vera Chriſtiani homini iuſtitia, qui non niſi merito paſſionis Chriſti contingit in delitiis conſiſtere. quare ſi Chriſtum pati oportebat, & ita intrare in gloriam ſuam Luc. vigeſimoquartò, multo magis nos ob varias cauſas. Prædicit autem Chriſtus omnia ſupra dicta.

Primò, vt oſtenderet ſe iuſtè prophetarum oracula non inuitum, ſed prorſus voluntarium paſſionem ſuſcepiſſe Eſa. 53. Ioan. 10. oblatus eſt, quia ipſe voluit, poteſtatem habeo ponendi animam meam, neque Iudæorum conuictum potentia morti ſuccubuiſſe, ſed propria voluntate, & amore noſtri propter nimiam charitatem, qua dilexit nos, lauit nos &c.

Secundò, vt diſcipulorum animos contra futuram tempeſtatem præmuniret: & periculum enim erat ne fidei ſemẽ prorſus ſuffocaretur, ſi præter opinionem viderent eum ſibi eripi, cui hactenus fidem habuiſſent, ex cuius doctrina ſuam fidem inſtituiſſent. ſi enim ſæpius moniti nondum tamen conſiſtere poterant irruente malo, ſed ſcandalizabantur, quid futurum ſi omnino tale quid nihil expectantes vidiſſent obtorto collo ſibi Chriſtum abripi, ac poſt varia ludibria crucifigi?

Tertiò, vt falſam quam de temporali regno iam imbiberant opinionem ab ipſorum animis euelleret, ſi quidem credebát illa prophe

tarum vaticinia qualia ſunt apud Eſa.32.& 54.& Pſal.71. Et Eſa. 9. & Daniel.7.alijsque locis innumeris corporea prorſus fore: unde ro gabāt. Domine, ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſrael. Indicat.n. aliud.ſ.ſpirituale regnum ſe meditari, & iam parare per paſſionem.

Quartò, vt oſtenderet ſe eſſe eum promiſſum in lege Meſſiam, in quem omnia verificantur dicta prophetarum, neque alium poſtea expectandum, ſed in hunc eſſe ſpem omnem collocandam, atq; ex præteritorum celſitudine futura eſſe expectanda, & ideo reſurrectionis, in qua ſalutis ſumma fidelium conſiſtit, meminit, vt oſtenderet cum Chriſto poſt reſurrectionem electos regnaturos ſemper, vt ait Paul. prima Timo. 5.

Sed contra Apoc.20. Regnabunt cum Chriſto mille annis.

Reſpondeo hanc eſſe vmbraticam oppoſitionem, nam forſan ibi finitus numerus poſitus eſt, ac ſi diceremus, regnabūt 1000.annis, & adhuc vltra, cum per numerum iſtum millenarium non excluditur perpetuitas, quæ ſæpe numero ſignatur per millenarium in ſcripturis, qui & pro annis omnibus huius ſæculi poni ſolet, plerunque loquor de ſcientibus ſcripturas: mullenarius enim numerus ſolidum reddit quadratum numeri denarij; decem quippe decies ducta fiunt centum, quæ tamen figura quadrata eſt, & plena. & ne ſurgat in altitudinem, & fiat ſolida rurſum centum decies multiplicatur, & fiunt mille.

Vel dicamus ideo millenarius in ſecūdo ponitur, qa ſicut in illo tā quàm imperfectioni cæteri numeri continent, & terminantur, videlicet vnitatū denariorū, & centenariorū, ita in Chriſto tāquàm in creatore, & fine omnium omnes creaturæ continentur, cuius regnum dicitur eſſe regnum omnium ſeculorum: idcirco ſoli Chriſto conuenit ille numerus, cum quo melius eſt vna tantum habere diem ſuper mil le iſtius vitæ.

Vel dicamns quod accipitur pars pro toto, ideo Chriſtus reſpondet tacitę petitioni, qui iam nouerat futuram eſſe, quod hi in hoc ſęculo non regnabunt, viuent tamen in æternum in altero.

Secundò docet quid plerunq; ſub prætextu Euāgelij venari ſoleat humana rō.ſ.honores, diuitias, & gloriā, ſola reſurrectionis mentione, aut vita.mater filiorū Zebedei adhuc aīalis nō intelligēs quæ Dei ſunt, ſōniabat.n.æternū regnū in quo ſceptrū gladius, & arma eſſent corporea, proinde à Chriſto quem adorabat petit, vt ſedeāt duo filij, vnus ad dexterā, & alius ad ſiniſtrā.i.vt hic in rerū adminiſtratione primas teneat, ac rēpublicam gubernet, & hic ſecundo loco conſanguinitatis iure regni negocia curet, particeps non tam curarum, quā quæſtus,

quæſtus, Chriſtus autem docet, ut ex reſponſo patet, ſuum regnum conſtare fide, Euangelio, oratione, ſpiritu ſancto, & ſacramentis, quibus reſiſtit Sathanæ, morti, inferno, mundo & carni. Non eſt igitur quòd in hoc regno quis fœlicitatem, aut ſecuritatem quærat, nam per multas tribulationes oportet nos introire in regnū Dei, Act. 14. Propterea reſpondet non matri, ſed filijs, a quibus erat ſubornata, *Poteſtis bibere calicem &c.* aut baptizari baptiſmo, quo ego baptizabor, quaſi dicat: non coronabitur niſi qui legitimè certauerit. *Calicem quidem meum bibetis.* de quo Propheta, Calix Domini uini meri plenus Pſal. 74.

Sed contra idem in eodem, calix domini plenus mixto.

Reſpondeo, calix iſte domini ideo uini meri plenus fuiſſe dicitur, quia non fuit mixtus ſanguine hircorum aut uitulorum, ut olim in lege Hebr. 9. Sed per proprium ſanguinem dominus noſter introiuit ſancta ſanctorum, unica oblatione conſumauit ſanctificatos, uti Paulus atteſtatus fuerat.

Vel dicamus, quòd ideo plenus eſt uini meri: quia bibentem ſe dignè, & fideliter, prout decet, taliter diuinum efficit, ut non amplius ſit immixtus carnalibus, ſed protſus alienatus ab illis efficitur cœleſtis Pſal. 22. ob quod a propheta calix iſte non ſolum dictus eſt inebrians, ſed præclarus, hunc niſi & nos biberimus, prout unicuiq; cœlitus datum eſt, æternam patriam minimè acquirimus, quæ duntaxat hunc bibentibus promiſſa Luc. 23. Per calicem iſtum crucem propriam unicuique poſt Chriſtum portandam neceſſariò intelligimus. Ideo Matth. 16. ait, Qui uult uenire poſt me &c.

Sed contra Deuter. 11. crucem portare, ac in illa pendere execrabile eſt, ut ait Moſes, maledictus qui in ligno pendet, Deut. 21.

Reſpondeo, quòd de nobiliori cruce Chriſtus loquutus eſt, quam hanc ligneam manu hominum fabricatā eſſe nouimus, ſed excellentiorem ab artifice cœleſti paratam unicuique, qua uetus homo mortificatur, & crucifigitur Rom. 14. Hæc crux portanda eſt a fidelibus, & transfigenda clauo timoris Dei, in ſiniſtra amoris Dei, in dextera & clauo charitatis, in pedibus quouſque abſorbeatur mors in uictoria 1. Cor. 5. Portata eſt a nobis reſolutis, & liberis membris reluctantem portare non ualeamus, & Chriſtum dominum ſequi nequimus. Hæc crux fuit hæreditas patris Adæ facta in paradiſo terreſtri, ideo Paulus Rom. 6. Vetus homo noſter crucifixus &c. Qua propter quod antiquitus erat opprobrium, factum fuit triumphus: nullum enim genus mortis horribilius, nec execrabilius erat apud priſcos crucis ſupplicio, ob quod maledicebatur qui in illa pēdebat, ut ait Moſes, ſed modò

do è contrario nullum genus mortis ſuauius, & honorabilius mortē huius crucis, quæ leuis & ſuauis facta eſt per Chriſtum non opprobrium, ſed triumphus maximus in qua gloriabatur Gal. 6. Sic Ambroſius, ſi tolerabimus conregnabimus. & licet ſit aſpera non aſſuetis, eſt tamen dulcis guſtantibus cœleſtia, ſic Apoſtoli gaudenter ſuſcipiebant cruciatus, & minas tyrannorum. ait Aug. Crux Chriſti baculus eſt, ergo mare mundi huius tranſeamus. Idem Auguſt. loquens de cruce ait duo eſſe crucis genera: Vnum corporale, & aliud ſpirituale: Per primum enim appetitus gulæ, & luxuriæ a delectationibus, & ſuauitatibus coercere, atque ab his quæ tactum uiſum guſtum que decipiunt abſtinere. Alterū uerò precioſius, & ſublimius, quod eſt motus animi regere perturbationes, quæ illius modeſtiæ tranquillitate placare iræ ac ſuperbiæ impetus quaſi feram beſtiam refrenare, litigare quotidie contra propria uitia, increpare ſe quaſi quandam cēſuram auſteritatis & uirtutis rixam, quæ quodammodo cum homine interiore conſerere cogitationes malas in poteſtate redigere, proprias uoluntates abnegare, eaſque interiori examinatione diſcutere regentis Imperio: hæc enim qui facit prærupto paſſionis muro inuolenter ad cœlorum regna conſcendit & palmam adipiſcitur. diſcurre.

Sed hæc fieri nō poſſunt niſi prius homo renunciauerit omnibus quæ poſſidet. Ideo Luc. 14. niſi quis renunciauerit omnia quæ poſſem, &c. non poteſt meus eſſe diſcipulus.

Sed contra Luc. 19. Chriſti diſcipulus dictus eſt Zacheus diues, & Ioſeph Abarimathia. De Zacheo Matth. 27. Loquutus ait non tātum principem fuiſſe publicanorum, ſed etiam diuitem, de Ioſeph Luc. 19. ait, Venit Ioſeph Abarimathia homo diues, qui & ipſe diſcipulus erat Ieſu, expectans regnum Dei. De Cornelio etiam legitur quod fuerit diues, & de mulieribus ſequentibus Chriſtum non legitur quòd renunciauerint.

Reſpondeo ſi ad ſpiritualem intellectum dicta præmittuntur, hæc contradictio ſoluitur a Paulo 1. Cor. 7. dicente, reliquum eſt, ut qui habent uxorem, tanquam non habentes ſint, & qui flent tanquam non flentes, & qui gaudent tāquam non gaudentes, & qui emunt tanquā non poſſidentes, & qui utuntur hoc mundo tanquam non utantur. qui ergo hæc habet tanquam non habeat, reliquiſſe dicitur: qui in his non præſumit, neque ſe iactat, ſed humiliter incedit, non tantum habitu, ſed & mente diſpenſatorem horum omnium ſe intelliget, omnia ſua reliquiſſe uidetur: renunciat quidem quia deſiderio recedit, non eſt ergo inconueniens diuitem diſcipulum eſſe Chriſti, quia ſufficit diuitem eſſe rebus, pauperem uero animo, ſicut iſti prænominati

ti. ait Propheta Pſ. 61. Diuitię ſi affluāt, nolite cor apponere: ſic enim permiſerunt filij Zebedei quando relictis retibus ſequuti ſunt eum: retia enim ſunt facultates huius mundi, reliquerant patrem, & cognatos: quia niſi quis reliquerit patrem, matrem, & filios, non poteſt meus eſſe diſcipulus, & Luc. 15. Qui fratrem non odit, non eſt me dignus.

Sed contra Leuit. 19. Non oderis fratrem tuum in corde tuo. ſi diuinum oraculum pluribus in locis prohibuit odire fratrem cur filius &c. non & ipſe eſt qui prophetarum oraculis tot ueritates dixit.

Reſpondeo, quòd diligo creaturam, & odio habeo peccatum in ipſa.

Reſpondeo aliter, quòd odire parentes hoc modo intelligitur, uidelicet non amare eos pluſquam Deum, quia aliter ſi eſſent odio habendi, eſſet contra præcepta tum legis, tum Euangelij: ubi præcipiuntur filij amare parentes, pater amet filium, uir uxorem, ſeruus dominum, & inimicus inimicum, ſed hoc modo intelligo amare parentes non ſupra amorem Dei.

Deinde oportet ſequi Chriſtum, ut iſti Apoſtoli qui non ſolum reliquerunt retia, ſed ſequuti ſunt eum, quia non ſolum renunciarunt omnibus bonis & parentibus: ſequi ergo Chriſtum oportet, & conformare nos cum uoluntate eius. Canis enim quamuis quandoq; appetat alibi currere, uidens tamen dominum ſuum ad partem oppoſitam ire, ſolet proprium iter dimittere, & ad ſequendum dominum ſe transferre, ita & nos. Diſcurre, & applica.

Tertiò oſtendit præſumptionem horum fratrum, quæ plerunque ex ignorantia, & ſuperbia naſcitur, quia non agnita rei quam ambiūt difficultate, tantum ut libidini ſuæ faciant ſatis, etiam quæ ultra uires ſunt aggredi non uerentur, & obliti propriæ infirmitatis: tamē ut alijs præſtantiores uideantur, ſuis uiribus minora expetunt quàm dari debent, ſi tantum ualet in homine ambitio, ut peccatum peccato addere non uereatur, quid ultra? &c.

Huius ambitionis tyrannide fit, ut Eccleſia, imperia, regna, reſpublica, ciuitates & familiæ, non tantum dilabantur, ſed intereant, euertantur, ac funditus pereant, dum regnis, & Eccleſijs inhiant principes eccleſiaſtici, & principes prophani, quando illorum ſit uerbo & exemplo Eccleſiam tegere, non opes quærere, non arma uibrare, & ipſis conuenit Imperia armis protegere, ab hoſtibus defendere, & iuſto Dei iudicio fit, ut dum extra uires noſtras efferimur, turpiter ſubinde, ut cantherius in porta, labamur: ſic Ozias dum præter ſuam dignitatem ſacerdotium uſurpat, lepra percutitur: ſic Datan, & Abiron 2. Parali. 27.

uiui

Deut. 11. uiui abſorbentur a terra.

Num. 16. Monet hic igitur Chriſtus, ut quis ne ultra uires ſuas ſe offerat, ut

Mat. 26. Petrus qui promiſit, & Thomas qui dixit, Eamus & moriamur cum

Ioan. 11. illo: ſed quid accidit? Petrus ter negauit, & Thomas multis Chriſti re

Ioan. 20. uelationibus poſt reſurrectionem non credidit: ideo Chriſtus. *Calicem quidem meum bibetis, ſedere autem ad dexteram &c.*

Sed hic eſt contradictio: ſi ſciuerat eos bibituros, cùr interrogauit an poſſint bibere?

Reſpondeo, quærit Dominus ab his Apoſtolis non tanquam neſcius, ſed ut reſponſione eorum ſtultam petitionem increparet: ipſi enim quærebant præmium ante laborem, diſcurre. Sed magiſter docet quid ſit prius quærendum: ideo Apoſtolus Rom. 6. Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul etiam & reſurrectionis eius erimus. Ita dominus his uerbis præmia pollicebatur electis, & intrare per arctam uiam, per anguſtam portam magno labore. Ideo, *Neſcitis quid petatis*: quia ſedere in regno huius mundi eſt deſcendere ad ignem, ſed ſedere meũ eſt in cœlis paratum a patre meo: ideo Dauid loquens de ſede Chriſti, in perſona patris ait, Pſ. 109. Sede a deſtris meis: unde ſi quæras, quomodo intelligatur Chriſtum ſedere ad dexteram patris, ut & dicitur in ſymbolo, ne uideatur inæqualitas inter patrem & filium.

Reſpondeo, quòd dum pater introducitur dixiſſe filio ſede a dextris meis, intelligendum eſt (ut aiunt Theologi) ſcilicet eum collocaſſe in potioribus bonis ſuæ diuinitatis, quod adimpletum fuit poſt humanitatem aſſumptam, quando cœlos aſcendit: ipſa enim beatitudo dextera patris dicitur.

Nec carnaliter intelligas, quia a dextris patris ſedeat, quia quicquid ibi eſt, dextera Dei eſt.

Sedet autem ad patris dexteram, non ut maior, ſed ut æqualis patri, ſed & tu ſi uis eſſe ſedes Dei, para locum in corde tuo, ubi Deus ſedeat, qui non ſedet niſi in dextera, hoc eſt in conſcientia piorũ, quos poſtea facit ſecum ſedere in dextera.

Sedes ergo Dei tunc eris, dum te purgaueris a terra.

Sedes Dei eris, quando in te fuerit plenitudo ſcientiæ.

Ad dexteram uerò filij pater ſedere dicitur, & ſedebat, quãdo ſua protectione cum filio erat nobiſcum, ut Ioan. 2. Et qui miſit me, non reliquit me ſolum: quod longè ante Hier. 20. ait, Dominus mecũ eſt tanquam bellator fortis, & Pſal. 30. Quoniam tu es protector meus Deus. ſed nunc ſedet ad dexteram, ut Hebr. 1. Sedet ad dexteram maieſtatis in excelſis, ideſt in potioribus bonis patris.

Sed

Sed contra Apocal.3. uidit Io. agnum ſtantem in cœlo, ideſt Chriſtum: & Stephanus uidit Ieſum ſtantem: ſi Euangeliſta recubuit in cœna, uidit Ieſum ſtantem, cur Paulus uoluit ſedentem? Act. 7.

Reſpondeo, quòd dum Paulus dixerat Ieſum ſedere ad dexteram, oſtendit illum hominem ſuper omnem creaturam, angelicam, & humanam exaltatum, ibi ſedet, regnat ad æqualitatem maieſtatis, quia maieſtas eſt maior poteſtas, & ſi in alia parte filius ſederet, non eſſet patri æqualis: ſedet non in paradiſo uoluptatis unde, Adam expulſus, ſed in excelſis: diſcurre.

Dico ergo ſedere eſt iudicantis: & quia redemptor noſter in cœlo omnia iudicat, & uidens erit omnium, ideo in dextera maieſtatis ſedet pater, & filius, ambo in dextera ſunt, quia nihil eſt in diuinitate ſiniſtrum. ſedet ergo in dextera filius, quia habitat in plenitudine diuinitatis: beatitudo enim patris dextera uocatur, nam ſi carnaliter accepimus, quia filius ſedet ad dexteram patris, ergo pater ad ſiniſtram erit, quod erit abſurdum filium a dexteris, & patrem a ſiniſtris eſſe.

Stat Chriſtus, cum aduocat & intercedit pro nobis: ſic Stephanus uidit ſtantem, quia aduocabat ad patrem pro eo: ideo cum hæc dixiſſet, obdormiuit in Domino: diſcurre.

Quartò oſtendit patientiam Chriſti, quam habuit erga duos fratres, quibus amiciſſimè reſpōdet: *Calicem quidem meum bibetis*, & meo baptiſmo baptizabimini: *Sedere autem ad dexteram, ſeu ad ſiniſtram:* quaſi dicat, patiemini propter nomen meum, & hæredes regni mei uos futuros ſpondeo, tamen in me prius offendemini tandem, non ex naturæ ueſtræ uiribus, ſed ex mea uirtute pro me patiemini, etiam regnum patris mei accipietis.

Et erga reliquos Apoſtolos, qui ægre ferebant ambitionem duorū fratrum eos reuocans tribus efficaciſſimis argumentis conciliat dicens, *Scitis quia principes gentium dominantur eorum, & qui maiores ſunt poteſtatem exercent in eas, non ita erit inter uos, ſed qui maior eſt ueſtrum fiat ſicut miniſter.* His tribus argumentis, quorum primum a ſimilitudine regni prophani ſumit, & ſecundū ab humilitate, quæ decet eos, qui humilitatem Euangelicam profitētur: Tertium ab ipſo Chriſto, qui cum diues eſſet ita pro nobis egenus factus eſt ut non haberet ubi caput reclinaret, ut ipſius inopia diuites efficeremur: permiſit autem dominus Apoſtolos huius mundi petitionibus labi, ut poſt prædicatores Euangelij effecti, diſcerent patienter ferre lapſos iuxta illud Gal. 6. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, &c.

Chriſtus ergo ambitionem commēdatione humilitatis deprimit, cum decem diſcipulorum indignationem compoſuerit: quaſi dicat,

Chriſtus regnum meum non eſt adminiſtrandum ſicut mundanu..
quia pater meus in mundo duos ordines, uelut duo luminaria magna conſtituit, mundanum & ſpiritualem, quem commiſit adminiſtrandũ Imperatori, Regibus, Comitibus, Iudicibus, Epiſcopis, Doctoribus, Concionatoribus, ut .ſ. gladio externo bonos defendant, & malos puniant, ſed uigilent erga ſubditos. diſcurre: quaſi dicat, nõ decet uos cum gladio pugnare, ſed uerbo diuino, & exẽplo meo, qui cum ſim dominus omnium factus ſum ſeruus omnium. Vide Augu. epiſto. 121. tom. 2. Item Proſperum in lib. 3. de uita contemplatiua, cap. 28. An liceat parentibus procurare dignitates ciuiles, aut eccleſiaſticas pro filijs.

Et hoc modo ſedebitis in regno meo, in quo claudere, & aperire meum eſt, ut Apo. 3. Chriſtus ſolus aperit, & claudit.

Contra Matth. 16. Petrus quoque claudit, & aperit, cui dictum eſt. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus: & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam &c. & quodcunque ligaueris &c.

Reſpondeo, quòd licet Petrus tanquam regni clauiger fuerit conſtitutus a Deo, ut claudat & aperiat, hoc tamen a ſe non habet, ſed a Chriſto, qui author omnium per ſe claudit: contulit autem Chriſtus has claues antequam cęlum ſcanderet, non uni tantum, ſed omnibus Eccleſiæ ſacerdotibus, quos repręſentauit Petrus, cui Chriſtus. Tibi dabo. Qui Petrus omnibus dedit, ſed ipſe caput: & dum Apoſtoli ſimul eſſent, ſimul receperunt: Quæcunque ſolueritis, & ligaueritis, ſed non ſicut Petrus, qui inter alios tanquam principalis fuit conſtitutus, cui Dominus dixit, Paſce oues meas. Ioan. cap. ult.

Vel dicamus, ſolus Chriſtus aperit ad intelligentiam fidei, ſolus aperit ora ad prædicandum, ſolus aperit intellectum ſcripturarum, ſolus aperit naturas rerum, ſolus aperit ſenſum ad cognitionem, ſolus aperit affectum ad dilectionem, & quæ electis ſic aperit, claudit reprobis, rectè nunc dicitur, Claudit, & nemo aperit.

Quod autem ipſo ſic aperiente nemo poteſt claudere, teſtantur Apoſtoli, qui ab eo miſſi ad euangelizandum, dum a tyrannis interrogarentur, intrepidè reſpondebant Act. 4. Non poſſumus quæ audiuimus, & uidimus non loqui, & quibuſdam, dum Lucas loquebatur de Stephano Act. 6. ait, Non poterant reſiſtere ſapientiæ, & ſpiritui, qui loquebatur. Et ècontrario Chriſto claudente nemo aperit, ut fatuæ uirgines foris ſteterunt, non ualentes ingredi thalamum ſponſi.

Conſiderando ergo rem in ſe, dico quòd ſolus Chriſtus eſt ianitor, a quo cæteri hauriunt, qui habent claudendi & aperiendi poteſtatem.

Sed

Sed hanc poteſtatem aperiendi gratis cōmunicare debent, ut Mat. 10. Gratis, gratis datæ.

Contra Luc. 10. Dignus eſt macenarius mercede ſua: ergo contradictio.

Reſpondeo, Chriſtus ne ſacramenta nobis gratis præſtita uendamus, tanquam diſpenſatores miniſteriorum Dei, exemplo ſuo, qui citra meritum noſtrum fecit nos filios Dei, quod habemus uult, ut gratis exhibeamus ad utilitatem fratris: quia Plato ait, Non ſolum nobis nati ſumus: ſed per hoc uoluit dominus ambitionem prohibere, & humilitatem docere, cū dicit, Gratis accepiſtis. Ambitio enim facit, ut magis ea doceamus, quæ ad oſtentationem faciant, quàm quæ ad ædificationem populi. ſtudemus enim demulcere aures audientium, non animas. Gratis (inquit) accepiſtis, quid igitur ſuperbitis? non debetis gloriari, Gratis date. Quo uerbo auaritiam prohibuit, & contemptum diuitiarum, & lucri docuit, ſed quid dicam de populis erga concionatores, & paſtores, qui miniſtros priuant neceſſarijs, nec putant Chriſtum paſcere dum miniſtros paſcunt? ſed quid diceremus de operibus miſericordiæ? Quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis: quanto magis ſi hæc miniſtris euangelij fecerimus? Dico ergo quod poteſtas conceſſa eſt prædicatoribus accipiendi uictū, & ueſtitum ab his quibus prædicant, ut docet doctor gentium 1. Corin. 9. Dominus ſic ordinauit, ut qui Euangelium annunciant, ex Euāgelio uiuant, & Gal. 6. ait, Communicet autem qui cathechizatur ſermone ei, qui ſe cathechizat in omnibus bonis 1. Tim. 5. ait, Presbyteri, qui pręſunt duplici honore digni habeantur, maximè qui laborāt in uerbo, & doctrina. Non eſt uenditio ergo, neque pretium, quandò indefeſſis ſudoribus recipimus alimenta. Vnde ergo uiuemus? Dignus eſt operarius mercede ſua.

Verùm caueant qui diuinitus acceperunt dona Dei, ne pro auro uel argento uendant. Hoc enim prohibuit dominus, & iam ſcitur quàm male euenerit olim his, qui uendiderunt Dei dona Geneſ. 25. Eſau uendidit primogenita pro edulio lentis Iacob, & ei ſubiectus factus eſt, cum tamen ipſe primogenitus eſſet. Gie. 221. Seruus Eliſei Prophetæ accepit a Naamano curato ab Eliſeo furtim talenta duo contra uoluntatem domini, unde leproſus factus eſt ipſe, & ſemen ſuum in pœnam ſempiternam 4. Reg. 5. Et Simoni mago uolenti emere gratiam imponendi manus, & dandi Spiritū ſanctum, Petrus reſpondit, Pecunia tua tecum ſit in perditione tua. Hic diſcurre, & applica bene.

Hæc ergo ſunt uerba quæ nobis ſedere cordi debent, quibus paſſionem,

ſionem,& mortem unigeniti filij Dei meditari poſſumus. Ideo ipſe Chriſtus & ſaluator mundi ſæpe ſæpius diſcipulis ſuis hæc inter alia dicebat, ſcilicet, filij, inimici tradent me in iudæorum manibus,& flagellabunt,& crucifigent, ſed tertia die reſurgam: tentabor pluſquam Iob: me perſequentur ut Dauid: calumniabunt ut Abimelech, dabor canibus iudæis, ut Daniel leonibus; paruipenſus ut Gedeon; uenundatus ut Ioſeph: tradar ut Amaſſa; rapient me ut Goliam: ligabunt ut Sanſonem; accuſabunt ut Abner; ſpernent me ut Eliſeum; ſpoliabunt ut Hieremiam; flagellabunt ut Michæam; crucifigent ut Machabeos; ponent in cruce ut ſerpentem æneum: occident me ut Abel: aperient latus ut Abſalom: ſepelient ut Ionam. Ideo ne ſcandalum patiamini in me (paſſio enim & mors mea erit contra uitia omnia remedium.)

Contra ſuperbiam, & inobedientiam caput meum humiliter inclinatum,& ſpinis coronatum propter obediētiam Patris uidebitis.

Contra fratris odium, uerba mea omni melle, amoreque dulciora pro crucifixoribus percipietis: Pater dimite illis, Luc. 22.

Contra auaritiam, nuditatem meam contemplabimini.

Contra carnalitatem, me totum flagellatum cernetis.

Contra iram, manſuetum omnique amore plenum cognoſcetis: & ut magis hoc percipere poſſitis, aperto latere cor meum uobis oſtendam.

Contra gulam, in ſiti mea aceto,& felle me potabunt. Pſ. 21.

Contra inuidiam, lachrymas, gemitus,& ſuſpiria dabo.

Contra accidiam, continuum exercitium ad utilitatem ueſtram uidebitis, quouſque pedes meos clauo iudæi firmabunt.

Hæc ergo eſt illa paſſio qua iuſtificamur, ut Rom. 3. Iuſtificati gratis per gratiam Dei, per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu, quem propoſuit Deus propitiatorem per fidem iu ſanguine ad oſtentationem iuſtitiæ tuæ.

Ad hanc paſſionem peccata noſtra eum adducunt, Rom. 4. Traditus eſt propter delicta noſtra.

Ad hanc paſſionem impietas noſtra conducit,& charitas filij Dei mortem ei præſtitit, Rom. 4. Vt quid enim Chriſtus cum adhuc infirmi eſſemus ſecũdum tempus, pro impijs mortuus eſt. Vix enim pro iuſto quis moritur: commendat charitatem ſuam in nobis, quoniam cum inimici eſſemus, reconciliati ſumus ei per mortem filij eius.

Ad hanc paſſionem Chriſtum mors noſtra conduxit, ut cum eo reſuſcitati ſemper uiuere ualeamus. 2. Cor. 5. Exiſtimantes hoc, quoniam ſi unus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt,&

pro

pro omnibus mortuus eſt Chriſtus, ut qui uiuunt, iã non ſibi uiuant, ſed ei, qui pro omnibus mortuus eſt, & reſurrexit.

Ad hanc paſſionem ſponte oblatus eſt, ut a ſeruitute mundi nos eriperet, Galat. 1. Qui dedit ſemetipſum pro peccatis noſtris, ut eriperet nos de præſenti ſæculo nequam.

Ad hanc paſſionem ſe tradidit, ut nos a maledicto legis liberaret. Gal. 3. Chriſtus redemit nos de maledicto legis, factus pro nobis maledictus, quia ſcriptum eſt. Maledictus omnis qui pendet in ligno. Deut. 21.

Ad hanc paſſionem ſe conſtituit, ut duo populi ad ſe unirentur Ephe. 2. Chriſtus eſt pax noſtra, qui fecit utraque unum, & medium parietem maceriæ ſoluens inimicitias cum carne ſua.

Ad hanc paſſionem Chriſtus tandem ſe locauit, ut noſter mediator & interceſſor exiſteret, ut Paul. 2. Timo. 2. exclamat dicens, Vnus enim Deus, & unus mediator Dei & hominũ homo Chriſtus Ieſus, qui dedit redẽptionẽ ſemetipſum pro omnibus. Hæc ergo eſt illa paſſio quam hodie diſcipulis & fidelibus omnibus manifeſtat, ut cognoſcamus charitatẽ eius in nobis, & uirtutẽ mortis eius oſtenderet. Bibite ergo ô fratres dignè calicẽ domini. Non. n. decet membrũ delicatũ eſſe ſub capite ſpinoſo: & ſi uires nequaquã ſufficiant, gratiam implorandam continuè ab eo petamus, qua cum Iacobo, & Ioanne martyrium ſuſcipere, & ſedẽ ad dexteram conſequi mereamur. Amen.

FERIA QVINTA

Secundæ Dominicæ.

PAVLVS Apoſtolus inter alia, quæ ſcripſit in prima ad Timot. 6. dixit, Diuitibus huius ſeculi præcipe, non ſublime ſapere, neque ſperare in incerto diuitiarum, ſed in Deo uiuo, qui præſtat nobis omnia abundè ad fruendũ, bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare, theſaurizare ſibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehẽdat ueram uitam. Quid autem contingat diuitibus, qui talia non agant, oſtendit Chriſtus hodie in Euangelio.

Quatuor lapides precioſos piſcatores hominum piſcantur. Primus eſt duorum hominum uitam diſparem cognoſcere. Secũdus eſt his exemplis paupertatem tolerare. Tertius eſt loquutio diuitis ad Abraham. Quartus eſt reſponſio Abrahæ ad diuitem.

Quo ad primum oſtendit duorum hominum, & uitam, & mores diſpares, nempe diuitis in maxima rerum omnium fœlicitate, & lu-

xu; nam induebatur quotidie purpura, & byſſo; hic.n.erat diuitis huius ſuperbi affectus, ut ex fruitione opum quaſi ſupremam fœlicitatem metiretur, non habẽs aliquam in ueſtitu perſonę, conditionis, dignitatiſq; rationem: ſic quiſq; ueſtrum de uſibus a natura conceſſis, neceſſitati, & cõditioni pro utilitate reipublicæ non pro luxu ſe ſeruire debet. Alia, n. Regi, Principi, Duci, Senatori, priuato, plebeioque ueſtis conuenit: publicos enim decet dignitatem, quam ex Dei uocatione ſuſtinent, tueri, quæ ratio in priuatis hominibus locum non habet; damnatur ergo in hoc diuite non rerum uſus, ſed turpis abuſus. ſiquidem non contentus ueſtium delitijs addidit gulæ continuam operam, quibus & laſciuiã, concupiſcentiam; ꝙ ſatis per ſe in oẽm libidinem irruentẽ prouocaret. Nã epulabatur quotidie ſplẽdidè & delicatè: q.d. cũ diuitiarum comes ſit luxus, huic Deus uenter erat, hunc coluit. cythara, lyra, tympano, tibia, & uino, & pauper erat in ſumma rerũ omnium indigentia: nam iacebat ad ianuã diuitis, ulceribus plenus, cupiens ſaturari de micis, quæ cadebant de menſa diuitis, & huius ulcera canes lingebant; diues tamen nulla miſericordia mouebatur. Ideo ait Christus Marc. 10. cælum ingredi diuitem difficile eſt.

Sed contra Geneſ. 30. Abraham diues fuit, tamen ingreſſus eſt cœlum.

Reſpondeo, ꝙ ſi difficile eſt, non tamẽ impoſſibile: immo facile, ſi diuitijs noſtris proximos adiuuabimus, ut Paul. Gal. 6. Alter alterius onera portate. Deus aũt eſt ille qui ditat, & pauperem facit 1. Reg. 2.

Sed contra Act. 10. Deus non eſt acceptator perſonarum: quo modo ergo ditat, & pauperem facit?

Reſpondeo, ꝙ hoc dicit ſcriptura, ne pauperem contemnamus: oſtendit amborum opificem eſſe Deum, quia non in diuitijs huius mũdi, ſed bonorum operum reſpicit Deus: quia diuitiæ ſunt Dei creaturæ, & omnis creatura Dei bona eſt.

Sed notandum, ut ſuccinctius rem hanc diuitiarum tractare poſſimus, triplices ſũt diuites, tripliceſq; diuitiæ: Primus diues eſt Deus, cuius diuitiæ ſunt triplices l. diuinitas, de hoc dicitur Pſ. 48. Simul in unũ diues & pauper, cum.ſ. ab his diuitijs ſe exinaniuit, formam ſerui accipiens Philip. 2. Has diuitias conſiderans Paulus dicit: Qui cum in forma Dei eſſet non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, &c. Ex his diuitijs diues eſt Chriſtus in omnes, qui inuocant ipſum, Roma. 10.

Aliæ diuitiæ ſunt beatitudo æterna: de his diuitijs dicitur, Bibent ſitientes diuitias illius. Iob 5. Gloria & diuitiæ in domo eius. Pſal. Has diuitias repoſuit dominus in cœlo; ideo monet. Theſaurizate

autem

autem uobis theſauros in cœlo Mat. 6. Eo quod in domo patris mei manſiones multæ ſunt. Io. 14. Ex his diuitijs fit diues ille qui inuenit theſaurum in agro, propter quod uadit, & uendit omnia quæ habet, & emit agrum illum. Matth. cap. 13. Act. 7.

Aliæ diuitiæ ſunt profunditas iudiciorum eius, uel magnitudo potentiæ eius, de quibus dicit Apoſtolus Rom. 11. O altitudo diuitiarũ: & alibi. An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis cõtemnis, Ro. 2. Quas diuitias attẽdens Apoſtolus dicebat. Quis. n. cognouit ſenſum Domini. Ro. 11. Et ex his adeo diues eſt, ut non poſſint eius diuitiæ compræhendi: nam iuxta ſapientem. Scrutator maieſtatis opprimetur a gloria, Prouer. 25. Curioſus & præſumptuoſus uolens ſuo intellectu diuina metiri, opprimetur a diuina luce.

Secundus diues eſt homo, cuius diuitiæ ſunt triplices. Virtutes animi, uirtutes corporis; unde dicitur, Superbus non ditabitur, neq; permanebit ſubſtantia eius Iob 15. De his dicit Dauid. Et paſceris in diuitijs eius Pſ. 36. His diuitijs abundabant ſancti, ſicut ipſe dominus dicit per prophetam Eſa. 65. Ecce ſerui mei comedent, & uos eſurietis: inter ipſos. n. nõ inuenitur is, qui egeat. Vnde Dauid, Non uidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem Pſ. 36. His diuitijs Iob ualde diues erat, unde dicitur Iob 1. Erat uir ille magnus inter omnes orientales; quibus uerbis diuitię eius enumerantur cum dicitur, Erat uir ille ſimplex & rectus, ac timens Deum, & recedens a malo. His diuitijs diuites erant Apoſtoli, quas diuitias in arca conſcientiæ congregabant.

Sunt aliæ diuitiæ, ut ſunt ſacræ legis intellectus, & iſtæ congregãtur in mente. De his dicitur Apo. 2. Diues es, & blaſphemaris ab his, qui ſe dicunt Iudæos eſſe, & non ſunt ſinagoga Sathanæ. His ditati ſunt Apoſtoli, quando dominus aperuit illis ſenſum, ut intelligerent ſcripturas, ex quibus adeo ditati ut dici poſſit eis. Vobis datum eſt noſſe myſteria regni Dei. Ex his ualde ditatus eſt Io. quando ſupra pectus domini in cœna recubuit, ubi de fonte dominici pectoris profundius potuit arcana myſteriorum Dei portare, & ex abundantia cordis os eius loquutum eſt, nam iuxta Pſal. 44. Eructauit cor meum uerbum bonum. Luc. 24. Luc. 8. Ioan. ule.

Sunt aliæ diuitiæ ſcilicet bona temporalia, quæ congregantur in arca. De his dicitur, Ecce ipſi peccatores abundantes in ſæculo, non in cœlo, obtinuerunt, ſupple uiolenter, diuitias, Pſal. 72. His diuitijs abundant boni, & mali: quia hunc ſolem facit Deus oriri ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos. His abundauit Dauid, quibus tamen non inhæſit propter quod ſe, & alios admonens di- Mat. 5.

xit, Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere, Pſal. 61. Non dicit, nolite recipere, quia pauci obedirent, ſed nolite cor apponere, etiam ſi ſponte affluant, quod eſt contra illos, qui etiam fugientes concupiſcunt & his adhærent mali, ideo æternas diuitias non aſſequuntur.

Nota quòd diues dupliciter dicitur: primo diues dicitur diuitias habens, & hic non reprobatur, quoniam Deus potentes, & diuites non abiecit, cum ipſe ſit potẽs & diues, Iob 36. Erat etiam Abraham diues ualde; ſed non ſibi ſoli, ſed peregrinis & pauperibus, ſtabat enim in oſtio tabernaculi, ut reciperet peregrinos, ut dicitur Gene. 17. & 18.

Secundus diues dicitur diuitias amans, & hic reprobatur, ratio eſt: quia diuitiæ nimis amatæ, ſunt uelut uirgulæ uiſcatæ; unde Auguſt. Amor temporalium rerum, uiſcus eſt alarum ſpiritualium; ſicut enim uirgulæ uiſcatæ auiculas quæ ſe illis innituntur depilant, & a uolatu præpediunt, ſic diuitiæ illos qui nimio amore eis adhærent, ſpoliant bonis cogitationibus, & ſanctis affectibus, quæ ſunt ſicut pluma, & lana animæ: unde fit quòd anima ſic depilata, & deplumata nequeat uolare ad cœlum, ſed ad terram uertitur, & muſcis diuerſarum ſolicitudinum miſerabiliter ſtimulatur. Sunt ſicut quidam laquei, & muſcipulæ quibus capiuntur amatores ſui: ſicut enim laquei & muſcipulæ capiunt aues, ſic diuitiæ nimis amatæ capiunt ſtultos homines ſui amatores: unde dicitur, creaturæ Dei in odium factæ ſunt, & in tentationem animæ hominum, & in muſcipulam pedibus inſipientium Sapien. 14. Sicut enim mus & auis in muſcipulam capere credit, at capitur: ſic & anima cupidi credit ſe capere diuitias, & ab eis miſerabiliter capitur, unde fit ut D. Auguſti. quod iuſto iudicio Dei a diuitijs, quas iniuſtè acquirere uoluit, captiuus iuſtiſſimè teneatur; unde Sapien. Anima calida quaſi ignis ardens non eſtinguetur, donec aliquid deglutiat Eccleſi. 23. Quædam mola aſinaria quæ alligata collo diuitum ſubmergit eos in profundum inferni; de qua mola dicitur Matth. 18. Expedit ei ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius. Vnde Apoſtolus primæ Timo. 6. Qui uolunt diuites fieri incidunt in laqueum, & in tentationẽ Diaboli, & in deſideria uana, & inutilia, quæ emergunt homines in interitum, & perditionẽ. Diuitiæ ergo nimis amatę, ſunt cauſa damnationis diuitũ 1. Tim. 6. quia illaqueant, quia demergunt. irrationabiliter ergo hominibus diuitijs nõ eſt cor apponendũ non ſolũ propter delicta, ſed quia ſunt bona deceptoria; ideo ſtultus qui eas diligit, quia ſunt ut quercus putrida, unde Iac. 5. Diuitiæ putrefactæ ſunt. Hinc Apoſt. Oĩa arbitratus ſum ut ſtercora, ut Chriſtũ lucri faciã. Cupiẽtibus uerò diuitias,

1. Tim. 6.

Ad Philip 3.

dicit Eſa. 5. Veh qui dicitis bonum malum, & malum bonum. Non ſunt ueræ diuitiæ, ſed falſæ, nam promittunt ſatietatem, & eſurie͂ reddent, nam creſcit amor nummi quantum ipſa pecunia creſcit, inquit Iuuenalis. Abundantiā promittunt, & inopiam reddunt: iuxta illud. Diuites eguerunt & eſurierunt, inquirentes autem dominum nō minuentur omni bono Pſ. 33.

3 Si ergo diuites eſſe cupitis, ueras diuitias amate: hinc Io. repræhe͂dens hos diuites d. Apoc. 3. Tu dicis quia diues ſum, & locupletatus, & nullius egeo, & neſcis quia tu es miſer, & miſerabilis & pauper, & cæcus, & nudus: Dicito mihi nonne pauper eſt, cui omnia deſunt? quia Deus deeſt. Nonne nudus, quin turpitudo peccati apparet. Nonne cæcus, qui ante ſe non uidet præcipitium? ita diues qui relicta poſſeſſione æterna, quærit temporalia implere, ut hic uentrem, & illic mentem repleat, ut in cœlo, & in terra glorioſus appareat. Nam ut dicit Apoſtolus Galat. 4. Non erit hæres filius ancillæ cum filio liberę. ſicut enim tygris decipitur in ſpeculo; nam fracto ſpeculo nihil inuenit, ſic diuites iuxta Pſal. Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt diuitiarum in manibus ſuis. Et illi qui tenent firmiter in mundo, clamabunt in inferno dicentes, Quid nobis profuit ſuperbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Tranſierunt omnia uelut umbra Sapien. 5. Sicut enim cum quis ſequitur umbram ſemper umbra fugit, ita & temporalia: unde dicitur Eccleſi. 34. Qui appræhendit umbram, & perſequitur uentum, ſic qui attendit ad uiſa mendacia. Quia ſunt bona obligatoria, ideo ſtultus eſt qui ea congregat, obligatoria inquam, quia ab eo qui portat merces pedagium exigitur non a uacuo, ita a diuite hoſpitalitates, & eleemoſynæ exiguntur, quæ non a paupere; ſi quis autem merces habens, pedagium non ſoluit, quandoque capitale amittit, & pœnam incurrit; ita de diuite. Vnde contra male retinentes dicitur, Agite nunc diuites, plorate, ululantes in miſerijs ueſtris, quæ aduenient uobis, diuitiæ ueſtræ putrefactæ ſunt, ueſtimenta ueſtra à tinea corroſa ſunt, aurum & argentum ueſtrum eruginauit, & erugo eorum in teſtimonium uobis, & manducabitis carnes ueſtras ſicut ignis. Inſta contra diuites, quia ab ipſis coactione quadam quaſi carceribus detenta ſunt, & ideo obtinebunt, quod diuites æterno recludantur carcere. Obligant ergo abutentes ad æternam damnationem: ducunt enim in bonis dies ſuos Tob. 21. Obligant accipientes ad reddendam rationem, cum ſit .n. dominus, bona ſeruis tradidit, & ueniet in ſe dominus ponere rōne͂ ſecum, & ſeruum, qui non multiplicauit bona damnabit Mat. 25. Quid putamus feciſſet de ſeruo qui cōmiſſum amiſiſſet? quid de illo

Greg. in Home. ſuper Luca cap. 8.

qui in mæretricibus expendiſſet?quid de illo, qui de bonis dñi domi nũ impugnaſſet?iuxta illud Iob 12. Abundant tabernacula prædonũ, & ipſi audacter prouocant Deũ: quid de illo, qui dominum contempſiſſet? ſciunt illi qui dicunt: recede a nobis, ſcientiam uiarum tuarum nolumus, quis eſt omnipotens ut ſeruiamus illi?Iob 21. Qui dicebant recede a nobis: & quaſi nihil poſſet facere opus exiſtimabant eum, cum ille impleſſet domos illorum boni, omnes tales ponentur in tenebras exteriores. Ecce quo modo obligant ad reddendam ratiõnem, cum enim augentur munera, augentur pari paſſu debita. Nam iuxta Grego. tanto quiſque debet eſſe humilior, atque ad ſeruiẽdum deo promptior, quantum ſe obligatiorem conſpicit in reddenda ratione. Timeant aduocati prædones, timeant fornicatores clerici, abutentes huiuſmodi bonis, obligant ſe ad pœnam æternam. Nam diuiti epuloni nulla alia cauſa aſſignata eſt, niſi quia recepiſti bona in uita tua, & male uſus es a Deo, nunc cruciaris Luc. 16.

Attende *recepiſti*, recepiſti bona tua, propoſitio de contingenti eſt. Verſa eſt enim in oppoſitam qualitatem: Ecce nunc autem tu cruciaris: & quare? quia in delitijs fuiſti, & Lazaro non dediſti; & quid fieret ſi a Lazaro rapuiſſet, & nõn ſolum ſplendidè epulabatur, ſed etiã meretricando luxurioſè, & ignominioſè abuſus fuit.

Si igitur cruciatus æternę pęnæ uitare cupimus, uitemus bona cõcupiſcentiæ, & fortunæ. Vnde Hiero. O homo ſi ſapis, ſi cor habes, ſi lumen oculorum tecum eſt, deſine ea ſequi, quæ etiã aſſequi miſerrimum eſt, quæ amata inquinant, poſſeſſa onerant, amiſſa cruciant.

Spirituales igitur diuitias uirtutum cõgregate, de quibus dicitur, Benedictio Domini diuites facit, & non ſatiabitur eis afflictio. Prou. 10. Tales in donis gratiæ, & uirtutum cõſiſtunt. Has cæteris diuitijs temporalibus præponite, quoniam ad acquirendum faciliores; nonne facile eſt acquirere quod tantum oportet quærere, ſed nonne dominus diues eſt, in omnes qui inuocant illum? Rom. 10. Illum dicit, nõ mundũ. Vnde Sap. dicit, In uijs iuſtitiæ ambulo, & in medio ſemitarum iudicij, ut ditem diligentes me, & theſauros eorum repleam. prouerb. 8.

Sunt ſecuriores ad poſſidendum. Nam diuitias ſpirituales nemo poteſt auferre inuito poſſeſſore quòcunq; uadat, etiam ad mortem; ſecum affert. unde Iob. Ingredieris in abundantia ſepulchrũ, ſicut infertur acceruus tritici in tempore ſuo Iob. 5. Temporales autem nihil ſecum afferunt, aperient oculos, & nihil uidebunt Iob 27. Valentiores a cambio: quia in die iudicij nihil ualebunt. Vnde Sapien. Non proderunt diuitiæ in die iudicij, iuſtitia autem liberabit a morte. prouer.

uer. 1. Diuitiæ uirtutum ualebunt regno cœlorum, & ab omnibus ma his poſſeſſorem ſuum liberabunt, ſed non proderunt theſauri impietatis, iuſtitia autem liberabit a morte. Impietatis theſauri ſunt: quia in neceſſitate amicis deficiunt. ſpiritualibus uerò diuitijs æternæ diuitiæ reſpondent Matth. 25. Habenti dabitur, & abundabunt. Idem Luc. 19.

Tertius diues eſt diabolus, cuius diuitiæ ſunt triplices, ſcilicet mali homines, quos decipiendo iniuſtè ſibi congregat iuxta illud, perdix fouit, quæ non peperit: fecit diuitias ſed non in iudicio, ideſt fecit diuitias ſcilicet ſeducendo, ſed non in iudicio ſcilicet diſcretionis Hier. 17. Has diuitias ipſe plenè poſſidebat: quia fortis armatus cuſtodiebat atrium, & omnia in pace, quibus expoliatus fuit, cum fortior illo ſuperuenit, alligauit, & ſpoliauit, & ſpiritualia abſtulit, Luc. Ex his ditati ſunt filij Iſrael quando uaſa pretioſa accepta ab Aegyptijs & ueſtes plurimas aſportauerunt, ut dicitur Exod. 12. Secundæ diuitiæ ſunt ſuperbia, radix omnium malorum: cum dixit, Aſcendam in cœlum Eſa. cap. 14. De his dicit Apoſtolus, Præcipe diuitibus huius ſeculi, non ſublime ſapere, nec ſperare in incerto diuitiarum 1. Tim. 6. His diuitijs abundabat ille Phariſæus, qui dixit, Non ſum ſicut cæteri homines: Ecce ieiuno bis in ſabbato, decimas do omniũ, quæ poſſideo. His diuites facti ſunt qui poſuerunt os ſuum in cœlo, & lingua eorum tranſiuit in terra Pſal. 72. His abundauerat ille qui congregauerat, ut deliberaret congregare in horrea ſua Luc. 12. deſtruere horrea quæ habebant, & noua & maiora ſtruerent. His abundauit homo iſte, de quo Euangelium dicit, quòd indutus erat purpura, & byſſo, epulabat quotidie ſplendidè, tamen tanta erat eius auaritia, ut Lazaro petenti micas de menſa cadentes, nec ipſe, nec aliquis de familia illi dabat: diſcurre.

Luc. 11.

Ex his exemplis ſequitur ſecundus lapis precioſus, ut rebus præſentibus ſic ſit utendum, ut in uſum pauperum nobis eſſe eas collocatas agnoſceremus, & bonorum operum mercedem eſſe repoſitam in uita æterna, ſicut negligenti diuiti huic reddita eſt æterna damnatio, tanquam auaritiæ, luxuriæ, gulæ, & libidinis ſtipendium. Sequitur etiam ex amborum morte apertiſſimè animæ immortalitatem, contra inſanos errores putantium omnia morte deleri: cum Aug. ait, Nihil facere malam mortem, niſi quod ſequitur mortẽ, nec mala mors ſequi poteſt, ubi bona uita præceſſit, ſermo. de uerbis Domini. 24. Elicitur ergo ſecundus fructus, quòd nemo hic & ibi faciliter poſſit eſſe beatus & diues: quia nemo poteſt duobus dominis ſeruire, niſi alter alterius onera portemus, ut Galat. 6.

Sed contra in eodem loco ait, Vnuſquiſq; onus ſuum portabit; Si unuſquiſq; onus ſuũ portare debet, cur alteri⁹ onera portari mãdat?

Reſpondeo, quòd alia ſunt onera, in quibus unuſquiſq; ſuum proprium portat, pro quibus in extremo tempore habet recipere, prout in corpore geſſerit, 2. Cor. 11. Quæ ſi bona extiterint, ſudantibus ſub oneribus dicet Chriſtus, Venite ad me omnes, qui laborati & onerati eſtis, Matth. cap. 11.

Sunt alia uerò onera participandæ infirmitatis, in quibus rectè dicis fratri tuo: Porto tecum, aut porto pro te; ut ſic membrum illius effici mereamur: Qui onera noſtra grauia ſuper ſe portans, taliter illa fecit leuia, ut tradens nobis dixerit, Et onus meum leue. Præcipiẽs ut alter alterius portaremus onera. Ideo Paulus eo in loco addẽs ait,

Galat. 6. Et ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui ſpirituales eſtis, inſtruite huiuſmodi ſpiritu lenitatis. Et alibi ait, Si inimicus tuus eſurierit, ciba illum: & ſi ſitit, potum da illi.

Rom. 12.

Tertius lapis eſt deſcriptio ſeræ pœnitentiæ diuitis auxilium petentis ab ipſo Abraham, ex quo poſt mortem nullum eſſe pœnitẽtiæ locum cognoſcimus, nec ualet hominem poſt mortem flere, & miſericordiam peccatorum ſuorum implorare. Sequitur ergo quod dum in hoc mundo tempus habemus, operare debemus bonum. ſequitur etiã iudicium hominis a iudicio Dei plurimũ diſtare, corã quo non modo mala, quæ commiſimus, ſed omnia bona opera oportet timeamus, cum neſciamus qua intentione ea fecimus. Vnde dominus prohibuit iudicium a nobis, quia neſcimus corda hominum. Quis obſecro, non diceret hunc hominem iuſtum, qui ſua ſubſtantia contentus aliena non raperet, proximum non deciperet, nulli grauis, aut onero ſus eſſet, ſuis diuitijs ſine proximorum grauamine uteretur: & tamẽ perpetuo cruciatur in inferno, & aliud quàm hõ cenſebat euenit. Vt nos doceret, ſemper eſſe in timore: quia Eccl. 9. Neſcimus ſi odio uel amore digni ſimus. Ideo Luc. 6. Nolite iudicare, & non iudicabimini: nolite condemnare, & non condemnabimini.

Galat. 6.

Sed contra 1. Cor. 2. Spiritualis diiudicat omnia, & ipſe a nemine iudicatur. Reſpondeo, ꝙ loquitur de iudicio interioris hominis ſoli Deo reſeruatum, qui ſcrutatur corda omnia, & uniuerſas mentium cogitationes 1. Paralip. 28. & Pſ. 7. Deus eſt ſcrutans corda & renes. & Sap. cap. 1. & Apo. 2. Non debemus conſcientiã alterius iudicare, quia quæ ſunt hoĩs, nemo nouit niſi ſpiritus hoĩs, qui in illo eſt, ut Aug. ſentit. Solet ſub nigro habitu anima ſatis pura aliquando latitare, licèt homo aliquando adiutus fauore diuino oĩa, quę audit ab illo ſpiritu ueritatis, probat, cogitat, diſcernit, ſpũalibus ſpiritualia cõ parando

parando, quod bonum eſt tenet, & malum reprobat: ita Paulus ſe ipſum iudicabat. 1. Cor. 4. dicens, nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum: & alibi ſi nos iudicaremus, non utique iudicaremur. 1. Corin. 2.

Sed contra Paul. in eadem. 2. Corin. in eodem cap. 4. ait. Neq; me ipſum iudico.

Reſpondeo, quòd non ſuperbia, aut ſtultitia hoc dicit, ſed optima diſpenſatione. Non enim ſuperbia elatus exiſtimauit ſe alijs meliorem, ſed vt cæteros increpet, & modeſtiam perſuadeat. Præmiſerat enim hoc in loco; mihi autem pro minimo eſt, vt à vobis iudicer, aut ab humano die: ideo non incongruè ſuperaddidit dicens. Sed neq; me ipſum iudico. Non enim ſe ſufficere dixerat ad hanc inueſtigationem, ideo ait. Qui iudicat me Dominus eſt. Quia etiã ſi nihil nobis conſcij ſimus, indigemus tamen lumine Chriſti, qui certa ratione diiudicat, vel quia multa opera noſtra nos latent, vel quia multa aliorum opera bona vñr nobis, quæ non fiunt recta ſententia. Videns autem Apoſtolus aliquos Corinthios temerario hoc iudicio laborare, voluit hoc his verbis ab eis, & ab omnibus fidelibus auferre: immo ſe ipſum quoque hoc iudicio priuauit dicens. Sed neque me ipſum iudico.

Dum autem ſubiunxit. Nihil mihi conſcius ſum: tanquam homo, qui peccatum habere poteſt neſciusloquutus eſt: quamuis poſtquàm ipſe gratiam Chriſti conſequutus fuerat, ſic expurgatus ab actuali & originali fuit, vt lætanter dicere poſſet. Nullius mali mihi conſcius ſum, tamen quia nouerat aliud eſſe iudicium Dei, protinus addidit, Sed non in hoc iuſtificatus ſum. Nouerat enim ſcriptum fuiſſe Pſal. 144. Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens: Dominus autẽ, inquit, iudicat me: quaſi dicat quæ ego facio, neſcio an Deo placeant, quia Pſal. 18. Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me Domine. Iudicium ergo hominis ſemper errat, niſi lumine diuino ducatur, vt in diuite mortuo. Vnusquiſque enim ipſum ad cęlos aſcendiſſe credebat, & tamen multis tormentorum generibus affligitur.

Tria equidem diuitis tormentorum genera notantur aggrauantia triplici cauſa, & hoc cum dicit. *Fili recordare*: & iſte eſt quartus lapis, & fructus huius Euangelij, quia nullum bonum irremuneratum, neque malum impunitum. Tria aggrauantia fuerunt. Primum aggrauans fuit propriç dignitatis cõſideratio, grauius enim ſubſtinet quis amiſſionem boni, quod ſibi hæreditario iure pertinere videt, cognoſcens culpa, & defectu ſuo ſe illud amiſiſſe. Nunc igitur conſideremus

mus quod Deus quemlibet noſtrum fecit, vt beatæ vitæ ſimus participes, quod ſi amiſerimus incuria & ſtultitia noſtra, hoc graue damnum ſubſtinebimus in inferno: vnde Pſal. 81. Ego dixi, Dij eſtis & filij excelſi omnes. Ego ſcilicet huius dicere, eſt eſſe, & efficere. Dixi, quod filij Dei excelſi eſtis, ſi vultis: ideo bona æternæ hæreditatis. Vos autem ſicut homines moriemini per infirmitatẽ, & cadetis per elationem, non intelligentes quæ vobis Deus parauit. Nam homo cũ in honore eſſet non intellexit. Hanc dignitatem reducit in memoriã, cum dicit filij. Quia ſi filius, ergo hæres.

Secundum aggrauans, eſt conſideratio proſperitatis præteritæ, qui enim fuit in diuitijs, & delitijs, grauius fert mendicitatem, quam qui ſemper fuit mendicus: propterea Iacobus de talibus dicit. cap. 5. Agitè, agitè nunc diuites, plorate vlulantes in miſerijs veſtris, quę aduenient vobis.

Tertiùm aggrauans, eſt inſpectio proſperitatis alienæ: qui enim in tormento eſt, & alios videt in gaudio, plus affligitur: exemplum Euangelij: cum eſſet in tormentis vidit Lazarum in ſinu Abrahæ, & aggrauabatur: quod innuitur ibi. *Hic autem conſolatur, tu verò excruciaris.* Quantum igitur cruciabuntur diuites huius ſęculi, qui pauperes deſpiciunt, nam vt dicitur Pſal. 111. Peccator videbit, & iraſcetur.

Secundò notanda eſt petitionis eius non obtinendæ duplex ratio. Prima, quia nõ fuit miſericors illi, a quo miſericordiam petebat, nã Lazaro cupienti micas, non dedit, nec dare iuſſit, ideo exaudiri nõ debuit. Nam Iac. 2. Iudiciũ ſine miſericordia fiet ei, qui non fecerit miſericordiam. Et Sap. Prouer. 21. Qui obturat aurem ad clamorem pauperis, ipſe clamabit, & non exaudietur. Qui ergo vult miſericordiam obtinere, miſericordiam præſtet: vt Matt. 5. dicitur. Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.

Secunda ratio non exauditionis eſt, quia petijt contra legem Domini promulgatam: nam Deus dedit legem, vt ille qui uiuit hic delitioſè, & luxurioſè, in futuro non ſic: vnde dicit Dominus Luc. 6. Veh vobis diuitibus, qui habetis hic conſolationem veſtram. Non dicit pauperibus: fruſtra igitur hic conſolationem, & in futuro gloriam petimus.

Aliam legem dedit Deus, quòd nullus poſt mortem ſtatum ſuum mutare poſſet. Hæc lex probatʼ à ſapiente cum dicit. Vbi ceciderit lignum, ibi erit: id eſt perſeuerabit Eccleſiaſt. 11. Exemplum. Diues in tormentis, Lazarus in requie, ſed inter eos magnum chaos ſitum eſt.

Alia

Alia lex eſt, quod ſi quis de labore ſuo mercedem competētem receperit, alia vice petere, iniuria eſt: exemplum Euangelij. Si diues aliquid boni fecerat, mercedem temporalem receperat; ideo aliam petere non debebat. Idcirco dicitur. *Fili recordare, quia recepiſti bona in uia tua, & Lazarus, ſimiliter mala.*

Tertiò, notādum eſt bonorum, & malorum iuſta retributio. Tria namque bona habuiſti in vita. Diuitias, ſcilicet, quia diues: delicias, quia ſplendidè epulabaris: honores, quia induebaris. Per oppoſitum tribus malis punitus eſt. Primò, quia diues culpabilis fuerat, aquam mendicabat. Culpabiliter diues dicitur, non qui habet, ſed qui amat diuitias, malè acquirendo, mentiendo, periurādo, & huiuſmodi. Exēplum: purpura ſanguinis colorem habet: ſanguis rapinam, auaritiā, & malam acquiſitionem ſignificat, vnde dicitur Eccleſiaſtici 34. Panis egentium vita pauperis eſt: qui defraudat illum, homo ſanguinis eſt. Hoc autem in multis reperitur, iuxta illud. Hiere. 2. In alis tuis inuentus eſt ſanguis pauperum, & innocentum, ideſt in pompis tuarum mulierum.

Culpabiliter diues eſt, qui malè conſeruat. Vnde ſapiens Eccleſiaſ. 5. Infirmitas peſſima, quàm uidi ſub ſole, diuitiæ conſeruatæ in malum Domini ſui, pereunt enim in afflictione peſſima. Talis fuit iſte qui micas cadentes Lazaro negauit.

Culpabiliter diues eſt, qui malè expendit: vt milites, & clerici qualis fuit prodigus, qui diſſipauit omnia bona ſua: qualis fuit villicus qui diffamatus eſt apud dominum ſuum, eo quod bona Domini malè expenderet, Luc. 16.

Quia delitioſus, nam epulabatur: non eſt peccatum comedere ad neceſſitatem, ſed ad ſuperfluitatem, quod trifariam efficitur, ſcilicet, plus debito accipiendo, vt guloſi; ideo dicitur: Non effundas te ſuper omnem eſcam. Eccleſia. 37. Non effundas, ſcilicet cogitando, reſpiciendo, optando. Nam in multis eſcis infirmitas. Ibidem. Iuſto enim iudicio Dei fit, vt cum corpus nutrire cupiunt, ipſum occidūt. Sicut ex nimia olei abundantia ignis extinguitur, & ſuffocatur. Ideo ſapiens ibidem ait. Propter crapulam multi perierunt, qui autem abſtinens eſt, adijciet iuſtam.

Superfluitatem accumulando, vt ebrioſi: Veh, potentes eſtis ad ebrietatem ſectandam. Eſa. 5. Precioſiores cibos quærendo, ſicut curioſi, figurati in Iudæis, qui vilipendētes mannā, carnes petierunt. De talibus dicitur. Omnis labor hominis in ore eius, Eccle. 6. Expendūt enim vna die quod multo tempore ſufficeret. Bene ergo dicitur. Omnis labor, quia non eſt membrum in homine, quod de gula conqueri

mundum, haud dubium quia nec auferre quid poſſumus: habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueũ Diaboli: radix omnium malorum eſt cupiditas. Diuitibus huius ſęculi precipe non ſublime ſapere, nec ſperare incerto diuitiarum, ſed in Deo viuo, qui præſtat nobis omnia abunde ad fruendum. Et Hebræ. 13. ſint Heb. 13.
mores ſine auaritia, contenti præſentibus. Ipſe enim dixit. Non te de Pſal. 117.
ſeram. Ita, vt confidenter dicamus. Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciet mihi homo. Ergo ſi vis diues fieri, non ad mundum, neque ad Dæmonem, ſed ad Chriſtum propera: in quo ſunt omnes theſauri abſconditi. Amen.

FERIA SESTA

Secundæ Dominicæ.

APOSTOLVS docet Timo. primę, ſecundo, quòd benignitas Dei omnes homines illuminare cupit, ideo ait. Deus vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: ſic vt idem Apoſtolus ait, Hebræ. 10. Voluntariè enim peccantibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hoſtia: ſed terribilis quædam expectatio iudicij, & ignis æmulatio conſumptura eſt aduerſarios. Hoc ſatis commodè ſub parabola oſtendit nobis Chriſtus hoc mane in Euangelio.

Quinque modis obſtaculiſuè nauis in portu Panormi defenditur, & inimicos impugnat, & fugat. Primò, Muris fortiſſimis. Secundò, Militibus accerbiſſimis. Tertiò, Cuſtodibus vigilãtiſſimis. Quartò, Ferris acutiſſimis. Quintò, Bombardis horrendiſſimis.

Sic quinque modis in hoc portu Euangelij Chriſtus Phariſæos impugnat, & nos docet. Primò, metaphoris vineæ. Secundò, reprehenſione ingratitudinis. Tertiò reuelatione eorum malitiæ. Quartò memoria beneficiorum patris. Quintò teſtimonio ſcripturarum eos condemnat.

Circa primum conuincit Iudæos ſub metaphora patrisfamilias, qui plantatam vineam muniuit ſæpe, torculari, & turri, id eſt legis cognitione, ſacrificiorũ oblationibus, & Angelorũ cuſtodia. Vinea. n. Domini Sabaoth, Domus Iſrael eſt. Eſai. 5. Hiere. 2. Pſal. 79. Cum. n. oẽs gentes dimiſiſſent ingredi vias ſua. Act. 17. ſolos Iudæos miſeri-

corditer de fornace Ferrea,& Aegypto ſeruitutis (duce Moſe) per deſertum cœleſti alimonia paſtos in terram promiſſionis fluenté lac, & mel deducit, dedit Duces, Principes, & Reges, qui viribus, & armis externam politiam adminiſtrarent, hoſtes expellerent, ciues defenderent, quales fuerunt Moyſes, Dauid, Ioſue, Ezechias, Ioſaphat, & ſacerdotes, leuitæ, miniſtrā, qui ſacrificijs oblationibus, & prædicationibus, & precibus populum Deo conciliarent: vt Aaron, Eleazar, Abimelech, Eſaias, Hieremias, ſic Ezechiel, ſic deniq; omnes prophetæ totam rempublicam ad Dei timorem, veram cordis conuerſionem, fidem venturi Meſſiæ adhortabantur & ad derelinquendos deos alienos. 4. Reg. 17. Et tandem elegit Deus ciuitatem eorū Hieruſalem, viſionem pacis, in qua ipſe Deus habitare voluit. Ideo Pſal. 124. Deus qui habitat in Hieruſalem.

Sed contra Pſal. 131. Deus Syon inhabitare dicitur.

Reſpondeo, bene ſtat vt illam ſupernam Hieruſalem inhabitare dicatur, & quod locus potiſſimus ſuæ reſidētiæ ſit Syon. Idem enim ſunt: quarum altera pacis viſio, altera verò ſpeculum interpretatur. de Syon Eſai. 2. ait. De Syon enim exibit lex, & verbum Domini de Hieruſalem. Fuerat verbum de quibus oriundus erat Chriſtus, qui ab alta Hieruſalem iam prouiderat huic terrenę, ſed in cārne venit ad eam, & non cognouit ipſum. Ideo Propheta Pſal. 73. Deus autem Rex noſter, ante ſęcula, operatus eſt ſalutem in medio terrę.

Sed contra Philip. 2. cum metu, & tremore veſtram ipſorum ſalutem operamini: ſi igitur exortamur, vt operemur noſtram ſalutem nos, quomodo Deus ante ſęcula operatus eſt noſtram ſalutem?

Reſpōdeo, qđ prima authori. ſi loquitur de Chriſto ſaluatore omnium, qui ſponte ſe immolandum ab æterno tradidit: ideo ſecunda non eſt contraria primæ: nam ſponte nos debemus in ſeruire cum timore ei, qui ſeipſum ſponte tradidit pro nobis, & nobis inſeruiuit: quod fecit, vt cum timore & tremore ſeruiamus illi, tanquàm filij & non tanquàm ſerui, & cum Deus ſit qui operatur in nobis velle, & perficere. Ad philip. 2. qui cum timore in ſeruū nos oportet: quia quicquid humilis impetrat, ſuperbus admittit, confidens de ſua virtute hanc ſalutem acquirere: quam ſalutem ita Deus operatur in nobis, vt nos cooperemur; adiutor noſter eſt ipſe, ipſe facit, vt nos faciamus.

Pſal. 43. Vel dicamus quod ſic exponenda eſt. Quod Deus quit Rex noſter ante ſæcula, quia in principio erat verbum, per quod facta ſunt omnia, ſine quo nihil, ipſe operatus eſt ſalutem in medio terræ.

Ioan. 1.

Vel dicamus in medio terræ, id eſt in Iudea, vt communis eſt opinio:

nio: quæ regio eſt in medio terræ, quia Deus ibi factus eſt homo, ibi mortuus pro ſalute noſtra.

Vel dicamus quod Deus operatur ſalutem in medio terræ dum ingreditur cor noſtrum, purgans illud, iuxta illud. Act. 15. Fide purificans corda eorum. Quia homo eſt minor mundus, cor eſt centrum; operatur ſalutem in eo dum habitat in ipſo, fuit turris, in illo populo, quia Deus erat cum illo in prælijs. Ideo Dauid Pſal. 45. Deus in medio eius.

Sed contra legitur. Et non egredieris Deus in virtutibus noſtris: ſi erat protector, quomodo non egrediebatur ad prælium?

Reſpondeo, quia prætermiſerunt ordinem ſibi à Deo datum, & nimis de ſe præſumentes exibant ad prælia ſine conſulto Dei, hoc videns futurum Dauid, & dolens conuerſus ad Deum ait. Et non egredieris Deus in virtutibus noſtris. Quaſi dicat. ſcio & bene ſcio: ꝙ non exibis cum populo nimis præſumente de ſua virtute, ſed ſi placatus exieris; in tua virtute exibis, & protegas, & defendes nos: nec enim in gladio ſuo patres noſtri poſſederunt terram, nec brachium eorum ſaluauit eos; ſed dextera tua, & brachium tuum. Et ne Propheta oſtedat ſedat ſe eſſe ex illis præſumentibus ait. Non enim in arcu meo ſperabo, & gladius meus non ſaluabit me. Dico ergo quod Deus fuit cum illis populis, ſed non cum illis qui nimis de ſe præſumebãt, nec volebant amplius Deum, ſic ſuperbi Chriſtiani, qui præſumunt, habent Deum longè ab eis, & cum iſtis ſicut cum Iudæis Deus fuit, & eſt iudex iuſtus.

Sed contra Eſa. 59. dicitur. Non eſt qui iudicet verè.

Reſpondeo, quòd ſecunda ſententia refertur ad peruerſos iudices illius temporis, qui cum eſſent iniqui, pleni omni dolo, cauſas pupillorum, ac viduarum extorquebant, vt hodiè faciunt iudices noſtri, &c. Vnde dicit illis propheta, Manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt. Ideo ſubintulit. Non eſt qui inuocet iuſtitiam, neque qui iudicet verè, Eſa. 59. Eſa. 1.

Altera verò de Deo iudice, quæ iuſtitia gratia eſt etiam in martyribus, quorum tormenta præmia fuerunt gloriæ. Diſcurre.

Item fuit ſępe, quia Luc. 20. dictus eſt Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob.

Sed contra ibidem, Deus non eſt Deus mortuorum.

Reſpondeo, quod præfati patres non ſunt mortui: Iuſti enim in perpetuum viuunt. Nec excluditur per ſecũdas quin Deus, ſit Deus pariter exiſtentium in peccato, vel detrudentium in inferno, vbi rectè dicuntur mortui æternaliter, his licet non ſit Deus beneficus, eſt

tamen

tamen Deus vindictæ, dilectionis puniens.

Patriarcarum verò, & Iſraelitarum verè dicitur Deus, ratione electæ familiæ. Primùm in illum credentis, cuius radix fuit Abraham, qui manens in præputio in Deum credidit, & iuſtificatus eſt: ex quo venit propheta electus, quem cuſtodiuit Dominus ſuo amore quouſque ſemen benedicendum veniret, qui Chriſtus eſt. Vide ingratæ. Diſcurre.

Secundò Iudæos ingratos tantorum beneficiorum arguit, qui reſiſtebant vocationi eius, per Prophetas vocati. Alium ceciderunt, ſicut Eaiſam, qui ſerra lignea fuit ſecutus ex præcepto Manaſſæ Regis Iuda. Alium occiderunt, vt Amos quem Orriàs vecte per tēpus tranſfixit. Alium verò lapidauerunt, vt Zachariam, quem Ioas Rex Iuda lapidare iuſſit inter templum, & altare. Item miſit alios ſeruos plures prioribus, & fecerunt illis ſimiliter. Quibus verbis Chriſtis horrendam mentis cęcitatem perſtringit: qua licèt mererentur à Deo relinqui, & priuari beneficijs, tamen tanta eſt humanitas, quæ etiam auerſos vocat: non contentus prima vocatione, dum Iudæi conſtituti erant in captiuitate in Aegypto, miſit eis ſaluatorem; in Aegypto Moyſem, in Aſſyria Eſaiam, Ionam Niniuē, & in Babylonē Ezechiā, & Danielem: nolens eos perire. Sed quem prophetarum nō ſunt perſequuti? cum tamen apud Deum ipſi eſſent Exod. 19. Gens ſancta, regnum ſacerdotale, & populus acquiſitionis? Diſcurre. Nimis quidē confidentes de ſe ipſis: ſic Chriſtiani ſuperbi nō conſiderantes, quod quicquid habent, eſt totum à Deo, à quo pendere debent: vocationi
Pſal. 99. reſiſtunt, & inſpirationibus abnuunt. Audi Prophetam. Ipſe fecit nos & non ipſi nos: audi Sapien. primo creauit Deus, vt eſſent omnia.

Sed contra idem ibidem, cap. 2. Deus creauit orbem ex materia inuiſa: examina bene.

Reſpondeo, ſi primam ſecundum naturales regulas explanare placuerit, repudianda erit: quia non concedunt philoſophi ex nihilo fieri aliquid. Dico quòd ſapiens habuit reſpectum ad Deum creatorem omnium: quamuis accipiendo nihil, vt opponitur cōtradictoriè omni poſitiuo, admittenda eſſet illa propoſitio philoſophi tanquàm vera. Sic enim ex nihilo nihil fit, tam potentia naturali, quàm ſupernaturali, quia in omni factione neceſſe eſt, quod paſſum, vel aliquid ſui ante ſui factionem habeat aliquod eſſe poſitiuum, vel ſi non reale ſaltem cognitum.

Ad aliam dico, quòd materia, ex qua formatus fuit orbis, fuit inuiſa, quia confuſa, abſque forma in illo chaos contenta, quod ex tenebri

bris permixtum erat.i.aere,igne,aqua,& terra: placuit autem appellari materiam inuiſam, ſicuti in Geneſi legimus. Terra autem erat inuiſibilis,& incompoſita. Ex qua confuſione Deus poſtea creauit orbem inſtituto firmamento, & ſic diſtincta fuere omnia ſicut videbimus aliàs. Concludo quod creatura potuit creari ex omnino nihil, id eſt quod non habuit eſſe reale, ſed habuit eſſe in mente diuina:& materia fuit inuiſa ante, deinde fuit viſibilis habita forma. Ideo Moyſ. Gen.3. Hæc generationes cœli, & terræ in die, qua creauit Deus. Sed Gen. primo, oſtendit illum formaſſe ſex diebus, & quod ſit verũ die quarta fuere creata luminaria, & tamen ait. Veſpere, & mane, ergo dies vna.

Reſpondeo, quòd illud quod Moyſes prius diſtinctè narrauerat, poſtea illud idem epilogando commemorat: nec ſunt accipiẽdi dies prout temporis diſtinctionem denotant, cum non egeret Deus temporum mora in operando, quaſi non potuiſſet creare omnia, ſed accipiendi ſunt dies, vt operis completionem figurant. Sic dicimus, licèt per luminaria dies diſtinguuntur à noctibus, tamen mundus ſemper habuit lumen, quia Deus creauit omnia ſimul: ſic veſpere per trãſitionem conſumati operis,& mane per incohationem futuri operis ad ſimilitudinem humanarum operationum, quæ pleraque à mane incipiunt,& ad veſperam deſinunt.

Vel licèt in illis primis diebus non adhuc facta eſſet diſtinctio inter ſydera:fuit tamen facta inrer diem,& noctem, quia illuſtrati fuere illi dies luce illa, quam Deus à tenebris prius diuiſerat, quæ lux, vt habetur a cabaliſtis non fuit creata.

Vel luminaria cęli prima die creata fuerunt in ſubſtantia, ſed forſan die quarto dumtaxat poſita in firmamento, vt ſuper terram lucerent,& ſic ſemper lucebant, ſed Gen.2. Die ſeptimo quieuit Deus à mundi fabrica.

Sed contra Ioan.5. Pater meus vſque modo operatur,& ego operor. exanima bene.

Reſpondeo ſecundum Hebraicam veritatem, quod Deus ceſſauit à creatione generum, & ſpecierum. Sed non obſtat quod nunc operatur, quia quæ tunc primordialiter condiderat, nunc potentialiter gubernat:& creatis ſpeciebus nunc indiuidua faciat de nouo, ſed non illa creat, vt multi ſentiunt: quia creatio eſt, ex nihilo, ſed factio eſt præiacente materia. Cum ergo intelligis quòd Deus quieuit peracto opere: tu Chriſtiane nunquàm quieſcere debes, niſi peractis operibus pietatis, & cum intelligis Deum nũquàm quieuiſſe, quouſque creaſſet hominem ad ſui imaginem, ſic tu nunquàm quieſcas donec

reddas ad illam Dei imaginē te ipſum. Hæc oſtendit Chriſtus in Euā gelio nō ſolū Hebræis, ſed oībus ingratis, qui ex nihilo creati ad Dei ſimilitudinem dedit corpus, animam. Diſcur. Diuitias: quid habes, quod non accepiſti?& tamen ſemper reſiſtis ſpiritui ſancto. Diſ. opt.

Tertiò magna Iudæorum exaggerat malitiam, quia tantis beneficijs peiores ſunt effecti, externa quidem hæc omnia Dei immenſa beneficia, niſi beneficio gratiæ Dei legitimus accedat, horum vſus obſunt magis quam proſunt, non ex natura ſua, ſed uitio hominum mēte corruptorum, nec ſic quidē deſtitit benefacere Deus, nunquid.n. incredulitas ipſorum fidem Dei euacuauit, abſit. Eſt enim Deus verax. Quia ergo neque lex, neque prophetæ veros fructus bonorū operum producere in ipſis potuerunt, quibus remiſſio peccatorum iuſtificatio, & ſalus æterna repararetur, miſit clementiſſimus hic paterfamilias, vbi venit plenitudo temporis, filium ſuum, nō vt iudicaretur, vel condemnaretur mundus per ipſum, inquiens. Fortè verebuntur filium meum. Quaſi dicat non dubitando, ſed quid ipſos facere oporteret inſinuando. Hunc filium qui verus eſt mearum poſſeſſionū hæres licèt non mittam in apparatu Regio, & in naturæ diuinæ maieſtate, ſed in ſimilitudine carnis peccati, in forma ſerui, poterunt tamen ſi legis quam habent cognitionem admittant agnoſcere, quod ni faciant ſua culpa facient.

Hoc autem fecit Deus, quia benignus eſt, licèt multa mala feciſſent, tamen ſi reuerſi fuiſſent, vtique paratus fuiſſet ad indulgēdum:/ quia non vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & uiuat Ezechi. 18. & Eſā. 19 reuertentur ad Dominum & placabitur eis.

Sed contra Hiere. 13. Non pariam, & non concedam, neque miſerebor. Et Ezech. 7. & non parcet oculus meus, ſuper te non miſerebor. Et Ezech. 24. Non parcam, nec placabor.

Authoritas Hiere. vbi d. Non parcam, procedit contra Iudæos, & Hieruſalem, propter eorum ſuperbiam.

Secunda authori. Ezec. minare cōtra abominationes Iſrael. 3. Ezechiel. s intelligitur de Rege Babylonis, qui diuinæ clementiæ taliter ſe oppoſuerat, vt nullatenus locus veniæ p ſe relictus fuerat in theſauris Dei, ideo ait Deus. Quia mūdare te volui, & non es mūdatus a ſordibus tuis, ſed nec mūdaberis prius, donec quieſcere faciā īdignationē meā in te: poſtea ſubiūgitur. Nec parcam, nec placabor pariter. Et de angelis, qui ad curandam prænotatam prouinciam Babyloniæ miſſi fuerant, dicitur: quod reuertentes vacui, & ſuper flumina ſedentes, & flentes aiebant. Curauimus Babylonem, & non eſt ſanata: euenit enim quod permittente Deo, dum quis pluries fuerit viſitatus

tus correctionibus, flagellis, & noluerit emendari, taliter impœnitẽs efficitur, vt amplius curari non poſſit: ſic euenit his obſtinatis Hebręis: ſic vobis peccatoribus, qui ĩ peccatis obſtinati eſtis. Diſcurre.

Quartò commendat charitatem patris, quia mittit filium: ſed ipſi auaritia, odio, inuidia occiderunt, vt regnum hæreditarẽt. Sed amiſerunt miſeri regnum, & gentem. Perſtringit itaq; Chriſtus obſtinatam phariſæorum conſcientiam, vt etiam inuiti cogantur contra ſe ipſos dare ſententiam: ideo rogati à Chriſto quid iuris iſtorum agricolarum, ait. Malos malè perdet. Diſcurre. Quia poſtquàm vidit obſtinatos, eripuit eis hæreditatem, id eſt regnum cœlorum, & dedit electis, fructus facientibus: nec ſperandum eſt vllum refrigerium in altero ſęculo, quia ſi noluerunt in hoc fructificare, & prouocare refrigerium. ait ſapiens Sap. 2. Refrigerium nullum eſt fine hominis.

Sed contra Sap. 4. ait. Iuſtus autem ſi præoccupatus fuerit morte in refrigerio erit: ergo non de omni homine verum eſt, quòd nullũ ſit refrigerium in fine.

Reſpondeo, Refrigerium idem eſt quòd tranſitus à calore ad frigiditatem, quare ſicut varij inueniuntur ſtatus, ita varia refrigeria correſpondentia.

Aliter refrigeratur pauper, à calamitate.

Aliter peccator, dum à conſcientia accuſatur.

Aliter conſolatur beatus, dum cœlum ingrediens lætatur cum Angelis.

Aliter iuſtus dum mortuus vadit ad patrẽ: primi enim duo in hac vita dumtaxat refrigerantur, beatus verò in futuro ſolum; ſed iuſtus in vtraque refrigeratur. Pauper enim à viris pijs ſubleuando refrigeratur per opera pietatis. Peccator verò feruore charitatis contritus, feſtinus ſurgit: qui ſi in peccatis permaneret, nullum poſt mortem eſſet refrigerium. Beatus verò dum ciuitatem illam ingreditur, coronatur à Domino. Apoc. 21. Abſterget Deus omnes lachrimas ab oculis eorum, & mors vltra non erint, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra. Refrigeratur autem iuſtus in hac vita, dum interna deuotione ab ardore carnis eximitur, nam ſic feruor febris accidit, niſi adſit refrigerium: ita. Diſcurre. Refrigeratur etiam in altera, dum depoſita carnis & peccatorum ſarcina lætatur gloria Domini, vt dicat cum Propheta Pſal. 65. Tranſiuimus per ignem & aquam. Sed obſtinatis nullum reſtat refrigerium, niſi pœnæ, & cruciatus, vt iam de epulone percepiſtis: ſic erit his phariſæis. Diſcurre. Reprehendet dicẽs. Malos ergo malè perdet, quia refrigerium nullum habebunt. Applica ad Chriſtianos obſtinatos, & Deo ingratos.

Quintò, Teſtimonio ſcripturarum phariſæos condemnat dicens. *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum.* Sed notandum, regnum quadrifariam eſſe. Primũ exterius, & hoc eſt eccleſia militans, de quo dicitur. Quoniam Domini eſt regnum, & ipſe dominabitur, Pſal. 21. & Apoſtolus. 1. Cor. 15. Cum tradiderit regnum Deo patri, tunc finis. & Matth. 13. Mittet filius hominis Angelos, & colligent de regno eius omnia ſcandala, & Matt. 5. Qui fuerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno. & Matth. 13. ſimile eſt regnũ cęlorum ſagenæ miſſæ in mare. Et Matt. 25. Simile eſt regnum cœlorum decem virginibus.

Aliud regnũ exterius eſt, & ſunt ſancti: vñ Apoſtolus. Nõ eſt regnũ Dei, eſca & potus, ſed iuſtitia, pax, gaudiũ in ſpiritu ſancto. Rom. 14.

Regnum exterius etiam dicitur regnum mundi; in quo ſunt tres prouinciæ, ſcilicet diuitiæ, delitiæ, & honores. Ideo Ioan. 1. 2. Nolite diligere mundum. De hoc dixit Dominus. Ioan. 18. Regnum meum non eſt de hoc mundo.

Secundum, Regnum eſt interius, & iſte ſunt virtutes, quæ dicuntur regnum: illis enim regimur. Tale regnum dicitur ſacra ſcriptura, fides, de qua hodiè dicit Chriſtus. *Auferetur à vobis regnum Dei.* Regnum Dei intra vos eſt. Luc. 17. Si in digito Dei Dęmonia eijcio, peruenit in vos regnum Dei, Luc. 11.

Tertium, Regnum eſt ſuperius & eſt regnum triumphantium, & hoc eſt æterna beatitudo, & cœleſtis patria. In hoc ſunt tres prouinciæ: ſ. tres Hyerarchiæ, ſuprema, media, & infima: Hoc petit. in orōne Mat. 6. Adueniat regnũ tuum. Venite, & poſſidete vobis paratum regnum. Fulgebũt iuſti ſicut ſol in regno patris mei, Matt. 13. Regnũ populoſum capiēs oēs electos Pſal. 144. Regnũ tuũ regnum oīum ſęculorũ. Regnũ pacificũ per charitatē delitioſum, iucũdũ 1ō dr̄ Beatus qui mãducabit panē in regno Dei, Luc. 14. Regnũ ſanctum ob imunitatem, & priuilegium: nullus enim notatus quauis turpitudine intrare audebit, Gala. 5. Qui talia agunt, regnum Dei non poſſidebunt. Regnum infinitũ per ęternitatē, vt in ſymbolo, cuius regni nõ erit finis.

(Matt. 25.)

Quartum Regnum eſt inferius, & ſunt vitioſi, in quibus Diabolus regnat, de quo poteſt illud intelligi, oſtendit ei omnia regna mũdi. in hoc ſunt tres prouinciæ, luxuria ſcilicet, auaritia, ſuperbia. Iob. 40. Ipſe rex ſuper omnes filios ſuperbiæ.

(Mat. 4.)

Videamus ergo, & loquamur de regno cęleſti; & primo quot modis illud aſſequi poſſimus.

Reſpondeo diuerſimodè. Aliquãdo. n. meremur illud, iuxta illud. Inuenta aũt vna precioſa margarita, dedit oīa ſua, & emit eã, Mat. 13.

Et ibidem dicitur, ſimile eſt Regnum cœlorum theſauro abſcōdito in agro, quem qui inuenit abſcondit, & prę gaudio vendit omnia quę habet, & emit agrum. Emitur in religione, in qua abſconditur tanquàm in agro, & emitur triplici nummo, id eſt triplici voto, ſcilicet obendientiæ, paupertatis, & caſtitatis. Ita emptio potiſſimè fit eleemoſynis.

A quibus autem ſit emendum, Euangeliſta de mente Domini determinat dicens. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnū cœlorum. Non ne merentur illud, qui faciunt ſibi amicos de mammona iniquitatis? vt cum illi deficiunt, iſti recipiant eos in ęterna tabernácula. Luc. 16. Matt. 5.

Aliquando rapitur, iuxta illud. Regnum cœlorum vim patitur, & uiolenti rapiunt illud Matt. 11. Nonne rapuit ille, qui ab amico poſtu lauit tres panes, & licèt prius fuiſſent denegati, tamen per importunitatem obtinuit. Luc. 11.

Rapitur fide, oratione, patientia, humilitate, perſeuerantia, vt Cananea de qua dixerunt, Mat. 15. Apoſtoli. Dimitte eam, quia clamat: & tandem dixit Dominus. ò mulier magna eſt fides tua.

Aliquando furátur humilitate, & confeſſione, vt furata eſt mulier illa, quæ fluxum ſanguinis patiebatur: & dum tangens fimbriam veſtimenti Chriſti ſanata eſt. Vnde Dominus dixit. Quis me tetigit? ſciebat enim virtutem ex ſe exiſſe, Mar. 5. Non ne furatus eſt latro, qui licèt multa mala feciſſet, tamen inſperato audiuit. Hodiè mecum eris in paradiſo, Luc. 23.

Aliquando commutatur, iuxta illud. Omnis qui reliquerit domū, aut agrum propter nomen meum centuplum accipiet, Matth. 19. & ſic commutatio fit per contemptum mundi. Non ne commutare dicebatur ille, cui dixit Duminus. Vade & vende omnia quæ habes, & habebis theſaurum? Luc. 18. Nonne illi bene commutant, quibus, ait Dominus. Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra? Mat. 6.

Aliquando laboribus, doloribusq; aſſequimur: nam ſicut propter peccatū mortale amittitur, Tren. 5. cecidit corona capitis nr̄i. Veh vobis: ita recuperate per contritionē, & gr̄æ infuſionē. Tibi dabo claues regni cœlorū. Mat. 16. Acquiſitio itaq; regni cęleſtis per pœnitentiam fieri debet, vnde Dn̄s. Pœnitentiā agite, Matt. 3. & in Act. Apoſt. dicebāt. Viri fratres quid faciemus? rn̄dit Petrus Act. 2. Pœnitētiam agite, & baptizetur vnuſquiſq; veſtrum. Et 14. Per multas tribulationes oportet introire in regnum Dei. Nonne per dolores, & labores multi illud aſſequuti ſunt? de quibus Apoſtolus. 2. Cor. 11. ait. In labore, & ærūna, in frigore, & nuditate, ī plagis ſupra modū: hinc dn̄s pro

teſtatus eſt. Non omnis qui dicit mihi, domine, dominė intrabit iñ regnum cęlorum. Matth. 7.

Aliquando gratis donatur: quæ donatio fit Dei miſericordia. Vnde Luc. 22. Nolite timere puſillus grex. i. humiles, quia cõplacuit patri veſtro, dare vobis regnũ: ſuperbis. n. Deus reſiſtit, & humilibus dat gratiam Iaco. 4. ſi grãm ergo & gloriã, propterea Dñs dicebat. Sinite paruulos venire ad me: taliũ eſt. n. regnum cęlorum, Mat. 19. Hoc eſt quod Apoſtolus ait. Nonne ex operibus iuſtitię, quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit. Ad Tit. 3. & in Euãgelio. Nuptiæ quidẽ paratæ ſunt, ſed qui inuitati fuerũt, non erant digni: ite ergo ad exitus viarum, & quoſcũq; inueneritis vocate, Matt. 22. Gratis confertis his, quibus dr̃. Qui nõ habetis argentum venite, emite abſq; argento, abſque vlla cõmutatione vinum, & lac, Eſa. 55.

Aliquando compellimur ad illud: hãc coactionẽ facit tribulatio. Pſal. 55. Multiplicatæ ſunt infirmitates, poſtea accelerauerunt. Imple facies eorum ignominia, & quærant nomen tuũ. i. deduc eos ad virilitatẽ exteriorẽ, & tunc humiliabuntur. Hinc dicebat Dñs cõpelle intrare, vt impleatur domus mea, Luc. 14. Nonne cõpulſus fuit Paulus quando percuſſus in via, qua Damaſcũ ibat, & dulciter tractus audiuit. Saule Saule, quid me perſequeris? Durum eſt tibi contra ſtimulũ calcitrare, Act. 9. Aſſignatur autem hoc regnum in finali retributione, & tunc ponemur in poſſeſſione; Venite, poſſidete. Matt. 25. Clauditur in finali reprobatione: nouiſſime vero veniunt & reliquę virgines dicentes. Domine, Domine, aperi nobis, quibus dicit: neſcio vos.

Et qm̃ dictũ eſt, quod aliqui regnũ hoc mercantur, videndum puto quantum hoc regnum valeat. R̃ndeo tantum valet quantũ habes: exemplũ; qui non habet aliud, valet illi per calicẽ aquæ frigidæ: qui dederit calicem aquæ frigidæ non perdit mercedem ſuam. Matt. 10. Nõne calicem aquæ frigidæ valuit Rebechę, quando hydriam declinans in vlnã dedit potum Elyezer ſeruo Abrahæ, adijciens etiam, & camelis tuis aquas tribuam? Geneſ. 24. Nonne ita valuit ei, cui in Sapien. dicitur, Aquas tuas in plateis diuide? Prouerb. 5.

Alicui valet per fruſtum panis, vnde dicitur. Frange eſurienti panem
Eſa. 8. tuum. Eſa. Hinc Dominus Eſuriui &c. Sic valuit Iob, qui dixit.
Mat. 25. Si comedi bucellam panis ſolus, & non comedit pupillus ex ea, quia ab infantia creuit mecum miſeratio, Iob. 33.

Aliqui mercantur indumento. Mat. 25. Nudus eram & cooperuiſtis me. ſic valuit Martino, qñ veſtẽ ſuã cum paupere eſſe partitus eſt. Vnde audiuit, Martinus adhuc cathecuminus hac me veſte cõtexit.

Matt. 25. Aliqui mercantur vno hoſpicio. Hoſpes eram & collegiſtis me:

& Iob. 31. foris non manſit peregrinus, oſtium meum viatori patuit. ſic valuit Lot, quando Angelos nolentes intrare compulit. Geneſ. 19. Sic euntibus in Emaus domum ſecum tulerunt. Luc. 24.

Alicui valet per viſitationē infirmorum: infirmus eram, & viſitaſtis me. Mat. 25. & Eccl. 7. Non te pigeat viſitare infirmū, ex his. n. dilectione firmaberis. Sic valuit Petro, & Ioanni, quando ad templum aſcenderunt ad horam orationis nonam: & dixit Petrus claudo, qui ſedebat ad portam ſpecioſam: argentum, & aurum non eſt mihi: quod autem habeo hoc tibi do, in nomine Ieſu Chriſti ſurge, & ambula: & apprehenſa manu eius dextera alleuaui eum, & conſolidatæ ſunt baſes eius.

Alicui valet ſuccurrere carcerato. In carcere erā & viſitaſtis me. Mat. 25. Vnde Eſa. dimitte eos qui fracti ſunt, liberos & omne onus diſrumpe. Sic valuit Loth, cuius recordatus Dominus liberatus fuit per Angelos ab incendio Sodomæ. Gen. 19. Eſa. 65.

Abeli valuit agnus, de quo dicitur, Abel quoque obtulit de primo genitis gregis ſui, reſpexitq; Deus ad Abel, & ad munera eius. Ge. 4.

Alicui valuit ambulare cum Deo, vt Noe, qui Dei veſtigia ſequutus eſt, ideo inuenit gratiam coram Domino, Gen. 6.

Abrahæ valuit exire de propria terra: egredere de terra tua, & de domo patris tui; & meruit audire. Faciam te in gentem magnam, & benedicam tibi, Gen. 12.

Iacob valuit peregrinari: cum enim pergeret in aram, pergens ad quendam locum vidit ſcalam in ſomnis ſtantem ſuper terram, cuius cacumen cœlū tangebat: & vidit Dn̄m dicentem ſibi. Terram, in qua dormis dabo tibi, & ſemini tuo: & cum vigilaſſet dixit. Non eſt hic aliud niſi domus Dei, & porta cœli. Gen. 28.

Moyſi valuit liberaſſe fratrem ſuum ab oppreſſione, Aegypti: vnde dicitur, Exod. 2. Percuſſum Aegyptium abſcondit ſub ſabulo: ideo poſtea totius populi ſui gubernator, & liberator extitit.

Dauid valuit cordis cōtritio, nam cor contritū, & humiliatū, &c. Ideo audiuit a Nathan Propheta, Et dn̄s trāſtulit pc̄tm̄ tuū. 2. Re. 12.

Viduæ ſareptanę valuit panis ſubcineritius, quo pauit Heliam: nam abijt, & fecit iuxta verbum Helię, & comedit ipſę, & illa & domus eius tota: & ideo ex illo die hydria farinæ non defecit, & lecythus olei non eſt imminutus. 3. Reg. 17. 3. Reg. 17.

Sunamiti præparationem hoſpitij Eliſeo factam, quæ dixit ad virum ſuum: Animaduerto quod vir ſanctus Dei eſt iſte, qui tranſit ad nos: faciamus ergo ei cęnaculum, & ponamus in eo lectulum: ideo poſtea filium mortuum ab Heliſeo recepit viuum. 3. Reg. 17.

Viduæ valuerunt duo minuta, vnde dicitur. Vidit viduam mittentem duo minuta, & plus ſibi quàm alijs valuit. Mar. 12.

Luc. 19. Zacheo dimidium patrimonij. Ecce dimidium bonorum meorũ domine do pauperibus. Valuit ad reprimendum peccata, ad obtinendum regnum.

Iacobo, & Ioanni filijs Zebedei ualuit relinquere nauem, & patrem, & rethe. At illi relictis rethibus & naui ſecuti ſunt eum, Mat. 4.

Mattheo ualuit abijcere lucrum thelonei; unde dicit, Cum tranſiſſet inde Ieſus uidit hominem ſedentem in theloneo Mattheum nomine, & ait illi: ſequere me: & ſurgens ſequutus eſt eum, Matth. 9.

Magdalenæ ualuit lachrymari, & alabaſtrum unguenti, quod effudit ſuper caput eius, & ideo dimiſſa ſunt ei peccata multa, Luc. 7.

Ipſis Apoſtolis ualuit quicquid habuerunt, unde dixerunt, Ecce nos reliquimus omnia. Vnde reſpondit Chriſtus, Quòd uos qui ſequuti eſtis me in regeneratione, cum ſederit filius hoīs &c. Mat. 19.

Marc. 15. Mulieribus ualuerũt aromata, quę emerunt, ut ungerent Ieſũ. Ideo remuneratio primò apparuit eis, quando acceſſerunt & tenuerunt pedes eius, Matth. 28.

Latroni ualuit per extremam confeſſionem. Domine, memento mei: & audiuit, Hodie mecum eris in paradiſo, Luc. 23. Generaliter ergo regnum Dei tantum ualet, quantum habes; etiam ſi nihil habes, ſufficit bona uoluntas: ubi enim facultas deeſt, uoluntas pro facto reputatur: unde Apoſtolus, Vnuſquiſq; pro ut deſtinauit in corde ſuo, ideſt prout ex propria animi uoluntate deliberauerit donare, 2. Cor. 9. Et Chriſtus, Et pater eius, Matth. 6. Qui uidet te in abſcondito, reddet tibi: ergo quocunque modo, ſecundum poſſibilitatem acquiritur regnum cœlorum.

Sed ſciendum eſt, quod ſicut multis modis acquiritur regnum cœlorum, ita multis modis perditur propter peccata, propter quæ a ſimili ſecundum ſcripturam alicui ablatum fuiſſe regnum temporale legimus, ut Nabucdonoſor, propter ſuperbiam: unde dicitur ei per Danielem, Tranſibit a te regnum tuum, & cum beſtijs erit habitatio tua. Et hoc dictum eſt ei poſt illa uerba ſuperba, de quibus Daniel. 4. Nonne hæc eſt Babilon, quam ædificaui in labore meo? Ecce damna, quæ ex ſuperbia contingunt. Primum regni cœli perditio, ſicut primus Angelus propter ſuperbiam eiectus eſt. Secundum quia aſſo-
Eſa. 14. ciatus beſtijs. i. dęmonibus, Deu. 32. Dentes beſtiarum īmittā in eos.

Ablatum eſt regnum Sauli, unde dicitur, Scidit dominus hodie regnum Iſrael. 1. Reg. 15. Hoc autem accidit ſibi propter peccatum auaritiæ: reſeruauerat enim pinguia de Amalech contra præceptum Domini,

Domini,& ſic meruit regnum perdere: ſimiliter & omnis auarus ex cluditur a regno Dei. Non dico de habente diuitias, ſed de negante pauperibus: unde Apoſtolus 1.Corinth. 6. Rapaces regnum Dei non poſſidebunt.

Ablatum eſt regnum Balthaſar,Daniel. 5. Et hoc propter peccatũ gulæ:comedebat enim,& bibebat cum principibus ſuis,quãdo ſcri ptum eſt coram eo illud,quod Daniel exponens dixit,Diuiſum eſt re gnum tuum,& datum eſt Medis & Perſis. A ſimili per carnis delitias regnum cœli amittitur,ut Apoſtolus 1.Corinth.15. Hoc autem dico fratres,quia caro & ſanguis regnum Dei poſſidere non poſſunt,ideſt homines facientes opera carnis,ideſt ſecundum comeſſationes,ebrie tates,& fornicationes. Dan.5.

Sunt & aliqua peccata,quibus ammittitur regnum, Eccle. 10. Regnum a gente in gentem transfertur propter iniuſtitias, iniurias, & contumelias,ac diuerſos dolos.Iniuſtitia eſt, nõ ſeruire parentibus, ſicut tenemur: unde Apoſtolus Epheſ. 6. Filij obedite parentibus: hoc enim iuſtum eſt. Cõtumelia eſt improperare alicui genus ſuum, uel infirmitatem ſuam,ut corporis deformitatem. Nam Prouer. 14. dicitur,Qui deſpicit pauperem,exprobrat factori ſuo. Iniuria eſt lædere aliquem in rebus,uel in perſona: unde conqueritur Eſa. 3. Quare atteritis populum? Dolus eſt in fictis uerbis, uel ſimulata conuerſatione: unde dicitur Pſal. 54. Viri ſanguinum, ideſt uiolenter læden tes,& doloſi,qui fraude nocent,non dimidiabunt,ideſt non elongabunt dies ſuos.Nam peccatum conſumet corpus.

Et ſi dicas,quomodo transfertur regnum ab eo,qui non habet?

Reſpondeo,ꝙ aliquando habuit in baptiſmo,uel in pœnitentia:& ſi non habet nec habuit,ſaltem potuit habere.

Videamus cui datur hoc regnum,quoniam Chriſtus facienti fructum promittit. Reſpondet Paul. & adducit fructus eorum quibus datur regnum,ad Galat. 5. dicens,Fructus autem ſpiritus ſunt charitas,gaudium,pax,patientia,longanimitas,benignitas, bonitas,man ſuetudo,fides,modeſtia,caſtitas. Matth.12.

Primum eſt gaudium internum ex Dei præſentia conſurgens; Gau dium eſt exultatio in bonis proximi; ut gaudere cum gaudentibus, Roma.12.

Pax cordis ex ſerenitate conſcientiæ, ac libertate procedens: uel pax eſt concordia cordium,& corporum cum proximis patienter ferendo iniurias. Hebr. 11. Patientia uobis neceſſaria eſt. Patienter in aduerſis omnibus tolerando ſine animi turbatione.

Longanimitas, eſt longa expectatio promiſſorum Dei cum fidu-

cia mentis, Pſ. 26. expecta Dominum &c.

Bonitas eſt dulcedo mentis in ſupportando aliorum defectus, 2. Cor. 1. Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ.

Benignitas, eſt affectio mentis attenta, uel intenſa ad ſeruiendum proximo.

Manſuetudo, eſt lenitas loquendo, & conuerſando cum proximo, & omnibus ſe humiliare, de qua dicit Dominus, Matth. 5. Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram.

Fides, eſt fiducia excellens, montes transferens credendo. Oportet accedentem ad Deum credere, Heb. 11.

Modeſtia, eſt ſeruare modum in dictis, & factis licitis, & conceſſis, de qua Philip. 4. Modeſtia ueſtra nota ſit omnibus hominibus.

Continentia, eſt lumborum cohibitio ad omni inhoneſto deſiderio carnis, & ab omni illicita deteſtatione, Eccle. 15. Qui continens eſt iuſtitiæ, apprehendet illam.

Caſtitas, eſt carnis munditia: de qua. Quàm pulchra eſt caſta generatio cum claritate. Sap. 4. His fructibus promittitur regnum, & dabitur facientibus fructus eius. Fructificate ergo, & attendite omnes fideles, ut illud poſſideatis: & uos hæretici attẽdite, quia a uobis ablatum eſt regnum Dei, & datum eſt genti, ideſt catholicis operarijs, qui fructum ſuum dabunt in tempore ſuo, Pſ. 1.

De quibus Paul. Rom. 9. Quod ſi Deus uolens oſtendere iram, & notam facere potentiam ſuam ſuſtinuit in multa patientia uaſa iræ, apta in interitum: ut oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in uaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriam, quos & uocauit non ſolum ex Iudæis, ſed etiam ex gentibus, ſicut in Oſſea dicitur, Vocaui non plebẽ meam, plebem meam, & non dilectam, dilectam meam, & non miſericordiam conſequutam, miſericordiam conſequutam.

Oſſe. 2.

Hoc regnum ab Hebræis ablatum fuiſſe, oſtendit Paul. Rom. 11. Ergo qnod quærebat Iſrael non eſt conſequutus, electio uero conſequuta eſt: cæteri uero excæcati ſunt ſicut ſcriptum eſt Eſa. 6. Dedit illis Deus ſpiritum compunctionis, oculos, ut non uideant, aures, ut non audiant uſque in hodiernum diem.

Hoc regnum datum eſt gentibus, Roma. 15. Gentes autem ſuper miſericordia honorare Deum, ſicut ſcriptum eſt: propterea confitebor tibi in gentibus. Et iterum, Lætamini gentes cum plebe eius. Et iterum, Laudate Dominum omnes gentes.

Pſ. 17. Pſ. 117.

Huius regni hæredes fuere gentes, & fideles, Epheſ. 3. Dicit Paulus, quod alijs gentibus, ſiue generationibus non eſt agnitum filijs hominum, ſicuti nunc reuelatum eſt in ſanctis Apoſtolis eius, & prophetis,

tis, in ſpiritu eſſe gentes cohæredes & concorporales, & comparticipes commiſſionis in Chriſto Ieſu.

Hoc regnum tandem ab Hebræis ablatũ eſſe probamus, ut a Paulo 1. Theſ. 2. annunciatum eſt. Iudæi autem & dominum occiderunt Ieſum, & Prophetas, & nos perſequuti ſunt, & Deo non placent, & omnibus hominibus aduerſantur, prohibentes nos gentibus loqui, ut ſaluæ fiant, ut impleant peccata ſua ſemper: peruenit enim ira Dei ſuper illos uſque in finem. Ideo Chriſtus hodie meritò condemnat illos dicens, Auferetur a uobis regnum Dei, & dabitur gentibus, & fidelibus, qui fide uiua, & operibus charitatis, & dilectionis Deum implorant, eiq; omni tempore ſeruiunt. Sic uobis eueniat. Amen.

SABBATVM TERTIVM Quadrageſimæ.

PAVLVS Apoſtolus miſericordiam & benignitatem Domini erga genus humanum Epheſeos docere cupiens, ait. Deus qui diues eſt in miſericordia, propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos, cum eſſemus mortui peccatis conuiuificauit nos in Chriſto, cuius gratia ſaluati eſtis. Ideo David. Miſertus eſt Dominus timentibus ſe, quoniam ipſe cognouit figmentum noſtrum. Et Salomon. Misereris omnium qui omnia potes, & diſſimulas peccata hominum propter pœnitentiam. Hanc miſericordiam oſtendit Chriſtus nobis hoc mane ſub parabola filij prodigi, ut in Euangelio patet: quieſcite.. Ephe. 2. Pſ. 102. Sap. 2.

In hoc portu Euangelij hodierni prodigi parabola nautæ fideles quatuor contemplantur. Primum quid poſſit homo ſine Dei gratia. Secundum quod initium pœnitentiæ a bona uoluntate procedit. Tertium quod gaudium eſt angelis ſuper peccatore pœnitentiæ Quartũ quod a Dei miſericordia hoc beneficium cognoſcendum ſit.

Primò ſub enigmate prodigi adoleſcentis, quid poſſit natura ſine gratia, ſcilicet poſt acceptam portionem ſubſtantiæ a patre. Labire in regionem longinquam, & eam diſſipare uiuendo luxurioſè: ſufficit enim liberum arbitrium, ut eſt uitio primorum parentum læſum, & eneruatum ad malum: ad bonum uero minime, niſi ſiquidem & naturæ & gratiæ dona a Deo in ipſa creatione collata, dũ his conſultius utitur primus homo, illis grauiter lęditur, & iſtis priuatur: nec poteſt niſi illo ſanante, & reſtituente quod dederit, uti bene: qualis enim ille peccati meritò eſt factus, talis ex uitiata propagine omnes nos fecit

auerſos

auerſos a Deo,contrarios,mortales:diſcurre.amiſſa enim iſta armonia originali, ſequuta eſt rebellio,quam omnes in natura experimur; quia omnes naſcimur filij iræ.

Hanc enim ſignificare uoluit Chriſtus per famem uehementem, quæ regionem inuaſerat:non enim de fame panis, ſed audiendi uerbum Dei: mox enim naturam inuaſit ignorantia rerum agendarum, & concupiſcentiam rerum noxiarum. Ignorãtia Dei denique rerum omnium,quæ ſalutem promouere poſſint, calluit ueritatis uiam, ut quo magis quærebat:eo minus inuenire poterat, ſi quidem humanæ philoſophiæ cibus longè minus ſatisfacere poterat quàm ſiliquæ porcorum:quanquam enim prima fronte magnam honeſtatem & modeſtiam polliceri ipſa philoſophia uideretur, nihil tamen ſublime, aut diuinum afferre potuit : ideo omnes ſub poteſtate Sathanæ in tenebris eramus,nil boni facientes, ut Pſ. 13. Non eſt qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum: quia omnes declinauerunt, & ſimul inutiles facti ſunt.

Propheta conſiderans maſſam corruptam ait. Non eſt uſque ad unum,ideſt præter unum qui eſt Chriſtus:cæteri uerò per gratiã Chriſti adiuuantis faciunt,ſupple bonum,& facere poſſunt.ſic Dauid Pſ. 50. uolens bonum facere petit dices,Cor mundum crea in me Deus. Sic legitur de Aſam rege Iſrael 2.Par. 14. Qui bonum fecit de maſſa illa corrupta:quia ſubuertit altaria peregrini cultus,cõfregit ſtatuas, & præcepit tribui Iudæ, ut quæreret Dominum Deum patrum ſuorum,& plura alia,quæ de illo leguntur in illo loco, ſed hoc non ſine lumine ſuperno:diſcurre.Ideo Dauid Pſal.142. Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens.

Sed contra Eccl.14.ait Sap. Ante obitum tuum operare iuſtitiam, quoniam non eſt apud inferos inuenire cibum: declara ſemper.

Reſpondeo, Dauid loquutus eſt de illo,qui uiuens ſub lege non cõuerſabatur iuſtè:hic enim cum ſit tranſgreſſor legis, nequit iudicari coram Deo. Salomon uerò loquitur de illo homine,qui ſpe futuræ uitæ tenet ne tanquam impius moriatur,fidem conſequitur: hic enim ante mortem ſuam iuſtificare debet animam,ideſt bene operari & bene uiuere & operari iuſtitiam. Dat enim ſapiens bonum conſilium propter iudicium futurum, ne negligens circa ſe,in peccatis moriatur.Sed Dauid pater eius de perfectione iuſtitiæ loquitur:quia nemo dum uiuit ſe iuſtificare poteſt coram Deo:quia neſcit quid erit in die iudicij:ideo ſemper timendum. Sed Paul.de hac iuſtitia hominis ſibi contradicit,Rom.6.ait,Cum enim ſerui eſſetis peccati, liberi fuiſtis iuſtitiæ.Et contra ait ibidem,ſerui facti eſtis iuſtitiæ,ſi liberi quo

modo

modo ſerui?

Reſpondeo, quòd illa, ſcilicet liber facti eſtis iuſtitię, ſic exponitur, ideſt caruiſtis dominio iuſtitiæ. Profecto quandiu quis peccato ſeruit, iuſtitiæ liber dicitur, ideſt alienus a iuſtitia: nam liberum eſſe a iuſtitia crimen eſt, ſeruum uero eſſe, honeſtum eſt, & laudabile.

Vtique per hoc quod Apoſtolus ait, Cum eſſetis ſerui peccati, liberi fuiſtis iuſtitiæ, oſtenditur peccato non potuiſſe ſeruire niſi alia libertate, ſcilicet carnis: profecto ſic docuerat 2.Cor.1. Sapientia carnis legi Dei non eſt ſubiecta: ſic ſeruientes peccatis liberos atteſtatur iuſtitiæ, ideſt iuſtitiæ dominio carere: & hoc eſt quod ibi dicit, ſicut exhibuiſtis membra ueſtra ſeruire iuſtitiæ, & iniquitati, ita nunc exhibete membra ueſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificatione. Prodigus ergo nullam in ſe habens iuſtitiam neq; gratiam, fame perit: miſer homo in ſtatu miſeriæ: diſcurre.

Et loquens Propheta de hoc ſtatu miſerabili, Pſal. 29. oſtendens quod nihil boni habet ad laudes Dei, ait. Nunquid confitebitur tibi puluis, aut annunciabit ueritatem tuam?

Sed contra Daniel. 3. Tres pueri cantabant in fornace. Benedicat terra Dominum, laudet & ſuperexaltet eum in ſæcula.

Reſpondeo, quòd per terram non intelligitur ſolum elementum terræ: quia ſic non habet linguam, neque os, ut laudet Dominum, niſi dicamus in effectibus ſuis, quia tanquam omnium generabilium mater, facit iuxta mandatum a domino ſibi datum. Germinet terra herbam uirentem, Gen. 1.

Sed ad ſpiritualem ſenſum accedamus. Dico ꝙ loquutus eſt de illa terra, de qua Propheta conuerſus ad Deum ait, Pſal. 102. Initio tu domine terram fundaſti: ipſe enim homo tanquam princeps creaturarum inuitatur ad benedicendum Deum, qui eum de terra formauit, & tribuit ei linguam, & os ut benediceret Deo. Quod hoc ſit faciendum, Dauid poſtquam inuitauit omnes creaturas cœleſtes, & terreſtres ait, Omnis ſpiritus laudet Dominum. Hæc enim terra ut idonea reddatur ad laudes diuinas, prius benedicta fuit ab illo, qui ex ea carnem ſuſcipiens, ſic illam emendauit, & purgauit, ut idonea ſit ad producendum fructum bonorum operum quod Regius Vates præuidens, Pſal. 84. ait, Etenim Dominus dabit benignitatem, & terra noſtra dabit fructum ſuum. Ecce quomodo natura lapſa terra ſterilis eſt, nec ualet fructus bonos facere, ſed adiuta rore cœleſti: diſcurre.

Secundus fructus eſt, quod dum hunc miſeriarum pertæſum proponit: unde cõtingat homini auerſo ueræ pœnitentiæ initium, quod non niſi a bona uoluntate naſcitur: ſimiliter non ex ſolis liberi arbi-

trij

trij uiribus, ſed ex Dei dono in occulto præueniente omnem humanā cogitationem: non.n. ſumus cogitare aliquid ex nobis idonei quaſi ex nobis. Aug. epiſt. 106. Hic patrem non quærit, donec a patre fuerit quæſitus, uel donec ab illo quæratur, qui uenit quærere & ſaluare, quod perierat. Primò incohat uoluntatem bonam, deinde inchoatam adiuuat, ut eadem uoluntas diuino adiutorio bona ſit, & malam poſſit ſuperare carnis concupiſcentiam.

2. Cor. 3.

Luc. 19.

Ita hic accepto radio cœleſtis luminis, rationem auerſam, intellectum obſcuratum, & uoluntatem peccato obſcuratam illuſtrante, ut ex fide, ſine qua nec oratio, nec pœnitentia placent, quia longè a peccatoribus ſalus: alienus a pietate cognoſceret ueritatem: nulla enim ſuſcipitur pœnitentia, niſi peccati cognitio præcedat: quam dum fidei lumen præcedit, tum demum ſurgit a ſomno peccati. Rom. 13. Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. & Ephe. 5. Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Ad patrem uadit miſericordiarum, & totius conſolationis, qui conſolatur in omni tribulatione noſtra. 2. Cor. 1. Peccatum confitetur: qui enim abſcondit ſcelera ſua non dirigetur, qui autem confeſſus fuerit ea, & reliquerit: miſericordiam conſequetur, Prouer. 28. Ideo Eccle. 8. Ne permaneas in opere malo.

Sed contra Apoc. 22. nocens noceat adhuc.

Reſpondeo, quòd ſecunda non præcipit ut ſit licitum alteri nocere, cum diligere præcipiatur, quia qui alteri nocet ſibi prius nocet: malitia enim tua ut non alteri noceat fieri poteſt: ut autem tibi non noceat fieri non poteſt, licet nocendi poteſtas diſpenſatione Dei fiat: in alium autem ad pœnam, in alium uerò ad probationem, & in aliū ad coronam. Nihil tamen nocet iuſto; quia omnia ſibi ad meritū permittuntur. Itaque qui iuſto nocet, non illi nocet, ſed ſibi ipſi nocet.

Scire autem uelim, quòd omnia quæ nocent nobis, noſtro uitio, & non ſua natura nocent: quapropter putandum eſt quod Apoſtolus ſuis uerbis oſtendere intendit, quod pro conſumata iniquitate ſic nocentibus proximo euenire ſolet, nam talibus tanquam deſperatis de ſalute illud permiſſum eſt, ut malum malo addens ſic terminent ſuam malitiam in perniciem ſuam, ut Dauid Pſal. 7. Conſumetur nequitia peccatoris, & diriges iuſtum: ideſt deducatur ad terminum.

Sapiens verò loquitur de natura lapſa, quæ non niſi malum agere poteſt: diſcurre, & applica.

Tertius fructus eſt quod magnum gaudium eſt in cœlo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente: non uult enim mortem Deus peccatoris: de pœnitentia quam iubet per legem, & dat per gratiam, quæ

gratia

gratiâ illi, qui adhuc longè eſt, quia nondum per pœnitentiæ ſacramentum reconciliatus uidet, miſericordia motus occurrit, ruit in collum eius,& oſculatur eum, dum miſericordia illius præuenit nos Pſal. 58. Antequam clamemus ipſe exaudiet, Eſa. 65. Clamat enim re nobis interpellando per ſpiritum, Roma. 8. & eum, qui inimicus erat reconciliat per ſanguinem filij, ut pacem habeamus ad Deũ, Ro. 5.

Illud interim obſeruandum arbitror, ad ueram iuſtificationẽ non ſufficere ſolam bonam uoluntatem, niſi dum cætera, quæ ad ueram pœnitentiam requirit ſcriptura, habeant: ut ſunt confeſſio, & ſatisfactio: in eo maximè cui conceſſum eſt tempus pœnitendi. Iſte uerò miſer audiuit illud, Venite ad me omnes: ſcelerum deteſtatione ueram pœnitentiam ſuſtinuit. Itaque ex iræ filio, & damnationi obnoxio factus eſt filius Dei, & propter fidem in Chriſtum, & propter opera fluentia ex fide ait Auguſt. Fides prima datur, per quam cætera impetrantur, quia fides orationem fundit, Roma. 10. quomodo inuocabunt, in quem non crediderunt? oſtendit medicum, a quo ſalus expectanda, docet modum pellendi morbum, amplectitur ſpem & charitatem, addit orationem, quæ fidei impetret firmitatem, coniungit pœnitentiam, nec quicquam quod ad ſalutem requiratur, omittit: ſic qui hunc pœnitentem imitabitur, tandem a Deo gratiam conſequetur: quia non eſt Deus perſonarum acceptator: ſic Hiere. 31. ait, Peccati eorum non ero memor amplius. Mat. 11.

Sed contra Matth. 5. Non exibis inde, donec reddas uſque ad minimum quadrantem: declara.

Reſpondeo, ꝙ habent ambę eundem ſenſum, quia dicitur Ezech. 33. Si impius pœnitentiam eget ab omnibus peccatis ſuis, quæ operatus eſt, & fecerit iuſtitiam, & iudiciũ omnium iniquitatum eius, non recordabor. Dupliciter intelligitur, primò non meminit peccati purgati per pœnitentiam, ut rurſus illud puniat: cum ipſe bis non puniat in id ipſum: aut non meminit ut modo per flagellum puniat peccatorem, ne ſeuerius purget eum in inferno, aut ſaltem purgatorio: ſi quid relictum fuerit purgandum, licèt Deus coacte punit, & condemnat: nam ſicut nobis contra naturam eſt benefacere, ita in Deo contra naturam eſt malefacere, aut perdere: ut Moſes teſtatur. Geneſ. 8. Triſtatur Deus non de iniuria ſibi illata, ſed magis de noſtra perditione. Concludo quòd Deus peccati non meminit, ſi illud iam expurgatum per pœnitentiam uiderit: ſi autem non purgatum, reliquum fuerit igne purgatorij mundandum declarat, & ſic uera eſt utraque: & totum hoc, eſt miſericordia & pietas: qua deſcendit de cœlis, ut nos errantes oues ab ore luporum eriperet,

ret, ſatiauit lupos uoraces carne, & ſanguine ſuo, parcens omnibus etiam inimicis, pro quibus orauit in cruce, qui nec cedis nec minis reſiſtebat: Audi uetus teſtamentum, quando Deus ultionum dicebatur, Exod. 21. Oculum pro oculo, dentem pro dente. Sed audi nouũ; Nolite reſiſtere malo, Matth. 5. Sed quo modo contradicunt: diſcurre, ſi quis te percuſſerit in maxillam, præbe ei & alteram.

Reſpondeo quia primo carnales erant, & deſiderio ardebant plus uindicari ſe quam oportebat: idcirco conſtitutus eſt illis primus lenitatis gradus, ut iniuriæ acceptæ non excederet uindicta. Dominus aũt qui uenturus erat in carne, ut populum ſuum miſericordia gubernaret, pacificè huic gradui leniſſimum superędificauit alterũ dicens. Noli reſiſtere malo: quod Propheta in literis ueteribus Pſal. 17. ait, ſi reddidi retribuentibus mihi mala: & alius propheta, Dabit percutiẽti ſe maxillã, ſaturabitur opprobrijs. Paulus uerò pluribus in locis exaltat hunc gradum patientiæ. Dico ergo ex iam dictis ꝙ remiſſio iniuriæ etiam in ueteri lege fuit prædicata, ſed nobiliori modo in lege noua Chriſti uerbo, & exemplo: quia lex perfectior, gratiæ dicitur, uetus uerò timoris, & ultionis. Illa primam pœnam minabatur: quia nõ ualebat conferre iuſtitias, Gal. 2. Nemo iuſtificatur per legem. Noua uerò hominem iuſtificatum tranſmittit ad cœlum.

Illa ſterili maledicebat, hæc caſtitatẽ ſuadẽs, uirginitatem exaltat, Matth. 19. Sunt eunuchi, qui ſe caſtrauerunt propter regnũ cœlorũ.

Illa bona propria poſſe retinere admittit, hæc autem paupertatem conſulit, & commendat, dicens, Beati pauperes. Matth. 5.

Illa talionem admittebat, Exo. 21. Oculum pro oculo, hæc interdicit omnino, Matth. 5. Nolite reddere malum pro malo.

Illa inimicum oderat, hæc diligendum præcipit. Matth. 5. Diligite inimicos ueſtros.

Illa iuramentũ admittit, hæc uetat, Mat. 5. Nolite omnino iurare.

Illa occidendi factum prohibet tantum, hæc autem occidendi propoſitum uetat.

Illa fornicandi actũ, & non deſiderium prohibet, hæc aũt utrunq; interdicit, Mat. 5. Qui uiderit mulierẽ, iam męcatus eſt in corde ſuo.

Illa iuſtitiam, hæc autem gratiam adminiſtrat.

Illa mortem, hæc uitam promittit.

In illa præualet ultio, & timor: in iſta pax, & amor.

In illa dura ſeruitus, in iſta uero libertas eundi ad patrem, & reuertendi a ſeruitute in libertatem.

Quartò cognoſcendum eſt a Dei miſericordia hoc beneficium cõuerſionis, qua erga ſuos uti ſolet, qui ex animo reſipiſcunt: peccator

tor enim dum ſe a Deo auertit, perdit innocentiam, iuſtitiam, charitatem, & ſpiritum ſanctum: ſi quidem hæc cũ conſcientia peccati conſiſtere nequeunt; ſpiritus.n.ſanctus diſciplinæ effugiet fictum, nec poteſt habitare in corpore ſubdito peccatis: ſi enim Pater Adam nequaquam peccaſſet, non adeo unio inter carnem & ſpiritum rigoroſa eſſet, ut nullã rebellionem ſentiremus: ſed quoniã ab anima in corpus ſe transfundit, ut macula originalis peccati, prudentia concupiſcẽtię, difficultas bene operãdi, obſcuritas cognitionis, ſolicitudo rerũ temporalium, dolor pœnæ, & tarditas gloriæ Domini: ut Paul. Gal. 5. & Sap. 9. teſtantur; & 1. Cor. 13. ait. Nunc uidemus per ſpeculũ in enygmate: & Ro. 7. Infœlix ego homo &c. & Dauid Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt. Idcirco ex his omnibus ortæ ſunt Domini offenſæ, quibus unuſquiſq; onus ſuum portauit, & portat. Si interroges Adã, cur a Paradiſo expulſus es? Reſpondet propter inobedientiã mandatorum Dei. Si Caim, cur profugus uagas, & timoroſus a facie Domini? Reſpondet: homicidiũ fratris mei iuſtitiam prouocauit. Si Cham, cur maledictus es? Reſpõdet: quia pudenda patris mei Noe detegere uolui. Si ſororẽ Aaron interroges cur lepra percuſſa es? Reſpõdet, murmuratio contra fratrem Moſen ſic me fecit. num. 12. Si Abſalon, cur ſuſpenſus & perforatus uideris? Reſpondet perſequutio cõtra patrẽ, & ingratitudo hic me poſuit. Si Benadab a ſeruis principũ Syriæ interfectum interroges, cur ita miſerè iaces? reſpondet, Ebrietas me proſtrauit. Si Philiſtęos a Sanſone occiſos interroges, cur ita uos fecit? reſpõdet, propter crapulam conuiuiorũ. Si populum Iſrael percuſſum a Moſe, cur ita uos percuſſit ſeruus Dei? reſpondet quia uitulum aureũ adorauimus Exo. 22. Si Architophelẽ, cur te ipſum occidiſti? & ſuſpendi uoluiſti: reſpondet, impia conſilia mea huc me dedu xerunt, 2. Reg. 16. Si Salomonem, cuius regnum diuiſum erat, interroges, cur ita factum eſt? reſpondet idolum adoraui, ut mulieribus aſſentirem. 3. Reg. 2. Si Sichem, cur ruis ita mortaliter? reſpondet luxuria, & carnalitas, hæc & peiora faciet. Geneſ. 34. Si Amon a proprijs ſeruis interfectum, cur hæc euenerunt? reſpondet propter inceſtum ſororis. Si Madianitas, cur a Moſe grauiter percuterentur? reſpondent: propter odiũ quo Iudæos odiebamus. Si Amalechitam iuuenem, cur a Dauid occiſus es? reſpondet propter adulationem, ut annunciarem Dauid mortem Saulis. Sic ſi interrogas prodigũ, cur porcos cuſtodis, fame peris, cupiens ſatiari de panibus domus tuę? reſpõdet: quia me ipſum regere uolui, & a patre meo me elongare: putabã enim quod ſine gratia libertas mea multum ualeret.

Sap. 1.

Ea autem eſt immenſa Dei clementia, ut redeunti per pœnitentiã

R mox

mox iubeat dare primã ſtolam.i.participẽ faciat iuſtitia Chriſti, omnium q; meritorũ ipſius per gratiã;ſic illum induunt, quotquot in illo baptizant.Ro.6. Et qd de baptiſmo dicimus,ſimile de pnia dicendũ.Reſtituit.n.hoc,qd in baptiſmo acceptũ,per peccatũ amiſsũ erat.

Et annulum in manu,ideſt arrabonem ſpiritus,quo ſignantur fideles : eſt.n.annulus datæ hæreditatis, & firmæ charitatis iuſtificatio ; quæ ſine iuſtitia non imputatiua ſed uera inhærente:iuxta illud. Qui facit iuſtitiam iuſtus eſt,acquiri,& recuperari non poteſt. Hæc enim & charitatem complectitur:ut Augu.Perfecta charitas, perfecta iuſtitia cap.70.De natura, & gratia.

Et calceamentum in pedes, ideſt in præparatione Euangelij pacis, & ſuper ſcorpiones,& ſerpentes ſecurius ambulet,non iam gradiens ſecundum carnem,ſed ſpiritum.

Et uitulum ſaginatum occidit.i.participẽ fecit corporis,& ſanguinis filij ſui:hanc.n.gratiam filijs reſtitutis in libertatẽ concedit: nam qui mãducat,& bibit indigne.1.Cor.11.iudiciũ ſibi mãducat & bibit.

Nec iſtis contentus clementiſſimus pater,ut oſtendat quanti momenti ſit apud ipſum pnĩa,uult gaudere ipſa:ideo ait, Manducemus, & epulemur,quia hic filius meus mortuus erat,quantum ad malitiæ abundantiã:& reuixit grã aquæ uiuæ:perierat ſine ulla ope recuperandæ ſalutis q̃tũ in ipſo erat.Inuentus eſt a paſtore qui dereliquit nonaginta nouẽ oues in deſerto,& iuit ad quærendũ ouẽ perditã. Luc. 15.

Qui ergo ad Deũ patrem reuertit,abſq; ullo dubio miſericordiam inueniet,& pacẽ:ut exemplo prodigi ducamur:ſic nos cum proximis eſſe debemus:dimittamus,ſi nobis dimitti cupimus ; amemus , ſi amari deſideramus:miſericordiã præſtemus,ſi magnam a Deo miſericordiã conſequi uoluerimus:ut Ro.12.Flete cũ flentibus.Si eſurierit inimicus tuus,ciba illũ.Et Ro.14.Infirmum aũt in fide aſſumite. Et Ro.15.Debemus aũt nos firmiores imbecilliores infirmorũ ſuſtinere; propter qd ſuſcipite inuicẽ ſicut & Chriſtus ſuſcepit uos in honorẽ Dei,& Gal.6. Alter alterius onera portate. Et Ephe.4.Eſtote autẽ inuicẽ benigni,miſericordes,donãtes inuicẽ,ſicut & Deus in Chriſto donauit nobis.Et Heb.10. hoſpitalitatẽ aũt nolite obliuiſci.Et Theſ.1.5.Rogamus aũt uos fratres,conſolamini puſillanimes, ſuſtinete infirmos.Exerce aũt te ipſum ad pietatẽ:nam corporalis exercitatio ad modicũ ualet,pietas aũt ad omnia utilis eſt.Promiſſionem habemus uitæ,quæ nunc eſt,& futuræ:& tandẽ pietatis noſtræ mercedẽ oſtendit ad Heb.6.dicens,Nõ iniuſtus eſt Deus,ut obliuiſcatur operis ueſtri , & dilectionis,quam oſtenditis in nomine ipſius,qui miniſtratis ſanctis. Hæc ſunt ergo,quæ ex hoc Euang.haurimus;diſcurre,ut uis.

DOMI-

DOMINICA TERTIA Quadrageſimæ.

PAVLVS Apoſtolus prædicator ueritatis ſcribens ad Coloſ. 1. oſtendit quanta beneficia contulit nobis Deus, inter quæ hoc unum ſupereſt, ut per unigenitũ filium ſuũ dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ nos a ſeruitute Diaboli liberauit, dicens primo. Gratias agentes cũ gaudio deo patri, qui eripuit nos a poteſtate tenebrarũ, & tranſtulit in regnũ filij dilectionis ſuæ, in quo habemus redemptionẽ, & remiſſionem peccatorum. Qualiter aũt regnauerat Diabolus ſupra genus humanum, & quibus miſerijs illud affligebat, & quo pacto Diabolum Ieſus eiecerit, & ſuperauerit, legitur in Euangelio hodierno. Quieſcite.

In hoc portu Panormi tribus eſcis piſces capiunt fideles. Prima ex miſericordia, & patientia erga miſeros. Secunda eſt potentia contra Dæmonem. Tertia eſt ſapientia, quam nos docet, ut dæmonem ſuperare ualeamus.

Prima ergo eſca & fructus huius euangelij eſt, quod hoc miraculo Chriſtus oſtendit tũ clementiam, tum potentiã erga miſerum, in quo mire exercuerat Dæmon ſuam tyrannidem. Tanta illius eſt maleuolentia, atq; potentia ut (iuſto Dei iudicio permittente) his armis multos decipiat, non tamen oẽs: nam impeditur ex potentia, qua ſuos eripit de poteſtate tenebrarum, & miſericorditer erga reos præuenit: ut quemadmodum hunc miſerum a dæmonio liberauit, ita eos ex filijs Diaboli faciat filios Dei, conceſſa remiſſione peccatorum, qua dignè poſſet ſuam Deo laudem tribuere, illi gratias agere, inuocare, agnoſcere, & diligere. Hi enim effectus ut meritorij ſint, remiſſionem peccatorum ſequuntur, non præcedunt: a mortuo enim perijt confeſſio. De his enim operibus factis a Chriſto in homine peccatore, loquutus eſt ipſe, Io. 10. dicens. Multa bona opera operatus ſum in uobis.

Sed contra Io. 14. Pater in me manens ipſe facit opera: ſi Pater facit opera, cur dicit Iudæis multa feciſſe opera?

Reſpondeo ad primam, quod per illa uerba non excludit Patrem in ſe operantem, ſed duntaxat aliam eſſe perſonam patris, aliam filij oſtendit. Non enim iſtud operari filij, aliud erat ab illo patris, licet alia perſona: ſed quia nullum opus eſt filij, quin non ſit patris, & quin uterq; non operetur: ideo quandoq; dicit ſcriptura, opera illa eſſe patris, & quandoque filij. Idcirco Io. 9. ait, Pater meus uſque modo operatur, & ego operor: quia ſicut cum illo creauit omnia, ita cum il-

lo,& ſpiritu ſancto operatur,regit,& gubernat, ac dicit omnia optimè diſponere & diſpoſuiſſe:quia quæ fecit Deus,in ſapientia fecit,& erant ualde bona: ſic Moyſes loquutus eſt Deuter.32.dicens,Dei perfecta ſunt omnia.

Sed contra Amos 3.ait,Non eſt malum in ciuitate,quod non fecerit Dominus. Repugnat enim ſi Deus bona fecerat in principio temporis,deinde malum faciat:ſi enim ex ſua natura bonus eſt,quo modo malum facit?

Reſpondeo,quod propheta in ſecunda non de malo pœnæ, ſed de malo culpæ loquutus eſt. Nam duo ſunt genera malorum,ſ.peccatũ, & pœna peccati.Prioris.n.generis, ideſt peccati,author eſt homo,nõ ex natura,ſed ex uitio.omnia enim quæ Deus facit bona ſunt.

Alterum uerò aliquando facit Deus , dum peccatorem hominem in hoc mundo,aut in altero punit,& damnat : diuina.n.prouidentia uniuerſa iuſtè gubernante,ita homo malefacit quod uult, ut malum patiatur quod non uult:nam licet Deus in ſcripturis hoc malum pœnæ cauſare dicatur,non ſic intelligendũ eſt, quod hoc ſit illi malum, ſed illis in quos uindicat,malum eſt.

Ea propter quãuis gehenna malum ſit damnato, iuſtitia tamẽ Dei bona eſt, qua unicuiq; tribuit iuxta opera ſua: hæc enim mala pœnę; quę merito peccantibus inferuntur,licet in Deo iuſto reducẽda ſint: Sunt tamen mala illis,quibus iuſtè inferuntur: Deus iuſtus eſt,& ſolem ſuum oriri facit : cogitur tamen punire tormentis,quem decreuerat in cœlis coronare,& Auguſt.ea mala, uocat bona incommoda. Colligimus ergo quod Deus cunctis eſt bonus bonum faciens, & nemini malum,niſi de meritis noſtris:eſto igitur bonus,ut tibi ſit ſemper bonus,& opera eius bona tibi proſint, ut ait Paul.Sine pœnitentia enim ſunt dona,& uocatio Dei.

Sed contra habetur 1.Reg. 15. Deum pœnituit conſtituiſſe Saulẽ Regem ſuper Iſrael:ergo dona eius non ſunt ſine pœnitentia, neque perfectè bona : Oſtendit enim hoc dum è regno reiecto Saule mandauit deinde loco eius, ut ungeretur Dauid.

Reſpondeo,quòd ea quæ ante ſecula præſtita ſunt a Deo, & quos elegit , & uocauit ab æterno , & effudit in eos dona ſua non reuocat, ſed illud confirmat:ſecundum quem ſenſum loquens de ſuis ouibus,Ioan.10.ait, Et non rapiet eas quiſquam de manu mea . Promiſit hæreditatem poſteris Abrahæ , quam uſque in finem præſtabit, nec mutabit conſilium,nec pœnitebit, quia uerax eſt,& immutabilis . ſic Paul. ad Romanos loquens de uocatione, & electione. Quapropter licet uideatur nobis lippis oculis mutari deus, tamen non

non mutatur: Saulem enim impium hypocritam, ac inobedientem a regno eijcit, ut conſtituat Dauid electum ab æterno conſilio, non.n. ſic Deus conſtituerat Saulem regem, ut perpetuò regnaret, nec elegerat ipſum a conſtitutione mundi, nec minus tribuerat illi dona, quæ perpetuo poſſideret, ſed quę rurſus aufetret: ad tempus enim tantum largitus eſt ei munera: ſic.n. Deus temporaria dona concedere conſueuerat, ut ea nobis male agentibus auferat: hoc tamen facit ſine ulla mutatione ſui, ait Boetius.

Stabiliſq; manens dans cuncta moueri

Ideo impropriè & non propriè dicitur pœnitere.

Sed contra Eſa. 45. ait, Ego ſum Deus creans malum: quod abſurdum uidetur.

Reſpondeo dico non eſſe inconueniēs quod ille qui natura bonus eſt ſemper, & qui bona ſimiliter creauit ab initio, interdum ècōtrario mala creare dicatur: & hoc experimur, dum ipſe res, quas in natura, & ſuo genere condiderat, in flagellum, in ultionem, & punitionem format, & uertit: ut ea ipſa & per dolorem quo ferimur mala ſint nobis delinquentibus, & per naturam qua exiſtunt bona dicantur. porrò uenenum, mors quidem eſt homini, ſed uita ſerpenti: hoc autem malum non malum culpæ dicere audebis, ſed malum pœnæ, quam Deus conſueuit inferre peccanti.

Alteram uero ſententiam ſic explicamus: quod non tantum in ueteri teſtamento ſcriptum eſt. Ego facio bona, & creo mala: ſed etiam euidentius in nouo, Matth. 10. ubi dicit dominus, Nolite timere eos, qui occidunt corpus, ſed timete eum, qui animam, & corpus poteſt perdere in gehennam. Paul. quoque Roma. 11. hæc duo in uno loco tractauit dicens, Vide ergo bonitatem, & ſeueritatem Dei in eos, quippe qui peccauerunt ſeueritatem, in te autem bonitatem, ſi permanſeris in bonitate: In hoc autem ſermone apoſtolico apparet bonitas Dei, ſecundum quam dixit Eſaias uice Dei. Ego ſum Deus, qui facio pacem. Seueritas autem ſecundum quam dixit: Creās malum, hæc autem ſeueritas Dei poteſt dici mala, & bona diuerſimode: damnandis mala dicenda eſt: quoniam malum damnationis importat: ſed quoniam iuſta eſt, iccirco bona dicitur, quia omne iuſtum bonum eſt.

Et ſi ad primum tempus uelimus habere recurſum, poſſumus dicere: Deum creaſſe malum terminatiuè, uidelicet habens reſpectum (ut logicè loquar) ad terminum, ad quem creationis omnium, quem terminum primam materiam fuiſſe nemo dubitat, uocatum chaos, hebraicè autem thou: quæ prima materia idcirco mala dicitur, quia

informis contemplatur in illud chaos contenta, ex quo poſtea Deus fecit omnia, dans ſingulis proprias formas, ueluti mulier, quæ ex eadem maſſa, , ex farina & aqua conſtructa, non ſolum format panem, ſed placentas, & collyram. Dico ergo quod Deus eſt propriè cauſa boni, & non pœnitet; ſed impropriè dicitur cauſa mali, & pœnitere non reſpectu ſui, ſed reſpectu noſtri: ergo opera eius bona ſunt.

Secunda eſca ſeu fructus eſt, quia proponit quam uaria fuerint de hoc facto Chriſti, & de opere ſuo iudicia: nam alia phariſęorum maledicentium, & calumniantium, & alia plebis admirantis, & obſtupeſcentis: ex quibus cognoſcere licet diuerſa hominum ingenia, in quibus una, & eadem Chriſti operatio uarios producit effectus. Nam ut ſolis eadem operatio lutum indurat, & ceram emollit, ita hoc Chriſti ſtupendum miraculum in hunc finem editum, ut uerus Meſſiam Dauidis filius hanc Euangelij doctrinam confirmaret: iſtis fuit odor mortis in mortem, illis autem odor uitæ in uitam, ut non immeritò admirari poſſimus abyſſum iudiciorum Dei, quo dignos deſeri deſerit, non impartiendo gratiam, qua ueritatis lucem amplectantur, ſed ita relinquendi ut uidentes non uideant.

Itaque quod debuiſſent aſcribere potentiæ diuinæ, per calumniam Belzebub tribuunt. Ita enim ſolet paulatim creſcere humana malitia: nam primò negant Chriſtum eſſe filium Dauid. Secundò pollicentur ſe credituros, ſi non tantum terrenum aliquod faciat ſignum, ſed cœleſte: quæ maxima erit ironia. & tertiò Principi dæmoniorum tribuunt, quod ſola potentia diuina fieri cognoſcebant.

Chriſtus autem pro ſingulari ſua clementia leniter hanc calumniam tribus argumentis refutat, non tam ſui quam patris cauſa. Nam ſi admiſiſſet miracula ſua uirtute Dæmonum fieri, doctrinam quoque ſuam mox ſuſpectam feciſſet: quaſi eodem ſpiritu prædicatam, quo miracula: quod omnino ferendum non erat: nam Euangelium nihil eſſet. Itaq; hanc calumniam confutat ab adminiſtratione, concordia, & politia regnorum, quę ſi his uinculis non cõtineantur, ſubſiſtere, nequeunt: quia *omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur*. Diuiſum eſt autem regnum, ubi legitimè ſubditi poteſtati reſiſtunt, ac quod de Regnis, & Monarchijs, idem de priuatis familijs iudicium eſſe docet Chriſtus, quod ſcilicet concordia de facili creſcant, diſcordia dilabantur. Ex his infert Chriſtus impoſſibile eſſe, ut Sathan Sathanam eijciat: de operibus aũt Chriſti iam uiderant patres eorum, quibus poterant credere hæc non a Sathana ſed uirtute propria feciſſe: audi Moſen Deuter. num. 29. ait, Vos uidiſtis omnia, quæ fecit Dominus coram uobis.

Et

Et ècontrario idem in eodem ait, Et nõ dedit uobis dominus ocu los uidentes,& cor intelligens. Mirũ quippe uidetur, quod ſcriptura uno & eodem loco contrariã ſe offerat: dum.n. Moſes citatis Iſraelitis cõmemorat prodigia & ſigna magna, quæ dominus fecerat in terra Ægypti corã Pharaone,& ſeruis eius, ait. Vos uidiſtis oĩa, quæ fecit dominus corã nobis in terra Ægypti: & paulo poſt eũdem ſermonẽ continuans dixit, Et non dedit uobis dñs cor intelligens,& oculos uidẽtes, ac aures, quæ poſſent audire uſq; in præſentẽ diem. Hæc.n.cõtradicunt, quòd Iſraelitæ uiderent, & non uiderent quæ dñs fecerat.

Reſpondeo, Iſraelitæ.n. quoniam carnales erant, idcirco quamuis oculo corporali uiderent, interiori autẽ minimè: dũ de præſidio domini diffidentes tanquam frenetici ſurrexerunt contra Moſen & Aaron, Exod.25. dicentes, Cur induxiſtis nos in hoc deſertum, ut fame moreremur? Et altera uice Aaron dixerunt Exo.32. Fac nobis Deos, qui præcedant nos. ſic enim oculi eorũ obcæcati erant, ut nõ poſſent ſolẽ iuſtitiæ reſpicere, quia animalis homo &c.1.Corin.2. de quibus Hier.5. Audi popule ſtulte, qui nõ habes cor: qui habentes oculos nõ uidetis,& aures,& non auditis. De quibus Dauid Pſ.113. ponẽs præſens tẽpus pro futuro ait, Oculos habent,& non uidebunt, aures habent &c. Sic iſti Hebræi oculos habebant,& non uidebant: ideo Belzebub putabant. Hæc autem mirabilia Dei ſi oculo fidei reſpicere uelimus, uidebimus & quod illa, quæ patres antiqui, prophetæ, & patriarchę ad Dei laudẽ operati ſunt, nullatenus cõparari poſſunt his, quæ Dominus noſter propria uirtute operabatur: quia illi tanquã ſerui Dei impetrabant rogando: hic autem tanquam dominus operatur imperando. Helias enim proſtratus, filium uiduæ iam mortuum ad uitam reuocauit.3.Reg.17.

Chriſtus uerò tanquam Dominus uitæ & mortis, quatriduanum a monumento ſuſcitauit Io.11. Helias ab angelis in curru igneo in cęlum aereum eleuatus eſt.4.Reg.2. Chriſtus autem propria uirtute cęlum aſcendit empyreum. Ioſue ſuo iuſſu firmat ſolem, quouſque inimici Domini proſternerentur a populo Dei, Ioſue.x. Chriſto uero tãquam luminum conditori ſol obſcuratur in tranſitu, Luc.23.

Moſes iuſſu Dñi cauſat tenebras in toto Aegypto Exod.10. Mors Chriſti cauſat tenebras non ſolum in Aegypto, ſed in uniuerſo orbe.

Moſes ſiccis ueſtigijs tranſit mare unà cum populo, Exo.15. Chriſtus uero tanquam aquarum dominus ſuper mare ambulabat ſiccis pedibus, Matth.14. Maiora ergo his: uideut ſcis.

Hæc obſtat, quod liceat interdum oculos interioris hominis uelari ne indiſcretè uagentur: quia Matth. 6. Si oculus tuus nequaquam

ſuerit, totũ corpus tuum tenebroſum erit. hunc oculũ iuſſit Chriſtus
eruendũ, Mat. 5. Si oculus tuus ſcãdalizat te, erue eum, & proijce abs
te. Porrò ſicut in oculo corporali qui creatus eſt uidere lucẽ, ſi aliqd
iniectũ fuerit: ſic offuſcatur ut uidere nequeat, ſic oculus cordis: qa
ad uidendum Deum creatus eſt, ſi in eo ignorantia uerbi Dei iniecta
fuerit obtenebratũ, ut diuinã lucem uidere non poſſit: ut iſti Phariſæi.

Sed ſi nobis aliquid oculis corporeis accidat, currimus ad medicum: diſcurre. Sed in oculo interiori habemus trabem, & nemo noſtrum auferre quærit. Exteriores oculos diligimus, ut uidemus ſolem communem cum beſtijs, ſed interiorem non curamus, ut contemplemur Deum in diuina eſſentia, licèt compræhendi non poſſit, dũ uiatores ſumus: ſed hoc ſeruatur in patria. Conuertere ergo ad Dominũ ò peccator, humiliter pete hos oculos cũ Dauid Pſ. 12. Illumina hos oculos ne unquam obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus: præualui aduerſus eum. Si aures non habes, uade ad Chriſtũ; Luc. 8. Qui habet aures audiendi, audiat. Si olfatum non habes ſpi-

2. Cor. 2. ritualem, ut odoretur Deus, audi Paulum, qui ait. Nos bonus odor ſumus Deo in omni loco. Si bonum guſtum optas ut guſtes Dei uerbũ, audi Paulum Heb. 6. Guſtauerunt donum cæleſte. Et Pſ. 33. Guſtate, & uidete, quoniam ſuauis eſt dominus. Si tactum ſpiritualem poſſidere cupis, audi Can. 2. Leua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Ergo iſti, & ſi oculos habebant carnales ut cernerent, non tamen habebant oculos ſpirituales ut uiderẽt, & cognoſcerent, & peterent Dei gratiam: ut iſte mutus, licèt ore non loquebatur carnali, tamen oculo ſpirituali cognouit Chriſtum, & ore interiori cordis petijt ut a dæmone liberaretur.

Tertia eſca ſeu fructus, quod efficaciſſimè docet, ſe non alio ſpiritu quàm ſancto Dæmones abigere: quemadmodũ ipſorum filij, quos inuiti fatebantur ſpiritu ſancto hoc facere. Pulchrè aũt oſtendit Chriſtus naturam inuidiæ, quæ de rebus optimis iudicat peſſimè, & de peſſimis optimè; nunquam enim iudicium aut rationem in iudicando ſequitur, ſed corruptam affectionem.

Cæteris aũt duobus argumentis oſtendit uſum miraculi huius. Significat.n. regnũ Dei quo ipſe potentia uerbi ſui in cordibus piorum regnaret: hoc eſt, ut cõtereret caput ſerpentis Gen. 3. deſtrueret eum, qui habebat mortis imperiũ Heb. 2. & deleret chyrographum decreti quod aduerſus nos erat Colo. 2. Videre etenim licet quod Chriſtus diſperſa colligit, & collecta conſeruat: Sathan uero collecta diſpergit, ſana debilitat Io. 10. At qui pulcherrima Chriſti doctrina, cum irrita in phariſæos uideretur, peperit tamen in una muliere fructũ ue-

re

re fidei,& confeſſionis. Licet ergo in honorē Dei defendere ſe ipſum.

Ideo Eccl.41.ait ſapiens. Curam habe de bono nomine. Sed Paul. 2.Corin.6. Per infamiam incedendum docuit.

Reſpondeo, quod non eſt credendum quod Apoſtolus ſcribens Philip.4.cum doceat quæcūque ſunt bonæ famæ ſactanda eſſe, aliter ſe habuerit Corinthios alloquens, quinimmo potius forma vinendi ſecundum Chriſtum præbuit illis, inter multa docuit etiam per infamiam,& bonam famam incedendum. Videndum ſi Dei miniſter falsò de aliquo crimine infametur, vel ſi bona fama de religioſa conuerſatione ipſius habeatur, vtrunque ęquanimiter per patientiam ducant, non deijcientes detractores, nec laudantes extollant. Ad hunc ſenſum.1.Petr.2.ait. Conuerſationem veſtram inter gentes habentes bonam, vt in eo quod detractant de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos conſiderantes glorificent Deum in die viſitationis. Bona fama comparatur vmbræ, quàm ſi ſecuti fuerimus fugient à nobis, ſi conuerſo,&c. Ideo Chriſtus reſpondet Hebręis, quia mentiebantur contra honorem diuinitatis. Ideo Paul.2.Cor.11.ſubſtinendum ait, dum in faciem cædimus.

Sed ècontrario facit Act.23.cęſus Paulus, conqueſtus eſt de cędēte. Si docuit ſuſtinere pro Chriſti nomine, cur ipſe cęſus coram Principe ſacerdotum de cædente conqueritur?

Reſpondeo rectè fecit vtrunque: quia non fuit preceptori contrarius, ſed cōformis, qui quod relique rat verbis, firmauit exemplis: dixerat enim ſequenti ſe. Si quiș percuſſerit te in vnam maxillam, præbe ei alteram. Docuit pariter exēplo: quia dum pateretur ab impijs, non comminabatur. Idcirco reſpondeo per primam, nituntur diſcipulus & præceptor oſtendere quanta debeat eſſe ſufferentia Chriſtiani, vt etiam ad vitandam iram aduerſarij percuſſus, patienter tolerans præbeat alteram,& quod magis eſt, etiam quærenti ſuam auferre tunicā, pallium dimitti pręcepit. Diabolus.n.non tantum de vulnere corporali gaudet quàm de vulnere animę. Ideo excitat illevt te pecutiat, vt eſcitatus repcutias eū & pecces,& vno ictu vulneret ambos: prima equidē facie illū viciſſe videris, ſed re vera à Diabolo victus eſt. Mat.5.

Ad alteram verò dico, quod aliquādo ad Dei honorem, & gloriā, ad defenſionem maieſtatis eius, & ad correctionem percutientis, dū abſunt qui correctionis officio fungantur, licet reſpondere verbum, vt Chriſtus fecit dicens. Quid me cędis?& Paulus conuerſus ad Principem dixerat. Percutiet te Deus paries dealbate. Non eſt ergo mirū ſi ad honorem patris Chriſtus reſpondit. Ioan.18. Act.23.

Sed contra Paul.1.Cor.6.ait. Maledici regnum Dei non poſſidebunt;

bunt:& tamen maledixit Ananiæ ſacerdoti, dum ex iuſſu eius percuſſus fuerat in faciem, vt diximus Act.23.

Reſpondeo, quod maledicere dupliciter in ſcripturis accipitur, vnum tãquam iuſtum & honeſtum, alterum damnoſum, & vanum. Primum enim ex iuſtitię zelo prouenit, habens pro obiecto obſeruãtiam legis Dei, alterum verò ex impetu iræ procedit, & ex maleuolo animo vindictam appetens. Primo modo maledixerat Paul. Ananiæ, quia contra legem iuſſerat eũ percuti Act.23. Maledixit pariter Barriæ, qui tentabat auertere à fide procõſulem illum: maledixerat etiã Petrus Simonem magum, dum ait illi. Pecunia tua tecum ſit in perditione Act. 8. Maledixerat Helias multo ante viros quinquagenarios quærentes eum capere. Maledicunt pariter quotidie omnes pſallentes illos, qui a mandatis Dei declinant, Pſal. 118. Hoc enim maledicere non eſt contra mandatum Dei: quia Deus omnes peruerſos quotidiè maledicit. ſic faciet in iudicio: ſed differũt maledicere Dei, & hominum. Deus facit ratione iuſtitiæ, homo verò appetitu vindictæ. Maledictione maleuola Hebræi maledicebant Chriſtum dicentes. Dæmonium habes: & pendentem in cruce. Vah qui deſtruis templum Dei: & hodiè, *In Belzebub principe Dæmoniorum eijcit Dæmonia.*

4.Reg.6. Ioan.8. Matt.26. Luc.11.

Ipſe autem oſtendit potẽtiam ſuam, primo verbis dicẽs. Cum fortis armatus, & cætera. Deinde factis, quia Dęmonem eiecit potentia diuinitatis ſuæ, ad quam inuitamur accedere, vt nos in bello adiuuet. Sic Ro.16. inuitat dicens. Ei, qui potens eſt cõfirmare vos iuxta Euangelium meum, ſoli ſapienti Deo per Ieſum Chriſtum honorem præſtetis.

Hic eſt ille fortiſſimus, qui nos vocauit 1. Cor. 1. Benedictus, per quem vocati eſtis.

Hic eſt ille fortiſſimus, qui omnia ad vtilitatem noſtrã nobis abundare facit. Epheſ.3. Ei autem qui potens eſt omnia facere, ſuperabundanter quam petitus, aut intelligimus, ſecundum virtutem quæ operatur in nobis, ipſi gloria in Eccleſia, & in Chriſto Ieſu in omnes generationes ſæculi ſæculorum, Amen.

Hic eſt ille fortis, qui omnes nos ſaluare cupit. 1. Tim.2. Deus vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire in Chriſto.

Hic eſt ille fortis, qui tempore ſuo tanquam Rex, & Dominus apparebit. 1. Tim.6. quem ſuis temporibus oſtendet beatus, & ſolus, potens, rex regum, & Dominus dominantium, qui ſolus habet immortalitatem, & lucem habitat inacceſſibilem, quem nullus hominum

videt,

videt, ſed nec videre poteſt: cui honor & imperium in ſempiternum. Hic eſt ille fortis, qui ſuper omnia exiſtit, Epheſ.4. Vnus Deus, & pater omnium, qui eſt ſuper omnes, & per omnia in omnibus nobis. Hic ille fortis, qui nos à ſeruitute Dęmonis liberauit. 2.Cor.3. Dominus autem ſpiritus eſt, vbi autem ſpiritus Domini, ibi libertas.

Et tandem hic eſt ille fortis & potens, qui nos in omni bello & tribulatione conſolatur. 2.Cor.1. Benedictus Deus, & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra. Amen.

FERIA SECVNDA

Tertiæ Dominicæ.

PAVLVS Apoſtolus ad Ephe.3. ſcribens oſtendit, quod licèt Deus omnia nobis præſtare poſſit, attamen abſque fide hoc non facit; ideo ait. Ei autem qui potens eſt, omnia facere ſuperabundanter quàm petimus, & intelligimus ſecundum virtutem, quę operatur in nobis. Tamen ad Rom. ſcribens, cap. 1. ait. Virtus Dei eſt ad ſalutem omni credenti. Qui non credunt, gratiã conſequi non poſſunt: licèt illam inſtãter petant. Quod euidenter oſtendit Ieſus in hoc Euangelio: *Quanta audiuimus.* Luc.4. *reſpondens*, & cętera. *Nemo propheta acceptus eſt in patria.* Quieſcite.

Quatuor documenta Rector nauis in portu Panormi huius Euãgelij nautis p̃ſtat. Primũ, miniſtros verbi Dei monet, ne porcis margaritas proijciant. Secundum, vnde eſt, vt prædicatores frequenter contemnantur. Tertium, horrendum iudicium contra obſtinatos oſtendit. Quartùm cognoſcere potentiam Chriſti, & diuinitatem.

Quo ad primum, miniſtros verbi Dei monet, ne margaritas porcis proijciant, aut ſanctum carnibus, ideſt ne ingratis auditoribus, & contemptoribus frangant panem verbi, ſed tales ciuitates, vrbes, viros deſerentes, etiam puluerem de pedibus ſuis excutiant in teſtimonium, Luc.9.10. Act.13. Matth.10. Contemptus, & ingratitudinis: vult enim Chriſtus miniſtro verbi Dei ſuum habere honorem, ac vitę neceſſaria: ideo iubet vt admiſſi in domum edant, & bibant de his quæ apponunt, Luc.10. Gal.6. communicet autem is, qui cathechizatur verbo, & qui ſe cathechizat, in omnibus bonis: dignus eſt enim operarius mercede ſua. Hinc Sareptana Sunamitis. 4.Reg.4. Martha

Luc.

Luc. 8. Maria Magdalena, Suſanna, & Macedones, 2. Cor. 11. in ſcripturis laudantur quod Helyæ, Heliſeo, Chriſto, Apoſtolis, & Paulo vitæ neceſſaria, ſi non ad luxum, certè ad neceſſitatem ſuppeditarint, prima Theſſal. 2. & 5. Rom. 15. Phil. 4. Apertè docuit hoc loco Chriſtus ſemen verbi Dei fructum nequaquàm ferre poſſe, vbi fuerit contemptus miniſtrorum ipſius.

Sequitur enim ibi neceſſario ignorantia, cui ſola veritatis doctrina mederi poteſt, qua neglecta in omnia vitia ruit iuuentus. Hinc videmus multas florentes Reſpublicas eo dilabi, vt catholicam doctrinam, & Chriſtianam, aut pęnitus omittant, aut pro neglecto habeât.

Sed quo modo verum erit quod aliquis Propheta acceptus fuerit in ſua patria, ſi legitur 2. Reg. 12. quod Ezechias rex, & populus eius Eſaiam prophetam in magno habebat honore, obediuitque ei iuxta ſcripturam dicentem. Fortiter vixit Ezechias in via Dauid patris ſui, quam mandauit illi Eſaias Propheta magnus, Eccle. 48.

Item Dauid, Nathan, & Gad cęteroſq́; ſui regni, ac temporis Prophetas admodum veneratus eſt. 2. Reg. 24.

Item Ioſaphat rex deuotus, ſuis loquens ait. Credite Prophetis domini, & omnia vobis euenient proſperè. 1. Paralip. 20. Et alibi ſcribitur, quod omnes in Nazareth Chriſto teſtimoniũ dederint, & quod omnis populus gauiſus fuerit ſuper his quæ faciebat. Luc. 4. qualiter ergo verum eſt, quod nemo propheta acceptus eſt in patria ſua?

Reſpondeo, quod hoc prouerbium non tẽdit ad ſingulas, vniuerſaliter, vbique, & ſemper, ſed quia frequenter accidit, quod ſancti, & prophetæ apud ſuos conteruntur, aut minus creduntur, cum natura ciues ciuibus inuideant.

Secundò, dico quòd prouerbium non reducitur ad bonos conterraneos, qui paſſionibus non ſunt deformati, lętantur omnibus bonis proximi.

Hebræi videntes patriam anguſtam dicebant. Nunquid à Nazareth poteſt aliquid boni eſſe? Videntes pauperem dicebant: Nonne hic eſt filius fabri? Videntes conſanguineos pauperes dicebant. Vnde hic literas ſcit? Quibus Chriſtus reſpõdebat. Nõ eſt propheta ſine honore, niſi in patria ſua, cum ego ſim propheta, ideo nõ poſſum miracula facere. Sed Marcus in hoc loco ait. *Quotquot tangebant eum ſalui fiebant.* Vnde ergo orta eſt hæc impotentia in patria ſua? nonne Luc. 6. ait. Virtus de illo exibat, & ſanabat omnes? Et Pſal. 146. ait. Magnus Dominus, & magna virtus eius. Cur ergo hæc virtus in patria reſtringitur, & nulla eſt?

Reſpondeo quod licèt Chriſtus vna cum patre omnia creauerit,

ſolo

ſolo verbo potuerit, ſi voluiſſet, hanc ſuam potentiam illuminatam facere in patria ſolidando infirmos, & ſanando Dęmoniacos pluſquã in cæteris locis: noluit tamen niſi concurrentibus ipſis: quia Deus ſtatuit ſaluare volentem: quia qui fecit te ſine te, non ſaluabit te, ſine te ait Auguſti. Quia ſola voluntas remuneratur ex bono, & condemnatur ex malo: quapropter incredulitati habitantium ſuam patriam imputandum eſt, ſi ſua magna virtus locum non habeat in ſuis. Iam ipſe dixerat quoties volui congregare. 11. Mat. 23. Ex qua ſententia aſſignatur liberum arbitrium ad bonum, & ad malum. ſtat ergo quod Chriſtus fuerit magnæ virtutis, & quod poterat illam exercere in patria, ſed noluit exercere niſi in ſe credentibus. ſic dixit Cananeæ. Fiat tibi ſicut credidiſti; ſic emoroiſſe. fides tua te ſaluam fecit; ſic dixerat alibi. Omnia ſunt poſſibilia credenti. Diſcurre. Matt. 5. Mat. 9. Mar. 19.

Secundus fructus eſt, quod ſingulari prudentia docet: vnde accidit, vt frequenter prædicatores contemnantur, idque ab exẽplo Heliæ, & Heliſei, quorum hic in Iudæa, ita contemnebantur, vt tempore famis, cum clauſum eſſet cęlum annis tribus, & mẽſibus ſex, à nullo diuitum, matronarumque hoſpitio dignaretur, ſed poſtquàm corui, & angeli miniſterio paſtus eſſet, in Sareptam Sydoniorum, quæ ciuitas eſt Pheniciæ inter Tyrum, & Sydonem ſita, ad pauperculã eſt, ablegatus. 3. Reg. 17. Iſte cum gratia ſanitatum polleret, multiſq; miraculis meritò eſſet ſuſpiciendus; ornauit enim his donis etiam veterem Eccleſia Deus, quibus veros à falſis diſcerni voluit miniſtros, nulli tamen leproſorum cõtingit per illum mundari, niſi Naaman Siro. 4. Reg. 5. Quod nequaquam ipſorum vitio accidiſſe docet ſcriptura, ſed ob inſignem ſuperbiam, qua prophetas notos, & inter ſe educatos, contemnebant: parit enim nauſeam copia etiam rerum maximarum, cum contra externa ſæpe viliſſima admiremur: odit enim ſemper mundus veros miniſtros Dei, ideo præclariſſima dona miniſtrorum vident, & negligunt. Sic Heliſeum caluum vocarunt pueri. 4. Reg 2. Paulum contemptibilem pſeudo Apoſtoli vocabant. 2. Cor. 10. Chriſtus itaque horum exemplo tacitè Nazareos præſtringit, declarans eos indignos, licèt fuerat miſſus ad oues, quæ perierant domus Iſrael: ob id Propheta, Pſal. 105. Non credidit Dei populus verbis Dei.

Sed contra idem in eodem ait. Crediderunt Iſraelitę verbis Dei: ſi non crediderant, cur ſubiungit oppoſitum propheta? credere enim & & non credere contradictoriè ſe offerunt.

Reſpondeo quod bene ſtat, quod Iſralitæ crediderunt verbis Dei, dum viderent eum mirabilia facere ante conſpectum eorum cum

Pharaone,

Pharaone,& cum dedit illis omnem terram Cananeorum: ob id canebant, Exod. 15. dicentes. Cantemus Domino: glorioſè enim honorificatus eſt.

Stat quoque, quod hæc credulitas illorum, non ſit plena, ſed ſemiplena: cum dici non permanſerint in fide eius, ut in ſequenti verſiculo infertur. Et obliti ſunt operum eius, & non ſuſtinuerunt conſiliũ eius: nam mutati à ſua credulitate concupierunt concupiſcentias, & tentauerunt Deum, ſacrificauerunt Dæmonijs, & multa alia, vt in Pſal. 105.

Veruntamen quod in poſteriori dicitur, ad promiſſionem factam eis à Domino de terra deſiderabili referamus: nam vagantes per deſertum tanquàm diffiſi de promiſſione Dei dicebant. Faciamus nobis ducem, & reuertamur in Aegyptum. Ideo in Pſal. dicitur. Et obliti ſunt Deum, qui ſaluauit eos, qui fecit magnalia in Aegypto: ideo eorum credulitas vana fuit, cum non habuerint cor rectum corã Domino: ideo Sapien. 14. ait ſapiens. Odiò ſunt Deo impius, & impietas eius.

Sed contra Sap. 11. diligit Dominus omnia, quæ ſunt: ſi diligit omnia, quo modo impius erit ſibi odio? odire, & diligere, ſimul ſtare non poſſunt.

Reſpondeo, Impius bifariam conſideratur, perſeuerans, & emendans, de primo. Vocaui, & renuiſti. Prouer. 1. Ideo cum ſit extra ſtatũ ſuæ ſalutis, à Deo odio habetur: ſed ille impius qui tranſit, vt iuſtificetur, de quo Eſa. 43. Ego ſum qui deleo impietates tuas: ſic Prouerb. 12. Verte impios, & non erũt: iſte diligitur à Deo, & licèt omnia, quæ ſunt, diligat Deus, potiſſimum tamen dilexit hominem, ad quem miſit filium. Ideo Apoſtolus Epheſ. 2. contemplans ait. Deus, qui diues eſt in miſericordia, propter nimiam charitatem, qua dilexit nos, cum eſſemus mortui peccatis, viuificauit nos in Chriſto. ſtat ergo vt Deus impium odio habeat non curantem conuerti, & quod diligat in illo ſuam imaginem repræſentantem.

Tertius fructus eſt audire horrẽdum Dei iudicium, quod iure omnes horreſcere debemus. proponit illud in iſtis Nazareis, quorum malitia ipſius Sathanæ ſuperare videtur, quoniam peruerſi corrigi non potuerunt, magis irritantur, & accenduntur: Dei filium, quem non poterant niſi affectata ignorantia non agnoſcere, è ſynagoga expellũt, extra ciuitatẽ cõducũt, ad mõtis cacumẽ ptrahunt, & pcipitiũ intentãt. Ex quibus pſpicere licet, quos fructus in hoĩe pariat volũtas humana, fidei lumine deſtituta, odio, & inuidia excęcata: tm̃. n. abeſt, vt ablatã veritatem recipiat, vt magis etiam oppugnet, & pręcipitare

con etur

conetur. Quod malum eò eſt grauius quo potiora ſunt, & maiora præſidia, ac dona, quæ reijciuntur. Ni enim Nazarei ciues pręter eam cognitionem, quàm de Chriſto ex ſcripturis habere poterant, habebant familiarem contubernium ipſius, vt ſi apertè voluiſſent obſeruare, vt oportebat, intellexiſſent illum longè cæterorum hominum naturam, mores, ingenium ſuperare: ipſi verò eò magis quærebant eum pręcipitare, & omnibus gratuitis donis ī perniciem ſui potius quàm in ſalutem reducere: ideo propheta, Pſal. 37. loquēs in perſona Chriſti, oſtendens incredulitatem Iudęorum, ait. Vim faciebant quærentes animam meam.

Sed contra Pſal. 141. non eſt qui requirat animam meam, ergo contradictio.

Reſpondeo, quod hæc intelliguntur ſic à Dauid miſtico Chriſto, in quem frementes impij Iudæi quærebāt eum præcipitem dare, ſed plerumque per medium illorum ibat. quouſque venerit hora, vt ſponte Eſa. 50. ait. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus.

Diuerſimodè quæſierunt animam Chriſti, aliqui vt conſeruent, & ſaluent: & ſunt qui illam quærunt, & vt perdant, & mactent: quærunt, vt ſaluent hi, qui carnem ſuam crucifigūt cum vitijs, vt ſic caſtigati in carne purgata idonea membra incorporentur Chriſto ſpiritualiter: Si enim ſic quærentes illum, inuenire mærentur: quibus dū pulſant aperit, vt intrantes inueniant: ſic enim illum quæſierat ſponſa in cantic. 3. & inuenire meruit, ſed non prius illum inuenit, quàm cuſtodes murorum tranſierit: quibus carnales ſenſus nobis figurantur. quæſierat illum Magdalena, & inuenit. Iudæi verò quærentes eum præcipitare, non ſic inuenerunt. & licèt corporaliter eum occiderent, ſpiritualiter occiduntur. De quibus conqueſtus Pſal. 2. ait. ipſi verò in vanum quæſierunt animam meam. In vanum quęrere dicuntur, qui ſuis blaſphemijs, vſuris, laſciuijs, eum lacerant. Diſc.

Quartus fructus eſt cognoſcere Chriſti potentiam & dignitatem, qua potuit contra naturam corporis phiſici ſine vlla penetratione diuiſionum non tantum denſiſſima quæque penetrare, verum etiā hoſtium furori, oculis, & conatui ſe ſe ſubducere, illoſque illudere, vt ſępius captantes nunquàm caperent, niſi dum vellet ipſe, quod efficaciſſimum erat diuinæ potentiæ argumentum.

Mortalium equidem nullus eſt, neque regum, aut imperatorum, qui non frequenter inuitus, & ſatis reluctans in hoſtium manus incidat. ſi quis alius ſcripturæ locus, certè hic vnus debuerat craſſos ſacramentariorum errores elidere, ac prorſus eneruare: ſi enim potuit

diuinitas

diuinitas corpus mortale, & paſſibile hoc efficere, quod nec videri, nec palpari, aut nullo ſenſu corporeo percipi poſſet, ſui corpori glorificato hoc præſtare? Nam ait, Marc. x. Omnia ſunt poſſibilia apud Deum.

Sed contra Deus non poteſt facere ingenita quæ facta ſunt, ſi in multis locis ſcriptura commemorat Deum feciſſe omnia, & nihil eſt impoſſibile apud Deum ait Gabriel ad Virginem: cur Agathon quidam nomine auſus eſt dicere hoc ſolo priuatur Deus, ingenita facere quæ facta ſunt? cuius opinioni adhærentes moderni Theologi, concorditer hanc Dei potentiam ſic reſtrixerunt, vt nonnulla Deum non poſſe facere arbitrati ſint.

Ea videlicet quæ contradictionem implicant, vt puta quod idem ſit, & nō ſit: qd tēpus ſit in inſtanti, nec poſſe facere mundum non fuiſſet creatum, cum hoc iam tranſierit in pręteritum, & reliqua ſimilia; quæ omnia ideo Deus facere non poteſt, quia contradictionem implicant. Quibus verbis infirmari, ac debilitari videtur potentia Chriſti, nam ſi Deus non poſſet hoc facere, omnino ſequeretur quod non eſſet omnipotēs, quod abſurdum eſt: cum repugnet ſuæ diuinitati, & potentiæ quæ nunquam coarctatur loco, nec limitatur termino, nec immutatur tempore, nec minus fatigatur opere. Quæ omnia offendunt piorum aures. Quis introiuit potentias eius, qui cœlos palmo ponderauit? Eſa. 40. Vt audeat dicere. Deus non poteſt facere, quin pręteritum non fuerit præteritum. nonnè præteritum velut futurum ſibi ſemper præſens eſt? omnia ſunt pręſentia & ea vnico actu ęternitatis intelligit, & conſpicit. Nonnè ſapiens de Dei ſapientia loquutus ait. Quod factum eſt ipſum permanet: quæ futura ſunt, iam fuerunt, & Deus inſtaurat quod abijt.

Reſpondent Theologi, quod hæc impotentia non intelligitur ex parte diuinæ potētiæ: quæ cum ſit infinita, ſemper eſt eadem, vt Boetius. Stabiliſque manens dat cuncta moueri: ſed ex parte rei non factibilis habet originem, quia rebus, & naturis earum repugnat hoc: quia quando aliquid eſt terminatum, vt ſit præſens actu, & tranſit in præteritum, admittit rationem ſuæ poſſibilitatis. Et ideo quia præteritum iam expirauit, & tranſiuit, non poteſt Deus, aut aiunt Theologi, facere quomodo illud non fuerit præteritum, & cum hoc non læditur, nec minuitur potentia Dei. Addunt etiam id, quod magiſter in primo depoſuit, loquens de Dei omnipotentia ait, dicimus Deum eſſe omnipotentem, & ſemper poſſe, quicquid ſemel potuit; ſed non ſemper poſſe facere, quod aliquando potuit facere.

Idem dicendum putat de volitione eius, quoniam quicquid ipſe

Deus

Deus voluit,& vult,id eſt omnem voluntatem,quam habuit,& modò habet,non tamen vult eſſe, vel fieri omne quod aliquando voluit eſſe, vel fieri, ſed vult fuiſſe, vel factum eſſe. Idem de ſcientia, & de alijs dicendum.

Reſpondeo ergo,quod non eſt dicendum rectè Deum non poſſe ingenita facere,quæ facta ſunt, ſed rectius, & honeſtius eſſe dicendū, quod repugnat ei, quæ facta eſt ingenitum eſſe repugnat præterito non fuiſſe præteritum: aliqui dicunt Deus non vult præteritum non fuiſſe præteritum, Deus non vult rem genitam non fuiſſe genitam, & ſic rectius loqueremur, & dicerent ſi Deus poteſt facere non fuiſſe, quod aliquando fuit.

Ergo contradictoria eiuſdem ſimul eſſent,videlicet eſſe,& non eſſe rei,quod non poteſt fieri per aliquam potentiam.

Reſpondeo,non negamus quod omnino impoſſibile appareat intellectui noſtro, qui id quod habet à ſenſibus recipit: omnis noſtra cognitio ortum habet à ſenſu, ſed abremus vti hoc modo loquendi Deus non poteſt hoc, vel illud: qui enim omnia ex nihilo creauit forſan ſuper hoc habebit, aliquam potentiam, quam tu mortalis intelligere nequis. Admttimus tamen vt Auguſtinus Deum non poſſe aliqua, ſed fideliori ſenſu dicentes, Deus non poteſt mori, Deus non poteſt falli, Deus non poteſt mentiri, Deus non poteſt iniquè agere, & ſimilia, & cum hoc Deus eſt omnipotens,quia ſi iſta,& conſimilia poſſet, ait. Augu.non fuiſſet dignus,vt eſſet omnipotens.

Sed iterum dices, ſi Deus præmiſſa non poteſt,cur non magis dicendum eſt de ſententijs ex aduerſo ſuperius allegatis,cum idem iudicium ſit harum,& illarum.

Reſpondeo,nego ſimilitudinem, quia ingenita facere, quæ facta ſunt,& præteritum facere quod non fuerit præteritum non repugnat ſecundum Theologos diuinæ potentiæ, quæ omnia poteſt facere,ſed rebus ipſis quæ admiſerunt rationem poſſibilitatis, ſed Deū falli, mori, & mentiri directè repugnat diuinæ potentiæ, ac decori tantæ maieſtatis, ſic Deus non poteſt facere alium Deum, quia repugnat ſuæ vnitæ eſſentiæ, vt alteri communicetur, qui ſit alius Deus. ideo Auguſtinus in ſermonibus de tempore ait, totum ad voluntatem ſuam redegit Deus quod poteſt,& quod impoſſibile eſt, addens, quod ideo dicitur omnipotens, quia nihil ſibi impoſſibile eſt, cum omnia ſolo verbo creauerit.

Concludo quòd vnuſquiſque ſuam teneat ſententiam, ſed quod pium,& honeſtius etiā,potius aſſeramus. Hęc enim omnipotentia iam patet hodiè in Nazareis volentibus ipſum præcipitare, & tamen

men inuiſibilis, & impalpabilis tranſiens per medium illorū ibat.

Quod tandem accidat eijcientibus Chriſtum, Chriſtus per gratiā habitat in anima, quod nos facere debeamus Chriſto eiecto: eijcitur generaliter per omne peccatum mortale, ſed ſpecialiter iuxta ſcripturam communiter per ſpecialia peccata eijcere nanque.

Per ſuperbiam & dolum, iuxta illud longè abeſt ab eo in quo regnat ſuperbia in corde elato, & dolus in deceptione verborum, cum autem Dominus non ſit cum ſuperbis ſigſ, Numer. 14. vbi dicitur
Nume. 14. nolite aſcendere: non enim eſt Dominus vobiſcum: cum illis enim, qui nitūtur aſcendere per ſuperbiam, non eſt Dominus, immo fugit ab eis: eſt enim ſuperbia quaſi ventus vehementiſſimus expellens, & eijciens humilem Chriſtum: vnde dicitur in perſona eius Hier. Si leuauerunt cor ſuum contra me, qui ventum peſtilentem &c. Superbi enim leuant cor ſuum per ſuperbiam, quaſi ventum per quem Chriſtus eijcitur. Eijcitur etiā per hypochriſim iuxta illud, ſpiritus enim
Sap. 1. ſanctus diſciplinæ effugiet fictum, Sap. 1. in duplicitatem quam hypocritę prætendunt: vnde de iſtis dicitur, Appropinquat populus iſte ore ſuo, & labijs ſuis glorificat me, cor autem eius longè eſt à me, Eſa. 29.

Multi nituntur, vel videntur appropinquare Deo per bona verba, ſed propter malam vitam in occulto recedit longè ab eis: quod figu-
Luc. 23. ratum eſt Luc. 23. vbi dicitur, ſpreuit autē illum Herodes cum exercitu tuo, & illuſit indutum veſte alba. Herodes interpretatur gloriās in pellibus, & ſignificat hypocritā, qui gloriatur de pelle conuerſationis honeſtæ: & hic talis illudit Chriſtum, & à ſe eiectum remittit ad Pilatum ad crucifigendum per luxuriam. Vnde in perſona Chriſti dicitur, derelinquam populum meum, & recedam ab eis, quia omnes
Hier. 9. adulteri ſunt, & cętus præuaricatorum. Hier. 9. Locus enim immundus eiecit hominem: ſic & luxuria faciens animam immundam expellit inde Chriſtum. Hinc legitur in Prouerb. in diuerſis locis. Tria ſunt quæ expellunt hominem de domo: fumus, ſtillicidium, & mala vxor. Fumus quantum ad ſuperbiam: ſtillicidium quantum ad hypocriſim: mala vxor quantum ad luxuriam: quæ quidem eijcit Chriſtum de templo cordis.

Secundò videndum eſt quàm miſerè eijciunt Chriſtum: quod vtique principalibus de cauſis accidit. ſicut enim fures, & latrones lucē
Ioan. 3. odiunt ne videantur. dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem, Io. 3. Ipſe enim Dominus Ieſus Chriſtus erat lux prędicādo. eis ſed ſicut talpæ, & veſpertiliones lucem deteſtabantur, vnde dicitur

odio

odio &c. Amos. 5. Odi et proieci feſtiuitates veſtras, Eſa. 61. Ad annũciandum manſuetis; miſit me Dominus, vt mederer cõtritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clauſis apertionem. Venerat enim Chriſtus ſanare languores noſtros per paſſionem ſuam iuxta illud, ſanabo contritiones eorum, diligam eos ſpontaneè, Oſe. 14. Oſe. 14. Sed miſeri, & languidi durare renuerunt, vnde dicitur. Dixerunt, deſperauimus: poſt cogitationes enim noſtras ibimus. Hiere. 13. Sicut pueri aut porci lapidem precioſum, quẽ non cognoſcunt. Chriſtus enim fuit ſicut lapis precioſus per vitæ ſanctitatem, de quo lapide, quem reprobauerunt, Pſal. 117. Lapidem quem reprobauerunt ædificãtes, hic factus eſt in caput anguli. Alibi, Ecce ego mittam in fundamentis Syon lapidem, lapidem probatum, angularem, precioſum, in fundamento fundatum. Hier. 13. Pſ. 117. Eſa. 28.

Tertiò videamus quod accidat eijcientibus Chriſtum, nam propter abiectionem lucis remenent cæci. & tribulabo homines, & ambulabunt, vt cęci, quia Domino peccauerunt, Soph. 1. hoc ſignificatũ eſt in morte Chriſti: moriente enim ſole Iuſtitiæ factæ ſunt tenebræ ſuper vniuerſam terram, Matt. 27. quia recedẽte Chriſto propter pec catum fint tenebræ ſuper terram cordis. Soph. 1. Matt. 27.

Propter abiectionẽ medici, remanet homo infirmus ad bene agendum, & debilis ad reſiſtendum Diabolo: vnde dicitur, proiecit Iſrael bonum &c. Oſe. 8. & Iudæ primo, ſolum dominatorem, & Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum negantes. Quotieſcunque alterum præter ipſum Deum coluerint, dati ſunt in prædam, & rapinam. Propter abiectionem lapidis precioſi, remanet homo pauper, nudus, miſer, & miſerabilis: vnde Dauid, Ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum: cito anticipent nos miſericordiæ tuæ, quia pauperes facti ſumus nimis, Pſal. 78. Oſe. 8. Iud. 1. Pſal. 78.

Hæc tria ſignificant Tobiæ 10. vbi dicitur, quod pater, & mater Tobiæ iunioris dicebant. Vt quid te miſimus peregrinari, lumen oculorum noſtrorum, baculum ſenectutis noſtræ, ſolatium vitæ noſtræ, ſpem poſteritatis noſtræ. omnia ſimul in te vno habentes, lux ad cęcos, baculus ad infirmos omnia habentes ad pauperes referatur: nos verò, quòd ex toto corde diligimus Deum, debemus tota mentis deuotione exire obuiam cum pueris Hebræorum cum hymnis, & canticis ſpiritualibus, & ipſum Ieſum deducere in Hieruſalẽ ſpũalem cõſcientię nr̃ę: quẽ cũ receperimus, gr̃am agamus Deo, & p̃ri cũ iuſto Simeone: deſcendere per humilitatẽ cũ Zacheo Principe publicanorũ; vt fiat ſalus Dñi nr̃æ conſciẽtiæ, hoſpitãtes medicũ aĩarum noſtrarũ: accedere ad Pilatũ cũ Ioſeph Abarimathia per audientiã ſpũalẽ con- Tob. 10. Matt. 21. Luc. 2. Luc. 19. Matt. 27.

 fitendo

fitendo nomen eius corã principibus, & recondere cũ aromatibus bonorũ operum Chriſtũ Ieſum. Hortalitium Diaboli, & quo peius eſt atriũ. Vltra aũt oĩa dicta eijcientes Chriſtũ habent atrium, & pacifi
Luc. 2. cũ, ſicut heri dicebat in Euangelio, cũ fortis armatus armat ſe Diabolus peccatis, & peccatoribus cuſtodit atriũ in cor humanũ, vel homine pctõrẽ cuſtodit, & in pace. In pace cũ ſe ipſo: quare ſine remorſũ
Luc. 19. conſcientiæ de peccatis ſine hac pace dicitur, Luc. 19. Et quidem in hac die tua, quæ ad pacẽ tibi, nunc aũt abſcõdita ſunt ab oculis tuis.
Pſ. 72. In pace cum peccatore cui conſentit in malum zelaui ſuper iniquos, pacem peccatorum videns, Pſal. 72.

In pace cum Diabolo cui non reſiſtis, quem in corde hoſpitari permittis, ita vt de talibus dici poſſit, Percuſſimus fœdus cum morte, &
Eſa. 28. cum inferno fecimus pactum, &c. Eſa. 28.

Hi ſunt qui Chriſtũ à ciuitate cordis eiecerunt, & Diabolũ in poſſeſſionẽ poſuerunt, ſed magnam ſtultitiã fecerunt expellere Chriſtũ; intromittere Diabolũ, quem expellere oportet igne cõtritionis, aquã lachrymarum, fumo orationum, & tandem poteſtate ſacerdotũ, litigio conſcientiæ recõdẽtis, baculo flagellorum, fame ieiuniorũ in alios.

Hoc autem debetis, & iuſte facere poteſtis, & ni faciatis, vos decadetis à locatione quam habetis à Deo de anima, de corpore, & ſubſtãtia, quia non ſoluitis penſionem, & Diabolus eſt in cauſa: expellatis ergo, quia habetis cauſam iuſtam expellendi.

Primò, quia impedit vos, ne ſoluatis penſionem: qui autem malè ſoluit aut non ſoluit penſionẽ iuſtè eijcere à re conducta. talis eſt Diabolus, qui de corpore non finit ſoluere ieiunium, de anima non finit ſoluere deuotas orationes, de temporalibus non finit ſoluere eleemoſynas: & hoc facit, quia ieiunium eſt ſibi venenum, oratio eſt ſibi incendium, eleemoſyna eſt ſibi iaculum, lancea, & ſagitta.

Secundò debetis expellere, quia verus Dominus domus. i. Deus vult ibi habitare, & ideo ſecundum legem conductor poteſt eijci, & debet, at Chriſtus Dominus, Dominus animæ noſtræ vult in illa habitare, in memoria per beneficiorũ recordationem, in intelligẽtia per peccatorum cognitionem, in voluntate autem per amorem, & dilectionem, ideo expellatis & ipſum Dominum ex toto corde diligenter introducatis, & cum reuerentia, ac deuotione, & cum maxima humilitate ipſum teneatis, & erit domui animæ noſtræ ſaluti.

Sed res ſcitu digna quædam magna eſt, vnde fit quod aliqui in manibus Chriſtum hoſpitantur, vt hypocritæ. Quidam in ore tantum, vt falſi doctores: nonnulli in corde ſolum, vt impotentes fideles, & aliqui in his omnibus, vt fideles, & catholici, è contrario aliqui

eijciunt

eijciunt Chriſtum è manibus, ut raptores, & homicidæ: aliqui ab ore, vt blaſphematores, aliqui à corde, vt carnales, & odientes; quam plurimi verò ex his omnibus locis Chriſtum eijciunt, vt hæretici, & infideles. A qua equidem cauſa hæc oriantur?

Reſpondent aliqui, hoc ab ignorantia ortum habere, quæ omniũ errorum mater eſt, & philoſophus Ethicorum 3. ait, omnis ignorãs malus: ſed quid dicemus de illis certa cognitione, & malitia propria peccantibus? ideo aliter reſpondent aliqui dicentes, ex cupiditate omnium malorum radice hoc euenire: ſicut Paulus primæ Timoth. 6. Radix enim omnium malorum cupiditas. Sed quid dicendum de prodigis, qui malignitate, non concupiſcentia eijciunt Chriſtum? Ideo aliter nonnulli reſpondentes dixerunt, à cõuerſatione hoc emergit, vt Propheta, cum ſancto ſanctus eris, & cum peruerſo peruerteris. Sed quid dicemus de Iuda, qui nunquam vitam malam in bonam mutauit iuxta Chriſtum ſummum bonum? Quid de Loth, qui cum Sodomitis conuerſabatur, & nunquam ab eis vitium ſuſcepit? Quid de Abraham, qui cũ idololatris Caldeis Deum verum, & viuũ adorabat? Quid de Daniele, qui à Babylonitis nunquam malos mores ſuſcepit? Gamaliel cum Iudæis cõuerſabatur, neque ob id infidelitatem, & obſtinationem ſortitus eſt.

1. Tim. 6.

Pſal. 18.

Nonnulli à puerili documento, & inſtructione hoc fieri aiunt, Ideo Salomon dixit, Adoleſcens iuxta viam ſuam, etiam cum ſenuerit non recedet ab ea, & Philoſophus ait, habitus difficilè remouetur. Hoc tamen ſibi non cõſtat. Multi enim præceptores, & doctores tum doctrina tum moribus ornatos habuerunt, attamen ipſi omni ignorantia, & malitia repleti fuere, vt Nero Senecę mores, & veſtigia non eſt ſequutus, nec Alexander Ariſtotelis.

Prouer. 22

Alij hoc ex compleſſione diuerſa fieri aiunt: ideo medici dicunt, quod ſanguinei ſunt benigni: colerici iracundi: malenconici inuidioſi: flegmatici pigri. idcirco ex diuerſitate humorum diuerſitas morum & effigiei ſequitur. Sed quid dicemus? nã & ſi complexio naturalis inclinet: non autem neceſſitatem imponit, nec dominatur, anima enim corporis domina eſt. cum ergo homo liber exiſtat gratia Dei, complexionem naturalem ſuperare poteſt. Ideo Paulus, debitores ſumus: non carni, vt ſecundum carnem viuamus, & Deus Cayno dixit, Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius.

Aſtrologi ex virtute ſtellarum, & influentia hoc oriri authumanant, quæ in his inferioribus influunt, & diſponunt, ad diuerſas qualitates: ideo aiunt. Qui ſub Saturno naſcitur, malencolicus eſt: qui ſub Ioue, floridus, fortunatus, & magnanimus: qui ſub Mar-

Rom. 8.

obtinuit à Chriſto: Luc.4. Quanta audiuimus facta in Capharnaum. Luc.4.
Patria verò eius inſtanter petijt, tamen non obtinuit, immo eum eie
cerunt. Et ſurrexerunt & eiecerunt eum extra ciuitatem.

Reſpondetur à magnitudine fidei magnitudo bonorum operum oritur, & ex defectu fidei defectus bonitatis operum originē habet: ait enim Chriſtus, Signa autē eos, qui crediderint, hæc ſequent, &c. Mar.16.
Vnde Auguſtinus ait. Fides actionis menſurat, & Eſa.7. Si non credideris non permanebis, quia in peccatum rues: ideo Chriſtus, Eſa.7.
Mar.9. Omnia poſſibilia ſunt credenti etiam maxima, & ardua, & 1. Mar.9.
Ioann.5. Et hæc eſt victoria quæ vincit mundum: fides noſtra. Quæ enim fuit cauſa diuerſitatis Abel, & Caym niſi fides? Cur Noe ſpernentibus alijs, arcam fabricauit? Cur Abraham è patria egreſſus in terram nouam peruenit? Cur Martyres ſanguinem effuderūt, & Apoſtoli ibant gaudentes, niſi fide viua?

Et èconrario quę eſt radix tantorum malorum, voluptatum, libidinum, blaſphemię, homicidiorum, niſi defectus fidei? ſed cur hodiè Chriſtus rogatus miracula non fecit, ſed reſpondit nemo propheta acceptus eſt in patria ſua, &c. Quia non fides ſed curioſitas eis inerat, & omnia ſtellis, & planetis, fortunęque omnia tribuebant. Concluditur ergo omnia bona à fide fieri, & mala à defectu fidei progredi. Luc.4

Hoc autem patet ex inſania ſapientum huius mundi, fide carentium, vt peripatetici, qui mundum ęternum voluerunt, cui reſpondet fides, in principio creauit Deus cœlum, & terram. Gen.1.

Academici dixerunt, vt virtus quędam neceſſaria, quam fatum vocauit regulis immutabilibus mundum generat. Fides autem reſpondet. Omnia quęcunque voluit fecit: Deus autem noſter in cęlo. Pſal.112.

Epicurei animam mortalem voluerunt, ſed fides contradicit. Eccle. 12. reuertatur puluis in terram ſuam, vnde erat: & ſpiritus redeat ad eum qui dedit illum. Ecçle.12.

Aliqui dicunt à priuatione ad habitum impoſſibilis eſt regreſſus, quo fit vt corporum reſurrectionem penitus abnegent: ſed fides hoc falſum eſſe oſtendit. Iob.19. Et rurſum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum. Iob.19.

Communiter omnes errant Latini, Græci, Poetæ, Oratores, alios Deos ſibi formantes, quibus mundi regimen tribuunt, vt Vulcano ignem: tamen Elias ſacerdoribus Balaam coram Achab dixit quod ſolus Deus Iſrael poteſt ignem mittere ad conſumanda ſacrificia Neptuno dant maris regimen, ſed falsò: ſcriptum eſt enim, Pſal. 64. Qui conturbas profundum maris, regimen terræ. Cybali attribuunt Pſal.64.

rent: humiles ſpiritu ſaluabit Pſ. 33. Doctos ſpeculari, qui docti fuerint fulgebunt quaſi ſplendor firmamẽti Dan. 12. Diuites amare pauperes: de primitijs omnium frugum tuarum da pauperibus. Populos obedire docet: ſubiecti, ſubditi eſtote omni humanę creaturæ propter Deum. Principes docet clementiã: Domini quod iuſtum eſt & æquũ ſeruis præſtate. iudices iuſtitiam: diligite iuſtitiam, qui iudicatis terrã. Prælatis uigilantiam, Tu uerò uigila &c. Senes prudentiam, Iuuenes modeſtiam, Mulieres caſtitatem, Mercatores fidelitatem, Religioſos ſanctitatem. Neceſſaria eſt ergo fides ut opera bona fiant, & miracula Dei appareant, & Chriſtum in corde, ore, & opere hoſpitemur. Amen.

Pſal. 53. Dan. 12. Prouer. 3. 1. Pet. 2. Coloſ. 4. Sap. 1. 2. Tim. 4.

FERIA TERTIA
Tertiæ Dominicæ.

PAVLVS Apoſtolus docens quãta ſit fraterni amoris uis, & potentia, ut etiam pro eis ſanguinem effudere ne recuſemus; quinimo errãtes ad ueram uiam ſalutis reducere conemur: unde hæc omnia optimè Galat. docere cupiens cap. 6. ait, Fratres, & ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui ſpirituales, eſtis huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſiderans teipſum ne & tu tenteris, & ad Theſal. 1. 5. ait, Rogamus autem uos fratres, corripite inquietos, conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patientes eſtote ad omnes. Idem ad eoſdem ait, Vos autem fratres nolite deficere benefacientes: quod ſi quis non obedit uerbo noſtro, per epiſtolam hunc notate, & ne comiſceamini cum illo ut confundatur: & nolite quaſi inimicum exiſtimare. 2. Theſal. 3. Sed corripe ut fratrem, modum autem fraternæ correctionis docentur a Chriſto omnes Chriſtiani in hodierno Euangelio quieſcite.

Quatuor rector nauis Chriſtus docet in hoc portu ſacri Euangelij. Primò, quòd abundauit iniquitas, & frigeſcit charitas, ideo facienda eſt correctio. Secundò, quòd fiat duobus uel tribus teſtibus. Tertiò, ꝙ Eccleſiæ ſit dicendum & anũciandum. Quartò, ꝙ obſtinati ſint excommunicandi, & a nobis expellendi.

Quo ad primum ait, ſi peccauerit in te frater tuus, uade, & corripe eum. Vbi notandum quod diuerſæ ſunt correctiones, quas facere debemus. prima eſt qua unuſquiſque debet corripere ſe ipſum, ne cum quis aliũ corripit dicat, ſibi. Hyppochrita eijce primum trabẽ de oculo

Mat. 7. lo tuo, Matth.7.contra eos qui alios iudicant, ſe ipſos abſoluunt: unde reprehendit Apoſto.Rom.11.exiſtimas autem hoc ò homo, qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium Dei? quaſi dicat, non ideo: primò corripe te ipſum, ut Sap. Vir impius procaciter obſeruat uultum ſuum, qui autem rectus eſt corrigit uiam ſuam Prouer.21. Pro.21. ſicut puer timens uirgam caſtigatur, & euadit fonte ſuſpendium: attendant indurati qui nolunt ignoſcere, & ſciāt quoniam duris ceruicibus durus cuſtoditur malleus, unde dicitur, parata ſunt deriſoribus ſtultorum ceruicibus Prouerb. 19. Prou.19. Qui ergo uult euadere iudicium, corrigat prius ſe, præueniat potius quàm præueniatur: unde Eccl.18. Eccle.18. ante iudicium para iuſtitiam tibi.

Secunda eſt, qua homo debet corripere ſibi commiſſum, ſicut Prælatus ſubditum, domini familiam, pater filium: quia iuxta Sap.Prou.29. Prou.29. Virga atque correctio tribuit ſapientiam. De iſta dicitur, Ponat uir gladium ſuper femur ſuum, ite & redite de porta uſque ad portā per medium caſtrorum, & occidat unuſquiſque fratrem, & amicum, & proximum ſuum, Exod.32. Exod.32. & Ezechiel. Ezech.3. Si dicente me ad impium, morte morieris: non annunciaueris ei, neque locutus fueris, ut auertatur a uia ſua impia, & uiuat, ipſe impius in iniquitate ſua morietur: ſanguinem autem eius de manu tua requiram, O ò quam male faciūt matres carnales, ornantes filias: Eccl.22. incendunt enim concupiſcentię, ſciētes quod confuſio patris eſt de filio indiſciplinato, & ſimiliter de magiſtris cum diſcipulis, Eccle.30. Eccl. 30. Ideo dicitur, doce filium tuum, & operare in illo, ne in turpitudinem illius offendas. Attendant patres quam male faciant, cum docente filios iurare, blaſfemare, turpiter loqui antequam fari ſciant, & potare antequam ſciant bibere: attendant inquam, ne in turpitudine illorum offendant. Doce doce filium tuū ò pater, & a iuuentute: quia uirga ductibilis eſt, non arbor uetus, unde Sap. Curua ceruicem eius in iuuentute, & tunde latera eius, dū infans eſt, ne forte induret, & nō credat tibi, & erit tibi dolor animæ. Eccl.30. Eccle.30.

Tertia correctio eſt: qua unuſquiſque debet corripere fratrem, & proximum in ſe peccantem, nam non debeo præterire proximum, cum iubeat releuare aſinum ſuum: Exod.23. unde dicitur Exod.23. Si uideris aſinum odientis te iacere ſub onere, non pertrāſibis, ſed ſubleuabis: & ideo Chriſtus hodie in Euangelio, *Si peccauerint in te &c.* in te, ideſt te ſolo ſciente, uel in te, ideſt contra te malo exemplo corrumpendo. Sciendum quod proximus noſter eſt creditor nobiſcum, æqualis tamen cui debemus eſſe ſocij. Debemus autem ei dilectionem, de qua Rom.13. alias nemini quicquam debeatis, niſi ut inuicem diligatis. Secūdò debemus

bemus inſtructionem, unde Apoſtolus Græcis ac barbaris ſapientibus & inſipientibus debitor ſum, Ro. 1. Tertiò ſupportationem, iuxta illud nos firmiores &c. Quartò remiſſionis indulgentiam, etiam uſque ſeptuagies ſepties. Quintò debemus orationis ſuffragium, ora te pro perſequentibus. Sextò beneficium correctionis iuxta illud, nolite quaſi inimicum exiſtimare, ſed corripite ut fratrem. 2. Theſ. 3. Rom. 1. Matth. 18. Matth. 5. 2. Theſ. 3.

Hæc autem correctio non debet fieri ex libidine uindictæ: quia ut dicitur Eccle. 19. Eſt correptio mendax in ira contumelioſi, ſed debet fieri ex charitate: quia Prouer. 27. Melior eſt manifeſta correctio quã amor abſconditus: magis enim diligit cadentem in ignem, qui per tẽpora illum extrahit, quàm qui oleum ad accendendum ignem apponit: ideo dicit corripiet me iuſtus in miſericordia, & increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum, Pſ. 140. Prou. 27. Pſ. 140.

Aduertendum autem quod non omnes æqualiter, & eodem modo ſunt corripiendi: nam corripiendi ſunt. quidam cum amore, ut ſunt humiles, & manſueti, qui etſi aliquando offendant, ſtatim tamẽ recognoſcunt ſe, & iſte eſt modus, de quo dicit Chriſtus, inter te & ipſum ſolum, ideſt dulciter, & ſecretè, nam talis ut plurimum leni monitione ſe emendant.

Quidam cum ratione ſicut aſtuti: hunc modum innuit Chriſtus cũ dicit, ſi te non audierit adhibe tecum unum uel in teſtimonium duorum uel trium. Multi ex aſtutia aſcondunt peccata ſua, & defendẽtes illa, nolunt ſe corrigere: prælatus autem cum aſtutia debet corrigere aſtutos, ut puta per teſtes, & per omnes alios modos ſicut poteſt. hũc modum ſeruauit Daniel contra ſenes aſtutos, quos ratione & aſtutia conuincit: unde dicitur Daniel. 13. Dan. 13.

Quidam arcendi ſunt timore ut ſuperbi, & præſumptuoſi, quem modum innuit Chriſtus cum dicit, ſi non audierit, dic Eccleſiæ, ideſt Prælato ſeu præſidenti illius Eccleſiæ, ad quem pertinet caſtigare, & pœnis ac flagellationibus cohercere ſuperbos præſumptuoſos: nam talis debet eſſe prælatus, iuxta illud Sap. noli quærere fieri iudex, niſi ualeas uirtute irrumpere iniquitates Eccl. 7. Ideo dixit Apoſtolus Timotheo argue. ſ. cum omni imperio. Eccl. 7. 2. Tim. 4.

Quidam arcendi ſunt uel abijciendi cum rubore, ſicut obſtinati, qui debent excommunicari, & ab Eccl. præſcindi: hunc modum docet Chriſtus cum d. ſi &c. ideſt excommunicatus, uide de excommunicatione.

Ad correctionem ſuimet inuitat Apoſtolus exemplo ſui dicens, Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo 1. Cor. 9. Caſtigabat apud ſemetipſum per ciborum parcitatem, per uigilias, per orationes, 1. Cor. 9.

nes,& hoc eſt debitum quod habemus cum corpore, de quo dicitur
Eccl. 33. Eccle.33.Cibaria & uirga & onus aſino : panis & diſciplina & opus
ſeruo.

Notandum quòd licet corpus ſit creditor, nobiſcum tamen eſt inferior, ut ſeruum tenere debemus, & illi debemus illa tria in ſimili, ſcilicet qua quæ debemus agro noſtro a quo fructum expectamus. Primò nos campum caſtigamus extirpãdos malas herbas, & ſpinas falce, igne, aratro, uel alio ſimili inſtrumento: ita corpus noſtrum primo caſtigare debemus ieiunijs, uigilijs, diſciplinis, & alijs afflictionibus corporalibus aggrauantibus, per has autem tanquam per falces herbę peccatorum, & ſpinę a corpore tolluntur & eradicantur. Huic enim corpori inclinatio eſt ad malum, ſicut terrę ad ſpinas producendas, ideo caſtigandum ſicut dicit Apoſt. caſtigo, & in ſeruitutem &c. ſecundum Canoniſtas, ſeruitus licèt ſit occulta, tamen impedit matrimonium, unde ſi ſeruus diceret ſe liberum, & contraheret cum aliqua muliere, & ipſa poſtea ſciat, poteſt agere ad diuortium cum illo: de ſeruo coacto intellige, non de ſeruo uoluntario, ut habetur 29.q. 2.cap.ſi quis ingenuus homo, & cap.ſi qua fœmina ingenua.

Moraliter corpus noſtrum ſeruus eſt, tamen dicit ſe liberum iactans ſe quod totus mundus eſt ſuus, & quærit æquiparari animæ, & rationi, quæ eſt domina ſua, & eleuabit in tantam ſuperbiam, ut cum illa per æqualitatem in peccato contrahat: quod aduertens ratio debet ipſum tanquam ſeruũ expellere, & caſtigare diſciplinis. quem mo-
Iocl 2. dum caſtigandi docet Ioel, conuertimini ieiunio &c. & dominus, cũ
Matt. 6. ieiunatis &c. Sicut enim teſte Auguſt. de ſaluatoribus moribus frena equis ſunt imponenda, & ſimiliter corpora noſtra concupiſcentia ieiunijs, & orationibus ſunt refrenanda: nam ſicut auriga laxans habenas equis ruit, ita & anima ſi frena corpori non imponet.

Secundò campum ſi macrum impinguas, ſed moderatè: quoniam ſi nimis impinguetur, molles ſegetes proſtrarent ſe, & non facerent grana, & ſic magis noceret quàm prodeſſet: ita & corpus debet ſuſtẽtare, & nutrire, ſed nõ impinguere: ſuſtentare, ne deficiat in hoc mũdo cum noſtris tentationibus: ſuſtinenda igitur eſt caro non impin-
Rom. 8. guanda, Rom. 8. debitores ſumus: non carni, ut ſecũdum carnem uiuamus: ſi enim ſecundum carnem uixeritis moriemini. eſt enim corpus ſicut equus, qui incraſſatus recalcitrauit: repræhende ſuper hoc. diſcurre.

Tertiò, agro debes dare exercitium: nam ager in quo diu nihil ſeritur totus ſpinoſus fit, & difficile diradicantur malæ herbæ: ſicut enim calcaria tollunt otium aſino, ita amor Dei ſtimulat ad exercitiũ
boni

boni operis, unde 2.Cor.5.Charitas enim Chriſti urget nos. 2.Cor. 5.

Demus ergo corpori cibum ne deficiat, 1.Timot.6.exemplo Ioan. Baptiſtæ.mel ſyluestre, & locuſtas comedit pellicia lumbos accinxit, & pilis Camelorum. 1. Timo.6. Matth. 3.

Demus uirgam ieiunij uel alterius laboris, ne laſciuiet, ter uirgis cæſus ſum.2.Cor.11.Inde Apoſtolus, ut caſtigari, & non mortificari, 2.Cor.6. 2.Cor.6.

Demus onus lectionis uel orationis, uel alterius operis neceſſarij: alter alterius onera portate, Gal.6.ad correctionem proximi inuitat nos etiam Apoſtolus corripite inquietos, conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, 1.Theſſal.5.Hãc autem correctionem multi ſpernunt, quod eſt peſſimum ſignum, iuxta illud Eccle.21. qui odit correptionem ueſtigium eſt peccatoris: nam ſpernere correptionem quid eſt niſi ſpernere ſcopam, qua domus mundatur. Galat. 6. 1.Theſſ.5. Eccl.21.

Abijcere lineam, per quam munus bonorum operum dirigitur.

Abijcere faculam, per quam tenebræ ignorantiæ illuminãtur. Nullus certè debet ſpernere: eſt enim utilis & fructifera, nam eſt quaſi ſcopa tergens domum conſcientiæ noſtræ ab immunditijs peccatorum, de qua dicitur Eſa.14.& 15.Ecce ſcopabo eam in ſcopa terens. Eſa.14.

Eſt perpendiculum, aut linea dirigens opera noſtra, ſicut figuratur 2.Reg.8.ubi dicitur, menſus es duos funiculos, unum ad occidendũ, alterum ad uiuendum: ad occidenda uitia, ad uiuendum infirmando per uirtutes: unde dicitur perpendiculum extenditur ſuper Hier. Zacha.1. 2. Reg.8. Zac.1.

Eſt facula illuminans in noctis tenebris: unde dicitur uirga, atque correctio tribuunt ſapien. Prouer.29.Nolite igitur abijcere, ſed diligenter auſcultate, ut ſitis ſapientes: nam Prouer.19.Si corripueris ſapientem intelliget diſciplinam: ſic enim eſt mulier diligenter intendit in ſpeculum: ſola mulier turpis reijcit ſpeculum & maculam retinet: quia Prouer.15.non amat peſtilens eum, qui ſe corripit exemplo equi ſcabioſi, cui diſplicet, & odit homo prudens: quærit correctionem, ſicut mulier ſpeculum, non ſicut aliqui qui magis ſubſtinent adulatores quàm correctores, cum tamen illi ad incendium ducant, iſti uerò flãmis extrahunt: unde Iac.5.qui conuerti fecerit peccatorẽ ab errore uiæ ſuæ ſaluabit animam eius a morte: & operit multitudinem peccatorum. Vterque autem ſcilicet corrector & corripiens lucrantur Deum, nam ubi ſunt duo, uel tres, ibi ſum ego. Prou.29. Prou.19.c. Prou.15.b. Iac.5.b.

Quarta correctio eſt illa, qua Deus corrigit peccatores, & hæc eſt duplex, quarum unam exercet in præſenti per infirmitates, & alias pœnas, de qua dicitur Hier.30.te non conſumam, ſed caſtigabo te in Hier.30.

iudicio

iudicio.: hæc autem afflictio, ſeu correctio domini amanda eſt propter multa.

Primò propter ipſam uenimus in cognitionem peccati. caſtigabo
Eſa.30.b. te in iudicio, ne tibi innoxius uidearis Eſa. 30. Alibi ſola uexatio in-
Eſa.28.b. tellectum dabit auditui, Eſa. 38. Multi namque cito obliuiſcuntur ſuorum peccatorum, qui preſſi infirmitate coguntur intelligere ma
Iob 21. la quæ fecerunt: unde Iob, cum reddiderit, tunc ſciet, Iob 21. Unde dicit Greg. pœna aperit oculos, quos culpa clauſit. Amāda eſt correctio Dei: quia per ipſam purgantur peccata: unde dicitur. ipſe caſtigauit nos propter iniquitates noſtras, ſcilicet tollendas: & ſaluauit nos pro
Tob.13. b. pter miſericordiam ſuam. Tob. 13. Amanda, quia per ipſam uitantur
1.Cor.10.c. multa mala, ideſt peccata: unde Apoſtolus 1. Cor. 10. Scripta ſunt ad correctionem noſtram; loquitur enim Apoſtolus de peccatis quæ cō miſerunt Iudæi in deſerto, & de pœnis illatis illis a Deo, & dicit, ꝙ hæc ſcripta ſunt ad correctionem noſtram, ne audeamus illa facere:
Eccl.19. b. Ideo Eccle. 19. Corripe amicum, ne fortè non intellexerit, & dicat non feci; aut ſi fecerit ne fortè iteret. Amanda: quia eſt ſignum amicitiæ
Apoc. 3.b. Dei, iuxta Apoc. 3. Ego, quos amo, arguo, & caſtigo. & Apoſtolus,
Heb.1.2.b. quem diligit dominus caſtigat Heb. 12. Amanda, quia per ipſam pœnam præſentem liberatur homo a pœna æterna: unde dicitur, Caſti-
Pſal.117. gans caſtigauit me dominus, & morti non tradidit me, Pſ. 117. & A-
1.Cor. 11.g. poſtolus 1. Cor. 11. dum iudicamur a domino corripimur, ut nō cum hoc mundo damnemur.

Alteram exercebit in die iudicij, de qua: iuxta deſiderium meum
Oſe.10. corripiam eos, Oſe. 10. corripiam ſicut iuſtus iudex malefactores: unde Deutero. 28. Corripiam uos ſeptem plagis propter peccata ueſtra, ſeptem plagæ, ſunt ſeptem pœnæ infernales, ſcilicet tenebræ, fetor, fletus, uincula, uermes, triſtitia, ignis, deſperatio.

Secundum documentum eſt, quòd fiat per teſtes. præuidebat enim Chriſtus, ut non ſolum homines peccare non uerentur, ſed etiam audacter crimina defendere. Ideo Chriſtus ait, adhibe tecum unum uel
Deut.19. d. duos in teſtimonium iuxta legis decretum, Deuter. 19. & nume. 35.
Num.35. Teſtimonium duorum admiſſum eſt in lege a Deo ordinatum, ut teſtatur Moyſes.

Dan.13. Sed è contrario Daniel. 13. Cur duorum ſenum contra Suſannam non fuit admiſſum a Daniele teſtimonium?

Primò licet lex ita imperet, illi tamen erant falſi teſtes, remedium
Tim. 2. c. autem uerius erit cum aliquo uerbis non contendere, ut 2. Timot. 2. ait Paulus, noli uerbis contendere.

Tim.1. Sed contra ad Timot. 1. ait, argue eos, qui contradicunt: quo modo

do contradicentes arguere nolebit, qui præſidet, ſi contendere uerbis non poteſt? an fortè nutibus & ſignis more ſurdorum id efficere poſſit, quod abſurdum?

Reſpondeo, quòd abſolutè prohibuerat Apoſtolus uerbis contendere illi qui præeſt, cui ex miniſterio non tantum minis, & cenſuris conuenit errantem corrigere, ſed etiam clamoroſis uocibus inſultare dum licet: quanquam tunc interdixit Apoſtolus, dum ſic cõtendere nil aliud eſt, niſi ut tuam ſententiam præferas alijs, & hoc non abſque ſcandalo audientium: ideo Apoſtolus in prima ſententia habuit oculum ad uitam, & ad conuerſationem paſtoris magis quam ad officium, ut eſſet forma, & exemplum lucidum in caſtitate, fide, uita, & dilectione ſubditorum. Ideo ait, ut etiam bonam non negligeret famam, ſed bonam prouideat coram Deo, & hominibus quantum poteſt: Ideo paſtor præcellere debet ſubditos per eminentiam uitę: quia quanta differentia eſt inter uitam paſtoris, & uitam ouium, ille homo, illa beſtia: tanta debet eſſe inter paſtorem, & gregem. Declara. uel dicamus quod Apoſtolus ideo prohibuit uerbis contendere, ne fides inficeretur: quia uerborum multiplicitate defendenda non eſt, nec ſophiſticis rationibus, ne tollatur meritum, ut ait Gregorius, Fides non habet meritum &c.

Tertium documentum, ne quiſquam putaret uitam licentioſam cuilibet eſſe permiſſam, ac nulla iam ſupereſſe mali remedia quando priuata, aut coram teſtibus acta correctione nihil profeciſſet, iudiciarium in Eccleſia ſua Chriſtus inſtituit tribunal, ut ſic humana coerceatur audacia, ut tuta ſit inter improbos innocentia: non enim confuſam, & ſeditioſam rempublicam inſtruit ſuam eccleſiam Chriſtus: ſed non ſecus ac in prophano regno, aut imperio noluit unum, apud quē ſumma rei eſſet: ita in Eccleſia iudiciariam poteſtatem eſſe iuſſit, ut naſcentia in die ſcandala opprimeret.

Quartum documentum ad maiorem confirmationem ueritatis iuramento confirmat non eſſe irritam ſententiam, quæ in Eccleſiæ contemptores pronunciaretur: pollicetur enim eam in cœlis ratam fore dicens, quicquid ligaueritis. Hinc eſt legitimus clauium uſus a Chriſto conceſſarum Eccleſiæ miniſtris, qui dum legitimè, & pro ratione officij utuntur, uel ligando peccantes deliberata malitia, ac animo pertinaci, uel ſoluendo pœnitentes, dignos ſcilicet, ſequitur tunc ex diuina ordinatione, uel uindicta, ut in exordio naſcentis Eccleſiæ ſequebatur exagitatio mali dæmonis in interitum carnis 1. Cor. 5. ut gratia quam in animis experiebantur hi, qui unitati fidelium reſtituebãtur, ut in adultero Cornithio uidere licet. 2. Cor. 2. Porrò licet aper- 1. Cor. 5. a. 2. Cor. 2. c.

tos,

tos,& externos excommunicationis effectus,quales Apoſtolorum tẽporibus ſtatim ſubſequebantlatam ſententiam, Deus Eccleſiæ ſubtraxerit:nequaquam tamen exiſtimamus minoris eum iam eſſe momenti quàm tunc fuerit. Eadem.n.eſt poteſtas, & ſi non eadem miniſtrorum ſanctimonia: non.n.eſt homo qui ligat, ſed Chriſtus, qui hanc poteſtatem dedit, quæ iam non minus uim ſuam in animam rebellẽ hominis ſeuerit,quam olim dum in corpore quoque ſęuiret.

Verum hic admonitos uelim eccleſiæ Chriſti miniſtros, ne paſſim leuiſſimis de cauſis terribili hac poteſtate abutantur, quam in ædificationem,non autem ad deſtructionem acceperunt; ſed demum cum non uidetur alia ſupereſſe corrigendi fratris medela: uide Paulum 1. Corinth. 5.2.ad Theſſal.3. Auguſtinum ſermo.10. de uerbis Domi-
1.Cor. 5.a. ni lib.de fide & operibus cap.3. Sed Paul. 1. Corinth. 5. loquens de
2.Theſ. 3. hac excommunicatione cõtra incorrigibiles ait, Ego quidem abſens corpore,præſens autem ſpiritu,iam iudicaui ut præſens eum,qui ſic operatus eſt in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti cõgregatis nobis, & meo ſpiritu cum uirtute domini Ieſu Chriſti tradere huiuſmodi hominem Sathanæ in interitum carnis, ut ſpiritus ſaluus ſit in die domini noſtri Ieſu Chriſti.

Luc.9.g. Sed contra Lucas ſcribit cap.9. quod ciuitate Samaritanorũ nolẽte Ieſum recipere Iacobus & Ioannes dixerunt, Dñe uis ut dicamus ut ignis deſcendat de cœlo,& conſumat illos?dicens, Neſcitis cuius ſpiritu eſtis: filius hominis non uenit animas perdere, ſed ſaluare.cur Apoſtolus animas hominum perdere intendit, ac ſi Chriſto parere contemnat.

Reſpondeo,dum Apoſtoli nolebant ignem deſcendere, hoc faciebant ut perderentur homines: Chriſtus autem non uult mortem peccatoris, Paulus uerò non ad perditionem hoc fecit, ſed ut timor eius daretur,& a ſceleribus ſe remouerent. quod hoc ſit uerum ex decurſu textus clarè uidetur: ait Apoſtolus quidam circa fidem naufragauerunt, ex quibus eſt Imenæus & Alexãder, quos tradidi Sathanę,
1.Tim.1.d. ut diſcant non blaſphemare, 1.ad Timo.1.quaſi dicat non ut pereãt, ſed ut ab infidelitate, quæ ſpiritus blaſphemæ eſt, reſurgant timore percuſſi.

Sed contra Euangelium oſtendit excommunicationem in quempiam inferre non debere,niſi ille ex inobedientia contumaciam incurrat.inquit Chriſtus, ſi Eccleſiam non audierit,ſit tibi &c.hoc eſt fidelium communione aſciſus.Verum ætate noſtra pro leuiſſimo peccato unuſquiſque excommunicationis fert ſententiam. Frequens enim eſt percuſſio hæc in Eccleſia Dei,& ſi omnes Pauli epiſtolas pecurramus

mus ter tantum Apoſtolos excommunicaſſe,& pro graui, & enormi crimine comperiemus.

Prima ad Cor. publicos fornicatores excommunicauit: ait enim, quinimo auditur inter uos fornicatio, & alijs fornicatio qualis neç inter gentes,ita ut uxorem patris ſui aliquid habeat Cor.5. 1.Cor.5.c.

Secundò ad Timot.1.1. apoſtatantes a fide a fidelium communione excludens Sathanæ cruciandos,ut audiuimus. 1.Tim.1.d.

Tertiò ad Gal.cap.1. Falſam doctrinam populo fideli prædicantes anathematizat inquiens,ſi quis uobis euãgelizauerit aliterquam,&c. anathema ſit:ergo rarò prima Eccleſia excommunicauit. Gal.1.b.

Sed dices,an omnes ſacerdotes æqua poteſtate excõicandi gaudẽt.

Reſpondeo,a Petro omnes dependere adſtruit Auguſt. ipſe nanq; eſt Epiſcopus epiſcoporum:ei nanque ſingulariter dictum eſt,tu uocaberis Cæphas,hoc eſt Petrus,qui & firmus:& rurſus,tibi dabo claues regni cœlorum.& alibi Matth.16.Paſce oues meas. ob id Augu. ipſe concludit illud idem nunc efficere Eccleſiam, quod in ueteri teſtamento aiebat corporis interfectio : ibi enim pro enormi crimine morte corporis condemnabatur, qui modo eodem crimine fidelium contubernio priuatur:ipſe idem affirmat Epiſcopum, & Presbyterũ officio pares eſſe,dignitate uerò & authoritate longè impares ad Hieron.nanque ſcribens ait,quanquam Epiſcopus maior ſit presbytero, Aug.tamen minor eſt Hieron. Ioan.1.f. Matth.16.c. Ioan.21.d.

Sed hæc correctio fraterna,ut ſatis carni difficilis ſit Petrus Apoſtolus Chriſto doceti reſpondit, Domine dimittam ei uſque ſepties: Chiſtus uerò ait illi,non dico tibi ſepties,ſed uſque ſeptuagies.

Aliqua inueniuntur , quæ ſi peccator cognouerit dabunt ſpeciem in corde eius.Primum eſt, quòd dominus promiſit ueniam omnibus uenientibus ad eum, unde hodie dicit, Non dico tibi ſepties &c. & Heb.6. Non habens Deus maiorem ſe iurat per ſe ipſum. Hæc autem promiſſio ducit ſecum quatuor filias. Heb.6.c.

Primam,ſi corde ingemueris pro peccato tuo Ezech.18.quacunq; hora &c.& Pſ.6. Laboraui in gemitu meo &c. Pſ.6.

Secundam,ſi confeſſus fuerit,Prou.28. qui confeſſus fuerit peccata ſua,& reliquerit ea,miſericordiam conſequetur, & alibi,uiuus,& ſanus confiteberis. Pro.28.

Tertiam,ſi alijs parces,dimittite,& dimittetur uobis,Luc.6.& Eccle.28.Relinque proximo nocenti te iniuriam &c.

Quartam, ſi dilexeris,dimiſſa ſunt ei peccata multa quoniam dilexit multum Luc.7.cum iſtis filiabus procedit diuina promiſſio.

Secundum eſt, quia Deus diues eſt in miſericordia, & hæc debet

Pſ. 35. dare fiduciam peccatori de uenia impetrāda, quod nihil decreſcit ei:
Eſai.50.a. quod licet de ſua miſericordia infundat, iuxta illud Pſ. 35. apud te eſt
fons uitę, qui nunquam minuitur, Eſa. 50. nunquid abbreuiata, & par
uula facta eſt manus domini, ut ſaluare nequeat, qui non laborat, aut
laſſatur infundendo miſericordiam: quia dixit, & facta ſunt, & alibi,
Eſai.40.g. dominus qui creauit terminos terræ non deficiet, neq; laborabit, E-
ſa.40. Qui non tantū ſemel, ſed millies in die paratus eſt miſereri: un
de dicit, non ſepties &c. Si tanta eſt miſericordia illius, cui fit omnis
Eccl.18. offenſio, quantam putas eſſe miſericordiam ſacerdotis? propterea di-
Pſ.32. citur Eccl. 18. Miſericordia hominis ad proximum ſuū, miſericordia
aūt Dei ſuper omnem carnem. Pſ. 32. Miſericordia dñi plena in terra.

Tertium eſt, quòd ad habendam miſericordiam creatus eſt ho-
mo, & diſpoſitus per rationem indicantem: quia ſuſceptiuus gratiæ
dum uiuit in carne: unde Augu. de nemine deſperandum eſt, dum ui
Eccl. ult. uit. Eccl. ult. Deum time, & mandata eius obſerua, hoc eſt omnis ho
mo, ideſt ad hoc creatus eſt omnis homo humilis, & diſpoſitus: pro-
pterea dicitur, ut miſericordia tua conſoletur me ſecundum eloquiū
tuum ſeruo tuo.

Pſ.118. Eloquium domini fuit illud, Faciamus hominem ad imaginē, &c.
ideſt qui ſit particeps per gratiam imaginis, & ſimilitudinis noſtræ,
Gen 1.d. Gen. 1. ſed quia per peccatum illam dignitatem amiſit homo, ideo pe
tere debet dicens, Fiat miſericordia tua, ut conſoletur.

Dicito quæſo quis ſapiens rex uellet adducere uxorem, & non uel
let eam collocare in palatio ſuo? Sapiēs Rex Chriſtus eſt, uxor anima,
diſpenſauit in baptiſmo, ut aliquando collocet cum Angelis: uxor ue
rò ſtulta uult ſtare in ſtabulo peccati.

Quis ſapiens Rex fabricaret uaſa aurea, niſi ad odorem, & hono-
rem, non ad ſordes? ſic Deus fecit, ut anima ſit uas miſericordię ſuę:
ſed miſer homo factus eſt uas iræ. Filij Syon incliti amicti auro, pro
Thren.4.a. quo modo reputati ſunt ut uaſa teſtea, opus manuū figuli, Thren. 4.

Quartum beneficium, eſt paſſionis Chriſti: unde dicitur, miſeri-
cordia tua magna eſt ſuper me, & eruiſti animam meam ex inferno in-
Pſ.85. feriori, Pſal. 85. Vide quam ingens ſit amor Dei erga nos, qui miſit fi
lium. Pater amat nos: non enim plures habuit filios, ſed unum, & eun
dem, quem propter nos miſit. Pater amat nos, cum filium ſuum in
mundum miſerit, qui poſitus eſt in maligno, ideſt in malo igne, quo
multi ardent diuerſimodè: aliqui enim auaritia; nonnulli gula; quam
plurimi luxuria; multi inuidia, aliqui ira, & accidia, nec propter hoc
Chriſtus retinuit paſſus ne ueniret. Pater amat nos: quia miſit filium
non ſolum ad laborem, & paupertatē, ſed ad mortem ignominioſam,

qui

qui proprio filio ſuo nõ pepercit, ut nos cœlorum hæredes efficeret. Chriſtus amat nos, quoniam obediens uſque ad morem pro nobis eſſe uoluit, ſemetipſum exinaniuit. Amat nos filius: quia ſtatim nõ punit: Mortem .n. peccatoris non uult, ſed ad pœnitentiam expectat dicens, non .n. ueni uocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. Filius amat nos: quia ſtatim peccatorem ad ſe uenientem amplectitur, & oſculatur; & ſua gratia peccata illi condonat. Matt.9.b.

Spiritus ſanctus amat nos, quia tribus modis in forma colũbæ nobis apparuit, in baptiſmate, transfiguratione, & Nebula Chriſti, quæ ſpe cies tres uirtutes Chriſti oſtendunt. Species columbæ puritatem uitæ Chriſti, ſpecies nubis altam contemplationem. ſpecies ignis dilectionem Dei & proximi denotarunt.

Si ergo Pater, Filius, & Spiritus ſanctus nos ſummo amore amplectuntur, magna ingratitudo eſſet, ſi nos tres perſonas nõ amaremus: ideo præceptum fuit, diligamus toto corde omnibus uiribus ipſum Deum patrem, Deum filiũ, & Deum Spiritum ſanctũ, unum Deum in ſubſtantia: tamen amandus eſt propter ſe, & proximus propter Deũ, & hac de re hodie fraternam correctionem nobis præcipit, ut nos ipſos dirigamus, & ſciamus, ꝙ omnes nos hæredes ſimus Dei, & cohæredes Chriſti: ideo ait hoc eſt præceptum meũ, ut diligatis inuicem. Amemus ueraciter, ut alter alterius ſalutem æternã deſideret. Amemus iuſtè ut ſpiritualia potius quam temporalia, gratiam potius quã diuitias, gloriam æternam magis quàm honores mũdi proximo optemus, & deſideremus. Amemus ſanctè, ut in omnibus operibus fratrum noſtrorum gloriã Dei, & propriam ſalutẽ quæramus. Amemus operanter non ſolum lingua, ſed corde, & opere proximo noſtro in neceſſitatibus ſuccurramus. Amemus intenſe, ut charitas noſtra uſque ad inimicos pertingat. Amemus perſeueranter, nam qui perſeuerauerit ſaluus erit: ſic.n. Deus colitur per ſe, & proximus diligit per Deũ. Hac de re Chriſtus ſciens neminẽ odientem inimicũ Deum poſſe amare: ideo dicit, Vade, & corripe .i. dimitte noxiam, & ama illum. Luc.10.c. Ioan.15.b.

Ad hanc correctionem Paul. diuino afflatus ſpiritu, uocat Theſſalonicẽſes dicens, Rogamus uos fratres, corripite inquietos. 1. Theſ. 5. Theſſ.5.c.

Hanc correctionem ordinauit Epheſ. dicens, Nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarũ, magis autem redarguite. Ephe. 5. Ephe. 5.c.

Hãc correctionẽ ordinauit Theſ. dicẽs, ſi qs nõ obedit uerbo nr̃o &c. nolite illũ quaſi inimicũ exiſtimare, ſed corripe ut frem. 2. The. 3. 2.Theſ.3.d.

Hanc correctionem docuit Timotheum cum ſenibus dicens, Seniorem ne increpaueris, ſed obſecra ut patrem, 1. Timot. 5. 1. Timot.5.a.

Hanc eandem eundem docuit 2.4. Prędica uerbum inſta opportu 2.Tim.4.a.

nè, importunè.

Tim. 2. d. Hanc docuit Tit. 2. dicens, hæc loquere, & exhortare, & argue cum omni imperio.

Heb. 5. c. Hanc correctionem fecit Paul. Heb. 5. dicens, Etenim cũ deberetis magiſtri eſſe propter tẽpus, rurſum indigetis ut uos doceamini, quæ ſint elemẽtà exordij ſermonis Dei. & facti eſtis quibus lacte opus ſit, non ſolido cibo. oĩs. n. qui lactis particeps eſt, expers eſt ſermonis iu-

Heb. 12. b. ſtitia. Paruulus. n. eſt. qui filius quem nõ corripit pater. Hoc idem ca. 12. dicebat, Quis filius &c. omnis autem diſciplina in præſenti quidẽ uidetur non eſſe gaudij, ſed mœroris, poſtea autem fructum pacatiſſimum exercitatis per eam reddet iuſtitiæ.

Sed aduerte aĩa peccatrix quantam ſpem miſericordiæ præſtabit tibi Deus, conſidera diligenter Chriſtũ in cruce brachijs extenſis, te expectantem, & dicentem: expandi manus meas, tota die ad populum

Eſa. 65. a. iſtum non credentem Eſai. 65. Conſidera caput inclinatũ faciens tibi

Can. 5. a. ſignũ, ut ad Deũ uenias dicens, caput meum plenum eſt rore. ſ. miſericordiæ. Conſidera ſanguinem effuſum melius clamantem quàm ſanguis Abel. obſecrat. n. patrem, ut tibi miſereatur. Conſidera oſtiũ late-

Apoc. 1. a. ris apertum, ſignans oſtiũ cœli tibi apertũ eſſe, Apo. 1. Vidi, & ecce oſtiũ apertũ in cęlo. Quis itaq; de uenia deſperabit, cũ audiat, nõ dico tibi ſepties. Accedamus itaq; cõfidẽter corde tñ puro, ore mũdo, & ope perfecto, & obtinebimus in hoc mũdo grãm, & in altero gloriã. Amẽ.

FERIA QVARTA
Tertiæ Dominicæ.

PAVLVS Apoſt. docẽs Romanos quantę malignitatis alios iudicare extiterit ſcribẽs ad eoſdẽ cap. 2. ait, Inexcuſabilis

Rom. 2. a. es ò homo, omnis qui iudicas: in quo. n. iudicas alterũ,

Rom. 14. a. te ipſum condẽnas: eadẽ. n. agis quæ iudicas. & cap. 4. ad eoſdem ait, Tu quis es, qui iudicas alienum ſeruum? domino ſuo ſtat, aut cadit, ſtabit autem: potẽs eſt. n. Deus ſtatuere illum: quia uerò ſcribæ, & Phariſæi iudicare uoluerunt Chriſti diſcipulos, meritò a Chriſto iudicati ſunt, ut legitur in hoc Euangelio Matth. 15. a.

Ex quatuor rector nauis in portu Panormi huius Euangelij falſos nautas repræhendit, illiſq; oſtendit. Primò repręhendit ſacerdotum, & ſcribarum falſas traditiones. Secundò falſam opinionẽ de iuſtitia operum. Tertiò falſam opinionem in delectu ciborũ. Quartò ſuccurrit ignorantiæ diſcipulorum circa hanc cœleſtem philoſophiam.

Primò igitur magna uerborum acrimonia inuehitur Chriſtus in falſa

ſa ſacerdotum: & ſcribarum ſuperſtitione, qua humanas traditiones ſine uerbo Dei traditas pontificum mandatis Dei proferrent, clauum clauo pellens: interrogantibus enim quare diſcipuli tui tranſgrediuntur præcepta ſeniorum.

Reſpondet, quare & uos propter traditiones ueſtras, & ſuperſtitiones &c. Intelligit autem Chriſtus non ſolum illud mandatum Dei quod ſcripto per Moſen eſt traditum, uerum etiam quod uiua uoce per traditionem acceperant, ſicut hominũ intelligit traditiones, quæ humano ingenio contra Dei uerbum erant excogitatę, quales erant hæ phariſaicę, qui dicebant. Qui dixerit patri, uel matri, munus quodcunque ex me eſt, tibi proderit, Matth. 16. & ſi dixerit homo patri, & matri, &c. Marc. 7. Neq; enim Chriſtus omnes traditiones damnat: peccaret enim Paul. 2. Theſſal. 2. Itaque fratres ſtate, & tenete traditiones, quas didiciſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtrã. Proinde errant, qui arbitrãtur Chriſtum ſimpliciter quaſcunq; damnare traditiones: damnat. n. eas ſolum, quæ ita ſunt hominum, ut nullatenus Dei eſſe poſſint, idest ſolo ingenio humano excogitatę, ſine ulla ſpiritus ſancti reuelatione, quæ tales ſunt, ut Dei præceptis repugnent, & contrarientur. Præcepta. n. Dei non adeo grauia ſunt, ut portari nequeãt. Ideo Hebræi ſatis a Chriſto reprehenduntur. Audi Moyſem Deuter. 30. tradens legem Iſraelitis uice domini ait, Mandatum quod ego præcipio tibi hodie non ſupra te eſt, neq; procul poſitum, nec in cœlo ſitum, ut poſſis dicere quis noſtrum ualet ad cœlum aſcẽdere, ut deferat illud ad nos, ut audiamus atq; opere compleamus?

Matth. 16. a
Marc. 7. b.
2. Theſ. 2. d.
Deut. 30. c

Cur Petrus, dum eſſet controuerſia inter fideles de lege Moſaica, quibuſdam reſiſtit dicens, quid tentatis Deum imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod neque patres noſtri, neq; nos portare potuimus? Act. 15. quibus uerbis legis difficultatem expreſſit.

Act. 15. c.

Reſpondeo, quòd onera legis importabilia erant: ideo Deus miſit filium ſuum, qui legis finis dicitur, ipſe ſolus legem impleuit, & de peccato damnaret peccatum, ut iuſtificatio legis. ait ergo Petrus ꝙ lex eſt difficillima, & non poteſt obſeruari uiribus noſtris. Moyſes uerò non dixit legem poſſe obſeruari abſque gratia, ſed oſtendit prõptitudinem mandati Dei: quia non eſt in remotiſſimis finibus, ne quis excuſare ſe poſſit, quod non audierit, ac inquit præceptum impromptum non opus eſt tranſcendere montes, nec nauigare, nec penetrare extrema terræ, ut audias illud. Moſes ergo loquitur de præſentia præcepti, & non de facilitate eius; Petrus uerò loquitur de impoſſibilitate legis ſine gratia: non diſcordant. Moſes enim dat legem proximam, Petrus uerò non negat, ſed dat difficultatem ad obſeruan

dam eam, ſed non excuſantur Iudæi non obſeruantes: quia lex erat prolata, & Deus promptiſſimus, ut daret gratiam obſeruãdi: ergo im putatur eis: quia cũ gratia Dei mandatũ latum eſt. ſic Dauid Pſ. 118.
Pſ. 118. Ibidem. mãdatũ Dei latum eſſe nouimus, uiam mandatorũ tuorum cucurri.

Matt. 7. b. Sed dices cur Chriſtus Matth. 7. ait, arcta eſt uia, quæ ducit ad cœlum, Dei mandatum uia eſt: ſi latum cur arctum?

Galat. 5. Reſpondeo, ꝙ iſta uia eſt anguſta aliquibus propter deſuetudinẽ, & reluctantem carnem, quæ continuè ſpiritui aduerſatur Gal. 5. licet Chriſtus arctam dicat eſſe uiam: quia omnia mundi gaudia faciat lon ge a ſe; & uanitates uiam latam ad perditionem faciant: attamen uia lata eſt, & ampliſſima ueris fidelibus eo quod ad dilectionem inimicorum uſq; extenditur: uel dicitur lata quia hic incipit, ſed in patria perficitur æternaliter. Præceptum ergo de honorandis parentibus erat in lege, imo ſtrictiſſimum, Exod. 21. qui maledixerit patri ſuo uel matri morte moriatur.
Exod. 21. c.

Exod. 20. b. Sed cur ultra ibidem ait, non occides.

Reſpondeo aliud eſt loqui de magiſtratibus, aliud uerò de priuatis: Homicidium prohibetur priuatis, & Chriſtus adiecit quod patiẽter tollamus iniurias, ut legem perficeret: diſcurre. Sed hoc pertinet ad magiſtratus, quibus mandauit Dominus tollendos malos. Paulus quoque 1. Corin. 5. ait, auferte malum a uobis ipſis. Dicimus quod magiſtratibus ius gladij cõmiſſum eſt: ſi ergo magiſtratum geris, non tuam rem agis, ſed domini puniendo nocentes, ut cæteri tranquilliter, & pacifice uiuant. at ſi non es ordinarius iudex, caue ne gladium arripias: Chriſtus enim te feriet. Iſta ſententia qua dixit, qui gladium acceperit, gladio peribit, Matth. 26. Iudex enim non eſt: perſona priuata, ſed miniſter Dei, ideo Dei loco plectit nocentes: iudicium Domini igitur eſt.
1. Cor. 5. b.
Mat. 26. c.

Hic uideant iudices ne ſiniſtrè iudicent: diſ. ſcientes quia ſcriptum eſt Pſ. 81. Deus ſtetit in ſynagoga Deorum. i. iudicum: in medio autẽ Deos diiudicat, ſed caueat etiam ne quid ſibi uendicet iniuſtè. i. ſpiritualia pertractare, ut nonnulli temerarij Principes noſtri temporis faciunt, quod ſolum ſpectat ad ſpirituales; ſi tamen non eſt aperta tranſgreſſio legum ciuilium, ut furtum, homicidium, ſeditio, fornicatio, periurium, proditio, rebellio: ergo priuato non licet occidere, ſed magiſtratibus, quibus Deus præcepit, ut morte condemnarẽt maledicentes matri uel patri, ſed Hebręi dicebant contrariũ: diſc. Ideo Ezec. 20. repræhendens eos ait, In præceptis patrũ ueſtrorum nolite incedere.
Pſal. 81.
Ezech. 20. c.

Prouer. 22. b. Sed quid dicemus? Salomon Prou. 22. admonens populum iſtum ait, Ne trangrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui.

Reſpon-

Reſpondeo,ꝙ in regno mundi audiendi ſunt homines, ſed in regno ſpiritus ſolus Deus eſt magiſter. In Eccleſia Chriſtiana nil docendum, niſi uerbum explanatum ac intellectum a ſanctis patribus, qui teſte Petro ſpiritu ſancto inſpirati ſunt. In ciuilibus uerò rebus aliud eſt iudicium opus eſt legibus ratione humana, quibus Philoſophi reguntur: de quibus Salomon in priori loquutus admonet ne per auaritię ſtudium, aut prætextu ſanctitatis, ut iſti arripiant quod ſuum nõ erat, nec ad hæreditatem ſuam pertinet, ſed ſuis contentus: eſt enim ſententia a Moſe Deuter. 19. dicente, non aſſummes & transferes terminos proximi tui, quos fixerunt priores in poſſeſſione tua, quam Dominus Deus dabit tibi in terra quam acceperis poſſidenda. Deut. 19. c

Ad propheticam uerò dico: quia Ezechiel uidit patres iudæorum dereliquiſſe legem Domini, & in ſuis ſtudijs & abominationibus gẽtium ambulaſſe, & traditiones feciſſe, dixit ad filios in ſolicitudine in præceptis patrum ueſtrorum nolite incedere, nec iudicia illorum cuſtodiatis: ego Dominus Deus ueſter, in præceptis meis ambulate, & iudicia mea cuſtodite, & facite ea, & ſabbata mea ſanctificate, ut ſit ſignum inter me, & uos: diſ. Ezech. 20. c

Secundò Chriſtus, ut falſam illis de iuſtitia operum, quam ex huiuſmodi ſuperſtitionibus opinionem conceperat detraheret, acerrima Eſaiæ ſententia ipſos reſtringit, qua in eis grauiſſimos errores repręhendit, ſcilicet qui labijs Deum adoraret: diſcurre. & docerent doctrinas, & mandata hominum. Hæc enim ſunt opera eorum, qui neglecta Dei iuſtitia ſuam uolunt ſtatuere, Roma. 10. quos proprio nomine uel hypocritas, uel duces cæcorum, uel ſepulchra dealbata uocat Chriſtus. Dicuntur ſolum labijs Deum honorare, qui ſolum ſubmurmurant, corde autem longè abſunt, ut qui orationem longam ſimulat, ut ſic domus uiduarum penetrare queat, corde procul a Deo, dum ita rerum terrenarum cogitatione impeditur, ut dum maximè coram hominibus pietatem ſimulat, nihil minus quàm de Deo cogitet, non Chriſto ſed ſuo uentri ſeruiens, & quæſtus cauſa docent doctrinas hominum. Hoc loco noſtri moderni temporis hæretici docẽt quod caſtitatem, uota, ieiunium, diſcurre, ſunt mandata hominum: diſcurre. Rom. 10.

Contra populum Hebræum præuidens uates Dauid Pſ. 68. ait, ad dominum appone iniquitatem ſuper iniquitate eorum. Pſ. 68.

Sed Paul. Roma. 9. ualde admirans ait, Nunquid iniquitas apud Deum: unde habet Deus iniquitatẽ, cum ſit ſummum bonum, ſummè iuſtus, uerax diſcurre ergo quomodo erit iniquitas. Iniquitas. n. dicitur quaſi non æquitas pro eo: quoniam per ipſam cor. & conſcien Rom. 9. c.

tia inæqualis, & inquieta redditur pro eo, quia eſt contra omnem ini quitatem: ergo a Deo rebellare dicitur. Iniquitas iuxta aliam ſignificationem eſt peccatum in proximum, ueluti impietas, dictum eſt peccatum in Deum & in parentes: hanc ſentiens Dauid contra Vriam, & Berſabeam Pſ. 50. ait, Iniquitates meæ ſupergreſſę ſunt caput meum, & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me: quia eſt ponderoſa, & facit ire deorſum: diſcurre. huic iniquo populo Pſ. 51. ait, Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate. Vbi enim regnat iniquitas, nullo modo poteſt regnare iuſtitia, & ęquitas, quin potius malignitas. diſc. dum ipſa abundat in corde facit hominem inſuperbire contra Deum, his declaratis.

Pſal. 50.
Pſal. 51.

Reſpondeo, quod Deus apponit aliquando iniquitatem ſuper iniquitate non uulnerando, ſed iuſtè retribuendo: dum enim Deus attrahit ab iniquis manum, ipſi corruunt, & demerguntur in profundo uitiorum, ſicut medicus auget morbum nō poſitiuè qui adhibeat febrim, ſed priuatiuè, quia non ſanat, non adiuuat. Ita dicamus de Pharaone, indurauit non inſpirando, & inſtigando, ſed ſubtrahendo gratiam, non mollificando. Cum autem Deus in libertatem arbitrij reliquerit hominem auxilium ſibi negans, labitur per ſe in duritiem cordis ſui: ſic iſte populus iniquus, induratus, cæcus ſua iniquitate labijs Deum honorabat: ideo Propheta rogat apponere iniquitatem, non quod quæſierit contra proximum, ſed quia uidet in ſpiritu hoc futurum.

Tertiò concionatur Chriſtus hoc Euangelio contra falſam opinionem Phariſæorum, quam in delectu ciborum acceperant: quia enim per Moſen illis uaria Deus ciborum genera interdixerat, credebant ex natura ciborum inquinari manducantem, & reum apud Deum fieri, & ipſorum traditio inter alias erat frequenter manum lauare, contra quam hic peccarunt Apoſtoli, cum enim per Prophetam munditiem pręcipi audirent, ut eſt, emundamini, qui fertis uaſa Domini, Eſa. 52. Item lauamini Eſai. 1. credebant ex immunditia ſordium corporis animam inquinari poſſe: quam ſententiam corrigit Chriſtus per Apoſtolum oſtendens omnem creaturam Dei bonam eſſe, & nihil eſſe reijciēdum, quod cum præſenti actione percipitur. Conuocatis. n. ad ſe turbis dixit, Audite & intelligite, quia obſtinata iniquitate & malitia cæci fiunt iudæi ut allam per Chriſtum ueritatem non agnoſcerent illis neglectis: conuocat turbas, quibus cæperat paterna reuelare myſteria Matt. 11. Docens quid hominem purum uel impurum reddat, non quod intrat in os, & quod illotis manibus ſumitur, ſed quod procedit ex ore, quia enim inquinata mens eſt, & conſcientia,

Eſa. 52. c.
Eſa. 1. d.
Matth. 11. d.

fit

ſit, vt quicquid ex corrupto fonte cordis, & oris procedat impurum ſit, & immundum. Voluntas enim quæ humanarum actionum origo eſt, ſemel corrupta efficit, vt quicquid ab ea procedat immũdum ſit. Proinde qui contra mãdatum Dei, vel Eccleſiæ decretum cibum aliquem ſine vlla neceſſitate, ſed deliberata malitia, & volũtate arripit, vt gulæ ſuæ ſatisfaciat, hunc non cibus, ſed mala concupiſcentia, & voluntas reddunt immundum.

Sed quęſtio eſt inter vetus & nouum teſtamentum: nam Moyſes. Deut. 12. ait occide, & manduca omnem carnem. Deut. 12.

Et contra Paul. Rom. 14. Bonum eſt non manducare carnem. ſi Iſraelitis conceſſum fuit ad libitum omnem carnem manducere, cur Paulus dat conſilium contrarium, &c. cum lex noua omnem carnem ſanctificat vſui, dummodo ſit rationalis, & hoc fundamentum elicimus per id quod Petro dictum fuit è cęlo, Act. 10. Rom. 14. Act. 10.

Reſpondeo non immoderatè conceditur, dum dicitur ſecundum deſiderium animæ tuæ occide, & maduca omnem carnem: ſed quanta ſubſtentatione naturæ ſufficiat: aliter repugnarét illi Leuit. 21. ne forte grauentur corda veſtra in crapula & ebrietate.

Ad illam Apoſtoli dico, quod non ob hoc conſilium dederat non manducare carnem, quia eſſet illicitum: ſed prohibet illam cum ſcãdalo manducare propter id quod dixerat. 1. Corin. 8. Quapropter ſi eſca ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternũ, ne fratrem meum ſcandalizem. Roma. 14. Bonum eſt non manducare carnem, & non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut ſcandalizatur, aut infirmatur.

Sed contra Paulus non videtur ſibi conſtans: ait Rom. 14. Is qui manducat, non manducantem non ſpernat, & qui nõn mãducat, manducantem non iudicet; quia omni tempore homo bona intentione poteſt mãducare carnem. & in principio eius capitis, at qui infirmus eſt, olus manducet, cum tamen de infirmo in fide loquatur. Rom. 14.

Reſpondeo, quod infirmus eſt olus manducare, ac ſi dicat aliquis debilis in fide ſeu credulitate conſcientiæ, & carnes ſexta feria edere noluerit manducat olus, de quo certitudinem habere potuerit ex lege: ait enim Gen. 9. Et omne quod mouetur, & viuit, erit vobis, quaſi oleravirentia: tradidi vobis omnia in cibum. Hoc nanque pacto quicunque in manducando externa: potiet ur libertate, vt quem carnibus veſci delectat: eis libere veſcatur: qui vero ab earum vſu abſtinere decreuit, vt libitum abſtineat. vnde Apoſtolus. 1. Corin. 10. omne quod in macello venit manducate, nihil interrogantes propter conſcientiam: ſic Paul. Rom. 14. ait, Non eſt regnum Dei eſca & potus, & Gen. 9. Rom. 14.

1. Cor.

1.Cor. 8. 1.Cor.8. Eſca autem autem nos non commendat Deo, neque enim ſi manducauerimus abundabimus: neque ſi non manducauerimus de-
1.Tim.4. ficiemus, & 1.Tim.4. Quia omnis creatura Dei bona eſt, & ad Tit.1.
Tit.1. omnia munda, mundis coinquinatis autem, & in fidelibus, nihil eſt
Luc.10. mundum. & Chriſtus, Luc.10. manducate quæ apponentur vobis. &
Mat.15. hodiè per Matt.15. non quod intrat in os coinquinat hominem, ſed quare Eccleſia prohibet?

Reſpondeo, quod illa præmiſſa ſunt, non autem præcepta, vt vnuſquiſque aſſumat ad libitum, ſed in libertate Chriſtiana ſinit bona fide, & recta conſcientia gratum ſibi eligere cibum. Verum rationabili iure concedimus, vt quæ vno tempore Euangelium permiſſa eſſe voluit Eccleſia, quę eſt ſponſa Chriſti ſine macula, ſine ruga prohibeat, de eodem ſpiritu ab hominibus euitanda iubeat. ſi ergo Euangelium ciborum delectu aliquando prohibitio permiſit Eccleſia, aliàs tale permiſſum lege conſtrinxit, cui nempe obtemperare
Mat.18. tenemur: ait enim veritas. Si autem Eccleſiam non audierit, & iterũ
Mat.23. ſuper cathedram &c. omnia ergò quæcũque dixerint vobis, ſeruate
Heb.13. & facite. hoc ait Paulus Hebr. vlti. dicens. Obedite præpoſitis veſtris & ſubiacete eis. Ipſi enim peruigilant, quaſi renouationem pro animabus veſtris reddituri. & Auguſtinus, nec habebit Deum in patrem, qui Eccleſiam noluerit habere in matrem.

Sed dices nonne præcepta Eccleſiæ ſunt traditiones humanæ? cur tenemur obedire? nõne Petrus Act.5. ait obedire oportet Deo, magis quàm hominibus.

Reſpondeo, præcepta Eccleſiæ in hoc diſtant à præceptis Dei, vt illis teneamur omnino obedire, alia vero non contemnere, ſi uis ad vitam ingredi, Eccleſiæ verò non contemnere, quia aliquando cadit excuſatio, vt infirmitate in quadrageſima non ieiunet eſt excuſatus:
Mat.10. qui autem poteſt, & non facit, cõtemnit: clamat enim Chriſtus Mat.
Luc.10. 10. Luc.10. Io.12. qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, &c. me
Ioan.12. ſpernit.

Quartò ſuccurrit infirmitati diſcipulorum qui cęleſtem hanc philoſophiam de tollendo phariſaico ſupercilio quod exũ cibor delectu ſumebant, non dum poterant intelligere docens negligendum eſſe ſcandalum, quod impij ſumere ſolent ex pia doctrina Chriſti, qui de natura ciborum, ac commeſtorum ſententiam ſuam Petro interro-
Mat.15. ganti dixit poſt grauem comminationem, quod adhuc ſine intellectu eſſent, docet cibum, potum, & veſtitum ex natura ſua neminem corã Deo polluere, ſed ſolo peccato hominem corã Deo pollui, quod hoc ex corde ſuam originem ſumeret, vt ſunt cogitationes malæ, homici-

dia

dia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ: propter hoc enim, quia natura ſua mala ſunt, & verbo Dei prohibitæ, propter hoc enim venit ira dei ſuper in filios diffidentię omnes, qui his inquinati ſunt, manducare autem manibus non lotis non coinquinat homines, omnia munda mundis: nec poteſt animus qui incorporeus eſt deſudari, niſi inquinamento, & ſordibus peccatorũ. ergo ſinite illos, cęci ſunt, & duces cęcorum: omnes plantatio, quam non plantauit pater meus cęleſtis, eradicabitur. quam ſic Deus dixit Moyſi Exod. 32. Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo. Matt. 15. Eph. 5. Matt. 15. Exo. 32.

Sed contra Pſal. 111. ait Dauid, in memoria æterna erit iuſtus, ſi per peccatum quiſque delebit, quo modo erit iuſtus in memoria æterna? & ſi in memoria æterna, quomodo per peccatum delendus? declara. Pſal. 111.

Reſpondeo, duo libri ſunt: vnus vitę, alter mortis, ideſt prędeſtinationis, & reprobationis. Sed liber vitæ duplex, alter ſecundum præſentem diſpoſitionem, alter verò ſecundum æternum propoſitum.

In Primò enim libro ſcribuntur ſolum prædeſtinati quos Deus ab æterno elegit, & ſaluare diſpoſuit, conformes fieri decreuit imaginĩ: & dicitur liber prædeſtinationis, qui nil aliud eſt, quam diuina volũtas beneplaciti, quæ ſit ab æterno decreuit. In capite autem huius libri ſcriptus eſt Chriſtus ab æterno, vt in Pſal. 39. Materque eius Maria, omnes ſancti ab Abel, vſque ad vltimum iuſtũ, & ita hic ſcripti, vt numquam ab eo deleri queant: ſecundùm quem ſenſum Chriſtus ait Apoſtolis, Luc. 10. gaudete autem & exultate, quod nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis, nunquam cancellanda. Paul. quoque Philip. 4. ait cum clemente, & cæteris coadiutoribus meis, quorum nomina ſunt in libro vitæ. Pſal. 39.

Alter verò liber vitæ dicitur ſecundum præſentem diſpoſitionem per, quem intelligitur conſcientia cuiuslibet iuſti diſpoſita per gratiam: & iſte liber non eſt in Deo, niſi inquantum ipſe perſpicit in animam iuſti, per quam iuſtus eſt, Deo gratus ſecundum præſentem iuſtitiã, eo quod viuit per gratiam, quam ſi per peccatum amiſerit, deletur de libro vitæ, & ſcribitur in alio mortis: ſed ſi per pœnitentiam rurſus ad gratiam reuertitur deletur de libro mortis, & reſcribitur in libro vitę. Ex quibus duplex differẽtia colligitur, primus liber ſolũ eſt in Deo, alter verò in ſola conſcientia, Iuſti, ſecundaa primo, ſemel ſcripti nunquam delebũtur: ab iſto verò multi propter peccatum delentur, & per gratiam nouiter ſcribuntur.

Secundus verò liber eſt mortis, qui duplex eſt, alter ſecundũ æternum propoſitum, in quo ſunt ſcripti omnes damnati, quos Deus ab æterno

ęterno nouit obſtinatos, reprobandos, & ſine pœnitentia morituros,
Rom. 9. de quibus Paul. Rom. 9. abundè loquitur Romanis quorum nomina
Apoc. 17. nunquam fuerunt ſcripta in libro vitæ: de quibus Ioan. Apoc. 17. quorum non ſunt ſcripta nomina in libro vitæ à conſtitutione mundi.

Alter autem liber mortis dicitur ſecundum præſentem diſpoſionem, in quo ſunt ſcripti peccatores temporaliter, in quantum ſunt in peccato, & extra gratiam: & iſti duo libri mortis nullo modo ſunt in Deo, niſi obiectiuè inquantum ipſe nouit peccatoris culpam, & deformitatem ſecundum præſentem diſpoſitionem, ſic Pro-
Pſal. 138. pheta Pſal. 138. imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes ſcribentur, nec quia Deus videt deformitatem in peccatore eſt cauſa obſtinationis: & non eſt aliud liber iſte, niſi conſcientia ſubiecta peccato à Deo diſformi, de quibus duobus libris vi-
Apoc. 20. tæ ſcilicet, & mortis loquitur Ioann. Apoc. 20. quod in die iudicij mors, & infernus dederunt mortuos ſuos, & aperti ſunt libri ante iudicem, & apertus eſt alius liber, qui eſt vitæ, & iudicati ſunt mortui ſecundum ea quæ erant ſcripta in libris, & qui non eſt ſcriptus in libro vitæ, miſſus eſt in ſtagnum ignis.

Dico ergo, quod multi ſcripti in libro prædeſtinationis ſecundum ęternum propoſitum, qui aliquando ſcripti non fuerunt in libro uitæ ſecundum pręſentem diſpoſitionem, quorum fuit Apoſtolus, prima Cor. 15. qui manens in Iudaiſmo proſequebatur Eccleſiã, Aug.
1. Cor. 15. quoq; dum infectus hęreſi expugnabat catholicos: hi enim per multa temporis curricula ſcripti fuerunt in libro mortis ſecundum pręſentem diſpoſitionem, qui tamen nunq; deleti fuerunt ab illo libro vitæ, & è contra Iudas & iſti Phariſei. Diſ. Item ſicut nemo poteſt deleri de libro prędeſtinationis, ita nemo reprobationis, quia vterque liber reſpicit ęternum propoſitum: de libris verò ſecundum pręſentem diſpoſitionem, quòd hic ſcribuntur, & delentur. Diſ.

Sed ſciendum eſt, quod varia eſt cauſa ſcriptorum in his libris: nã Deus non ideo ſcripſit prędeſtinatos in libro vitę, quia eos bonos futuros pręnouit, ſed quia ipſe primo diligere, & pręeligere voluit eos: ſic Dauid Pſal. 17. Et eduxit me in latitudinem: ſaluum me fecit, quoniam voluit me: & quia voluit, ideo eis pręparauit gratiam ante mũdi conſtitutionem, Epheſ. primo. Sicut elegit nos ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti, & immaculati incõſpectu eius in charitate: non ergo prędeſtinatis ineſt cauſa, ſed ſoli Deo.

Oppoſitum tamen eſt de reprobatis, nam Deus non dicitur cauſa reprobationis eorum, ſed ideo ſcripſit ab ęterno, quia pręuidit eos futuros malos: qua in re non eſt ponendus in Deo liber mortis, Dico

ergo quod poſterior authoritas intelligitur de libro vitæ ſecundum æternum propoſitum prædeſtinationis, à quo nunquàm delēdus. Plātatio ergo iſta, quæ nunc videtur ſcripta in libro vitæ, & plantata in loco, & domo electo Iſrael; quoniam non plantauit pater meus, quia eſt plantata ſecundum præſentem diſpoſitionem, eradicabitur, quoniam ſecundum propoſitum æternum ob ſua demerita Deus reprobauerat, & ſcripſerat in libro reprobationis æternę mortis: ergo ſino cæcos. Diſcurre: [illegible]

Omnis ergo plantatio, quam non plātauit pater, eradicabitur. Homo enim planta dicitur per creationem, ſed planta verſa, quia planta habet radices in terra, & ramos in aere: homo verò ē contra. ſed planta, quæ non plantatur à Deo per gratiam dicitur mala arbor, quæ bonos fructus facere non poteſt: & non ſolum eradicanda, ſed ad ignē mittenda eſt. Hæbr. quidem ſi quo ad creationem, & lectionem plantæ Dei dicebantur, non tamē quo ad vitam, & mores, ſed potius Diaboli: ideo eradicabitur. & ſicut à fructibus omnis arbor cognoſci poteſt, ſic ab operibus omnis homo, aut præmium, aut demeritum conſequitur. Sed quid dicemus? non ne Moyſes, arbor bona malos fructus fecit: peccauit enim in aquis contradictionis? Nonne Dauid bona arbor adulterium, & homicidium commiſit? nonne Noe inebriatus eſt? Nonne Petrus Chriſtum negauit? Et ē contra nonne Manaſe, mala arbor pœnitentia ductus fructus bonos fecit? Nonne Nabucdonoſor in ſe reuerſus, humilis euaſit? Dico ergo quod Deus in præſenti iudicat, & ſi quem inuenit bona faciētem, bonam arborem vocat, & ē contra: nemo ergo ſe Chriſtianum eſſe tantum glorietur, ſi operibus bonis caret, quia non omnis qui diceret. Domine, Domine intrabit in regnū cœlorum, & primæ Ioan. 2. Si quis dicit ſe noſſe Deū & mandata eius non obſeruat, hic mendax eſt: opera ergo bona fructus veri Chriani, & ab eis cognoſcitur. Prophetare autem & ſigna facere etiam malis conceditur, ſed non eſt fructus, quo diſtinguuntur boni à malis. Balaam prophetauit, & multa bona dixit, attamen auaritia ductus occiſus eſt: ſic Saul, & Cayphas prophetauerunt: ſic Pharao, & Nabuc futura viderunt: ſic Magi in Aegypto multa ſigna, quę Moſes fecerat, & ipſi fecerunt: ſic multi mali Dęmonia eiecerunt: vnde Apoſtoli dixerunt Chriſto, Domine vidimus quendam in nomine tuo eijcientem Dæmonia, qui non ſequitur nos. Mar. 9. Quæ virtus etiam malis conceditur, vt laudetur nomen Domini, in quo eijciuntur, vel ob ſalutem illorum à quibus eiecerant, & qui videbant: attamen hæc virtus verum Chriſtianum non oſtendit, ſed humilitas cordis, cultus Dei, amor proximi, opera miſericordiæ: hæc oſtendunt arborem

Matt. 7.
Num. 20.
2. Reg. 11.
Gen. 9.
Matt. 26.
2. Parali. 33.
Danie. 4.

borem bonam. Hebræi ergo malè operantes à Chriſto reprehenduntur tanquam arbor mala, & planta mala, quæ non ſolum eradicabitur, ſed ad ignem mittetur.

Deus enim fecit ſicut bonus hortulanus, qui plantat, & ædificat hortum ſuum, & nutrit virgas, quas poſtmodum tranſplantat in horto, ſic Deus noſter tranſtulit vineam, hominem de Aegypto culpę, & eijcit gentes, ideſt peccata per virtutem pœnitentiæ, & plantat in horto Eccleſię, vbi enutriuntur eius arbores quandoque tranſplantandę in horto gloriæ. Sed quoniam adhuc multi remanent in concupiſcentia in horto Diaboli, ideo talibus comminatur Dominus, omnis plã tatio, quàm non plantauit pater meus, eradicabitur, &c. Quaſi dicat, Illos qui nolunt tranſplantari, oportebit aliquando eradicari.

Notandum, quod triplex eſt hortus. Primus eſt ortus mundi, in quo Diabolus plantat peccatores, & diuites auaros per amorem ter-
Pſal. 143. renorum, de quibus dicitur, quorum filij, ſicut nouellæ plantationes
Hier. 12. in iuuentute ſua, Pſal. 143. Et Hier. 12. Plantat diuites, dando eis abũdantiam temporalium: mittunt enim radices per amorem ad tempo
Ioan. 8. ralia. Iſtis autem dicit Dominus. Vos ex patre Diabolo eſtis, Ioan. 8. & minatur ruinam adueniente vento, dicens, Adulterinæ plantationes ſunt, non dabunt radices altas, nec ſtabile fundamentum collocabunt: & ſi in ramis in tempore germinauerint informiter poſita a vento commouebuntur, & à nimietate ventorum eradicabuntur, Sap. 4. quanto enim arbor eſt magis radicata, tanto minus à vento cõmouetur, ſed iſtæ plantæ ſtatim eradicantur. iſtæ ſunt ſimiles lilijs in vaſe aquæ pleno plantatis, quæ cum floreant per aliquot dies, & bene plantatæ videntur, attamen non multo poſt moriuntur, ita iſti plantati non in terra firma, ideſt non in Deo per amorem, ſed in materia fluxibili, ideſt in temporalibus ſtatim, & poſt modicum tempus à ſua altitudine, & pulchritudine deponũtur. In iſto horto quidam ſunt plãtati per affectum, in cęlo tamen per intellectum, vt ſunt illi qui bene intelligunt de Deo, bene ſciunt ſcripturas, & peſſimè viuunt, ſicut illi qui toto die verbum Dei audiunt, malè tamen operantur: de qui-
Eſa. 17. bus Eſa. 17. Præterea plantabis plantationem infidelem, & germen alienum ſeminabis. Infidelis planta eſt multa ſcire, vel audire, & pauca, vel nulla operari: vnde dicitur, Tu ſeminabis, & non metes. Seminat, & non metit, qui prædicat, & non operatur: calcat oliuam, ideſt exponit ſcripturam, & non vngetur oleo gratiæ, vel affectionis de talibus hodiè loquitur Chriſtus, d. omnis plantatio &c.

Alius eſt hortus cœli, in quo Dominus plantat beatos, qui ſunt arbores a Deo bene formatæ, ita vt ſint regio conſpectu dignæ, de quibus

bus dicitur, plantabis in monte. In iſto horto plantati ſunt quidam, qui adhuc ſunt in via, & hoc per deſiderium, vt ſunt illi, quorum con uerſatio eſt in cœlis, de quibus dicitur Pſal. Plãtati in domo Domini in atrijs domus Dei noſtri. Iſti autem ſuo tempore plantabuntur in cœlo ſecundum veritatem, vnde dicitur Amos 9. Et plãtabo eos ſuper humum ſuum, & non euellam eos vltra de terra ſua, quam dedi eis: & alibi, ædificabo vos, & non deſtruam: plantabo, & non euellã. Hier. 42. Tales ſunt ſancti Apoſtoli, Martyres, & omnes electi, qui ſunt plantæ Dei firmæ, iuxta illud Luc. 24. Vos autem ſedete in ciui tate, quó ad vſque induamini virtute ex alto: hos enim plantauerat Dominus, & ſpiritu ſancto firmauerat: vnde dicebat, Et nolite time re eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere, Matt. 10. & alibi, ſi me perſequuti ſunt, & vos perſequentur, ſed triſti tia veſtra vertetur in gaudium, Ioann. 15. & iterum, calicem quidem meum bibetis. Mat. 20.

Pſal. 91. Hier. 42. Luc. 24. Mat. 10. Ioan. 15 Mat. 20.

Alius eſt hortus Chriſti, qui eſt Eccleſia, quæ eſt bona plãta, de qua homo paterfamilias plantauit vineam, Matth. 21. Hanc aliàs plantauit in Iudæa, eiecisti gentes, & plantaſti eam, Pſal. 79. poſtmodum tranſplantata eſt a Iudæa ad gentes, auferetur a vobis regnum Dei, Matth. 21. & alibi, Roma. 11. Tu autem oleaſter cum eſſes, inſertus es in illis, & alibi Act. 13. quia repuliſti verbum, Vobis oportebat pri mum loqui verbum Dei, ſed quoniam repellitis illud, ecce conuertimur ad gentes. In iſto horto plantantur iuſti per gratiam nunc, aliàs plantandi ſunt per merita in horto gloriæ: ab utroque eradicãdi per illorum demerita: exemplo ficulneæ ſignatur, de qua dicitur. Ecce an ni tres ſunt, ex quo venio quęrens fructum in ficulnea hac, & non in uenio: ſuccide ergo illam, vt quid etiam terram occupat? Luc. 13. & ali bi Dominus maledixit ficulneæ non inueniens in ea niſi folia, Matt. 21. & tamen tunc non erat tempus ficuum.

Pſal. 79. Mat. 21. Rom. 11. Act. 13. Luc. 13.

Has plantationes plantauit Dominus, quę tamen cultiuari debẽt, & primo putari ſarculo pęnitentiæ, iuxta illud, eieciſti gẽtes, ideſt pec cata, & plantaſti ea in pœnitentia; Pſal. 79. Eijciendę ſunt vrticę luxurię, ſpinę auaritiæ, lapides nequitiæ: quia omnia iſta ſuffocant triticum, Matth. 13. Sic conſumunt nutrimentũ bonorum arborum, exẽplum de ſurculis adulterinis, quæ grauãt arborem, quia tollunt morem, ita peccatores, & peccata conſumunt nutrimentum, ideſt deuotionem bonorum, & malas affectiones inducunt, & hominem frumẽti, & vitam conſumunt.

Pſ. 79. Mat. 13.

Secundò, debent rigari aqua deuotionis, ne radix, ideſt intentio ex ſiccet, iuxta illud Oſe. 9. Radix eorum exiccata eſt fructum nequa- Oſe. 9.

quam

quam facient, quia in terra arida non creſcunt herbæ, niſi irrigentur: vnde dicitur Eccle. 24. rigabo ortum plantationum, & inebriabo partus mei fructum, & ſi quis ſit qui nō habeat aquas in proprio puteo veniat ad illum, qui dixit ſi ſcires donum Dei, &c. & dediſſet tibi aquam viuam &c. Iuſtus verò aſſimilatur arbori plantatæ ſecus decurſus aquarum, vt Dauid Pſal. 1. & erit tāquam lignum quod plantatum eſt, &c. & merito arbori comparatur, primò propter immobilitatem radicis, ſic iuſtus immobilis eſt in fide, vt primæ Theſ. Paul. ait: Tu autem fide ſtas, id eſt non cito moueamini a vento. Secūdum propter altitudinem: ſic iuſtus altiſſima ſperat, vt Daniel. 4. Magna arbor, & fortis, & proceritas eius contingens cœlum. Tertiò propter humorem: ſic iuſtus ex humore charitatis, Epheſ. 3. In charitate radicati, & fundati. Quartò ex varietate ramorum: ſic iuſtus ex varietate virtutum Cardinaliū, Oſe. vlt. & erumpet radix eius, vt libani ibunt rami eius. Quintò propter pulchritudinem florum: ſic homo iuſtus ex pulchritudine morum, & honeſtatis, Eccleſi. 24. Flores mei fructus honoris, & honeſtatis. Sextò propter ornamentum foliorum: ſic iuſtus ex ornamento eloquutiones ad honorem Dei, & proximi vtilitatem, Ioann. Apocalip. 22. Folia ligni ad ſanitatem gentium. Septimò propter vtilitatem fructuum: ſic homo iuſtus ex vtilitate fructuum bonorum operum, Matt. 7. Arbor bona bonos fructus facit. Homo enim dicitur iuſtus, in aqua ſemper eſt gratia Dei.

Eccle. 24. Ioan. 4. Pſal. 1. Ephe. 3. Oſe. 14. Eccle. 24. Apoc. 22. Matt. 7.

Tertiò debeat ædificari per exercitium virtutū: vnde dicitur, Hiere. 1. Ecce conſtitui te, vt ædifices, & plantes.

Hiere. 1.

Ad cognoſcendum autem ſi quis ſit planta Dei, ideſt plantatus in terra bona: tria viuant, & manifeſtant. Primum qui habet radices altas, bonas, & profundas per humilitatē, vnde Iob. Radix mea aperta eſt ſecus aquas. Radix mea, ideſt intentio mea aperta eſt, vel debet eſſe aperta ſecus ſcripturas, & copiam lachrymarum, & ſic erit ros diuinæ benedictionis in metendo quæ hic ſemihabimus: vnde dicetur, aquæ nutriunt illum abyſſus exaltauit illum Ezec. 31.

Iob. 29. Ezec. 31.

Secundum, quia fructus multi: vnde dicitur Implebūtur areæ frumento, & redundabunt torcularia vino, & oleo, Iocl. 2. Replentur areæ, ideſt conſcientiæ frumento charitatis in Deum, & proximum, & redūdabūt torcularia, ideſt mentes vino ſpiritualis lætitiæ: nam ſanctus homo veſtit nudum, paſcit famelicum, viſitat infirmum, hoſpitatur peregrinum.

Iocl. 2.

Tertium, quia iidē fructus ſunt boni & optimi: vnde dicitur vnus habebat ficus bonas valde, & Galat. 5. Fructus autem ſpiritus ſunt,

Gala. 5.

charitas,

charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas: iſtę ſunt ficus bonæ, quia ad ædificationem proximi bonæ ualde proponuntur. Hæc opera & fructus arboris in cęlo non indigent: ibi enim nullus indiget ueſte, quia nullus nudus, ſed omnes ueſtiti ſunt immortalitate. Nullus peregrinus qui hoſpitari indigeat, ſed omnes ſunt Ciues, & domeſtici perpetui. Nullus cibari indiget, ſed omnes uiſione, & fruitione Dei ſaturati ſunt. Nullus potu indiget, ſed omnes dulcedine & bonitate Dei ebrii ſunt. Nillus infirmus uiſitatus, quia omnes ſani & conſolati lætantur. Nullus carceratus redemptionem quærit: omnes enim liberi & ſoluti ſunt. Nullus ſepultura indiget, quia immortalite induti ſunt.

Additur quartus hortus, in quo plantātur peccatores, & miſeri, qui trahunt humorem uenenatum, & ideo fructus acerbos faciūt: unde dicitur Sap.4. & fructus illorum inutiles, & acerbi ad mandu- Sap.4. candum, ad nihilum apti: in quo horto plantatæ erant iſtæ plantæ Iudæorum per obſtinationem, quia non credebant in Chriſtum, ſed temerariè iudicabant: contra quos Paul. Roma. 2. ſcribens ait pro- Rom.2. pter quod inexcuſabilis es ò homo omnis, qui Iudicas: in quo enim Indicas alterum, te ipſum condemnas: ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit: ſecundum autem duritiē tuam, & & impœnitens cor theſaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iuſti Iudicij Dei, & Rom. 14. eiſdem ait, is qui manducat, non mandu- Rom.14. cantem non ſpernat, & qui non manducat, manducante non iudicet. & primæ Cor.4. mihi autē pro minimo, eſt ut à uobis iudice & c. qui 1.Cor.4. autem me iudicat Dominus eſt, & cap.6. audet aliquis ueſtrum ha- 1.Cor.6. bens negocium aduerſus alterum iudicari apud iniquos & non apud ſanctos. & Coloſ. 2. nemo ergo uos iudicet in cibo aut in potu, Coloſ.2. aut in parte diei feſti, aut nemonię, aut ſabbathorum, quæ ſunt vmbræ futurorum, Amen.

FERIA QVINTA

Tertiæ Dominicæ.

Surgens Ieſus de Synagoga. Luc. 4.

PAVLVS Apoſtolus ſcribens ad Romanos, quòd nos ſi Rom. 15. dignas gratias pro ſalute quam conſequuti ſumus Deo referre cupimus niſi miniſtros eius reciperemus, & eis benefaceremus, id agere non poſſumus, cum his

Deus dignatus eſt mediantibus nobis talem gratiam conferre, ideo laudat gentiles, qui tunc erant in Macedonia, & Achaya, ex quo pauperibus, qui tunc erant in Hieruſalem, ſatis benefaceret: & aſſignat rationem dicens, nam ſi ſpiritualium eorum participes facti ſunt gẽtiles debent, & in carnalibus miniſtrare illis, & è contrario conqueritur de Corinthijs dicens, ſi nos vobis ſpiritualia ſeminauimus: magnum eſt, ſi nos carnalia, veſtra metamus? Socrus autem Simonis Petri cognoſcẽs beneficium, quod à Chriſto recepit, ſurgens miniſtrauit eis, vt habetur in Euangelio hodierno. quieſcite.

1. Cor. 9.

Tria rector nauis in hoc portu ſacri Euangelij nautis omnibus oſtendit. Primò clementiam ſuam ingentem. Secundò poteſtatem. Tertiò prudentiam.

Circa primum, oſtendit clementiam, qui ſurgens de ſynagoga ſocrum Simonis viſitare non dedignatus eſt, quinimmo ei ſanitatem reſtituere voluit dicens, Non veni pro his qui medico non indigent: ſed pro illis, qui medico opus habent: ideo imperauit febri, & dimiſit illam: & non ſolum illam, ſed ſingulis manus imponens ſanabat omnes. Poteſt dubitari, cum Chriſtus ſolo nutu, aut ſola voluntate ſanare potuiſſet: vnde eſt, quod voluit manum imponere, & ſingulis.

Matt. 9. Mar. 2. Luc. 4.

Reſpondeo, ad doctrinam noſtram, vt addiſcamus, quod diuerſæ medicinæ adhibendæ ſunt diuerſis infirmitatibus. Volo autem quod conſideremus, quod Chriſtus multipliciter manum impoſuit.

In crucis patibulo: bonus enim medicus, per copulationem cum infirmo infirmatur, aliter neſcit curare: vnde Apoſtolus, quis infirmatur, & ego non infirmor? ſecunda Corinth. 11. Chriſtus autem nedum infirmatus eſt, ſed & mortuus eſt, vt nos ſanaret. Hæc impoſitio ſignata eſt in lepro ſo, qui dixit, Domine, ſi vis potes me mundare, & Chriſtus impoſuit ei manum, & ſanauit eum, vt dicitur Matth. 8. Leproſus ſignificat genus humanum lepra peccati originalis infectum, cui Chriſtus in tantum manum impoſuit, vt quaſi leproſus ipſe efficeretur: vnde dicitur, & nos putauimus eum, quaſi leproſum. Eſa. 53.

Matth. 8.

Manum impoſuit, quia in illa manu erat ſalus noſtra, iuxta illud, quod dicitur, Prouer. ſalus noſtra in manu tua: quæ ideò perforata eſt, vt inde afflueret ſalus noſtra: vnde dicit, expandi manus meas tota die ad populum incredulum, Eſai. 65. Propter hoc beneficium ſalutis in perſona Chriſti dicitur, Digiti mei pleni myrrha probatiſſima, Cantic. 5. Ille enim ſanguis, qui fluxit, ſimilis eſt myrræ probatiſſimæ.

Eſa. 6. 5
Can. 5.

tiſſimæ, quia ſic illa, quæ voluntariè fluit, ita ſanguis Chriſti: oblatus eſt, quia ipſe voluit, Eſai. 53. & poteſtatem habuit ponendi animam, Matth. decimo, Quia ſicut illa vermes interemit, ita iſte ſanguis Dæmones humiliando, illos eijcit: nam Ioann. 12. Princeps mundi eiectus eſt per illum: quia ſicut illa conſeruat corpus à putredine, ſic & memoria paſſionis, ſeu ſanguinis Chriſti. Impoſuit ergo omnibus manus, quia pro omnibus paſſus eſt, & omnes, quantum in ſe eſt, curauit à peccatis: vnde in perſona eius dicitur Oſe. 13. Ero mors tua, ò mors morſus tuus ero inferne: Diabolum enim ſubiugauit, & ſpoliauit lymbum inferni.

Eſa. 53. Matt. 10. Ioan. 12. Oſe. 13.

Impoſuit manum in quotidianis flagellis: vnde dixit Dominus ad Sathan, ſed extende paululum manum tuam, & tange cuncta, quæ poſſidet, Iob primo. & in Pſal. & eleuauit manum ſuam ſuper os, vt proſte r neret eos in deſerto. Hæc eſt illa manus, quæ flagellat ſuperbos, iuxta illud, ſuſcepit de manu Domini pro omnibus peccatis ſuis. Affligit iniquos: aggrauata eſt autem manus Domini ſuper Arotios, & demolitus eſt eos. prima Reg. 5.

Iob. 1. Pſal. 105. 1. Reg. 5.

Ligat peruerſos, facta eſt manus Domini ſuper Philiſteos, primi Reg. 7. Deſtruit impios. Fiebat enim pacor mortis in ſingulis vrbibus, & grauoſa valde manus Domini, primi Regum 5. Reprobat peccatores, cuius ventilabrum in manu ſua, & permundabit aream ſuam, Matth. tertio, Deteſtatur omnes malos: Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis, Hebræ. 10. Victorias præbet beatis. Ideo iuſti tulerunt ſpolia impiorum, & decantauerunt Domine nomen ſanctum tuum, & victricem manum tuam laudauerunt, Sap. 10. Eleuat contemplatiuos. Facta eſt ſuper me manus Domini, & dixit, ſurgens egredere in capum, & loquar tecum, Ezech. 3. Defendit pupillos, quis putas puer iſte erit: etenim manus Domini erat cum illo, Luc. primo, Deducit rectos, etenim illuc manus tua deducet me, Pſal. 138. Cuſtodit iuſtos. Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt, Sapien. 3. Confortat infirmos: Manus enim Domini erat mecum confortans me, Ezech. 3. Nec ſolum confortat: immo ſanat teſte Euangelio hodierno, cum dicit, ſingulis manus imponens.

1. Reg. 7. 1. Reg. 5. Mat. 3. Heb. 10. Sap. 10. Eze ch. 3. Luc. 1. Pſal. 138. Sap. 3. Ezech. 3.

Iſta manus habet quinque digitos, ideſt ablationem rerum temporaiium. Vnde dixit, Venerunt Caldęi, & fecerunt tres turmas, & inuaſerunt camelos, & tulerunt, Iob primo: vnde dicitur filijs, & filiabus tuis veſcentibus, & bibentibus vinum in domo fratris ſui primogeniti, repente ventus vehemens, irruit a regione deſerti, & concuſſit quatuor angulos domus, quæ corruens oppreſſit liberos eius.

Iob. 1.

V 2 Percuſſio

Sed dolendo imponit dominus manum flagellando: ſed impoſitiones iſtę parum vel nihil iuuant multis, quia obſtinati ſunt: cum tamen potius cum turbis quærere deberent: imo curram ad dominum: ſolet enim communiter dici. Non minor eſt virtus quàm quærere parta tueri. Dicit enim quod turbæ non ſolum requirebant, ſed detinebant Ieſum. quæritur profectu bonæ opinionis, tenetur affectu delectationis. quidam autem quærere non curant, quia malefici: ipſe non iudex malorum: latro enim fugit Regem, filius Regis ſequitur eum. Tales Roboan, qui fecit malum, & non præparauit cor ſuum, vt quæreret dominum, vt dicitur ſecundo Paralip. 12. ſed iſti, & ſi non quærant, inueniunt tamen eum iratum: ideo dicitur, inueniatur manus tua, omnibus inimicis ſuis, venit manus tua, Pſal. 20. 2. Parali. 12.

Quid de his qui non ſequuntur: ſed proſequitur qui ſancta membra eius excoriant: qui benefacientes, & ſequentes impediunt, Pſal. 17. perſequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non conuertar, donec deficiant. Pſal. 20. Pſal. 17.

Quidam requirunt eum, ſed non inueniunt, quia pœnitere incipiunt, vel proponunt pœnitere, ſed non perficiunt, & non pœnitet: & hoc multiplici ratione, quia vel eos reuocat amor præteritæ voluptatis exemplo Iudæorum Num. 14. vel pudorem habent irriſionis, exemplo ruſtici, qui proiecit agnum, vnde dicitur Pſal. 30. erubeſcant impij & deducantur in infernum dicit Diabolus: vel pudorem futuræ difficultatis, exemplo Petri qui ſequebatur à longe, & dominum negauit. Vel ſpem diù uiuendi potiſſime, & in hoc præ cæteris maximè homo ſtultus eſt. Melius eſſet non tardare, ſed exemplo Petri currere: qui poſtquàm rediit ad cor ſuum, ſequutus eſt dominum vſque ad crucem. Pſal. 30.

Quidam ſunt, qui quærunt & inueniunt, & in bono perſiſtunt: & iſti beati ſunt iuxta illud, qui me inuenerit inueniet vitã. & alibi, Prouer. 3. Lignum vitæ eſt, qui apprehenderint eam, & qui tenuerint iam beati. Beatus ideo dicitur multipliciter, primo vt æger ad medicum: de Caſtellis enim veniebant ad eum, vt pauper ad eleemoſynarium. vnde, ſitiẽtes venite ad aquas Eſa. 55. vt laſſus ad refrigeriũ, venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, detineamus eum, ſicut iratum, ne nos percutiat: ſicut eleemoſynarium, vt nobis mendicantibus eleemoſinam tribuat: ſicut amicum, ne à nobis diſcedat, ſed maneat nobiſcũ nunc per gratiã. rogemus eum ſicut apoſtoli rogauerũt eũ pro ea: ſancti enim pro nobis ſemper orant, ideo rogãdi ſunt in neceſſitatibus ſicut Moyſi orant, pro populo Idololatra dixit Deus Prouer. 3. Eſa. 55. Matt. 1. Luc. 24. Luc. 4.

Exod.33. Deut.32. Matt.15. dimitte me, vt iraſcatur furor meus inuens quod præcibus ſanctorũ flectitur Deuter.32.Apoſtoli rogauerunt pro Cananea dicentes, dimitte eam, quia clamat poſt nos ſic hodiè rogauerunt pro ea. Diſcurre.

Secundò,oſtendit virtutem,& potentiã non ſolum eijciendo infirmitates,ſed expellendo ſpiritus malignos:nec voluit ab improbis,& malignis ſpiritibus ſuam virtutem prædicari,non Dæmonia clamantia,& dicentia, quod eſſet filius Dei increpat: nõ enim vult Christus, veritatis,& fidei hoſtes audiri,licèt verum dicant,vt tutius decipiãt:, quæ societas lucis ad tenebras? quæ autem conuentio Christi ad Belial.2.Cor.6.accerima comminatione increpat fideles docens,& monens,ne quid vel cum ipſo,vel cum eius membris hæreticis,infidelibus,occulta commutatione cõtrahant, nec veritatem ab eis quærãt:, vt hodiè in libris lutheranis apparet. (2.Cor.6.)

Matt.16. Sed quare Petrus fide laudatur, qui dixit, tu es Chriſtus filius Dei viui: Dæmon verò damnatur,qui idem dixit? Reſpõdeo, quia Petrus ſincerè, & amando, Dæmon autem decipiendo fraudulenter.

Sed meritò quæritur, an Dæmones cognouerint Chriſtũ eſſe Meſſiam in lege promiſſum,& Dei filium æqualem patri ſecundum diuinitatem? Reſpondet Nicolaus de Lyra ſuper Marcum, cap.1. quod Dęmones ſciebãt Ieſum Meſſiam in lege promiſſum per prophetias de Chriſto dictas:quæ determinant locum, tempus, & modum veniendi Chriſtum, uerumtamen, vt ipſe Nicolaus affirmat, neſciebãt eum eſſe Dei filium per naturam æqualem patri,& coæternum,licèt ad hunc finem tentauerit eum Diabolus, quia ſi cognouiſſet eum eſſe Deum,nunquam Iudæos commouiſſet ad occidendum.

Sed contrarium videtur:ſi enim Diabolus ſciuit eum Meſſiã promiſſum in lege prophetarum oraculis, pariter ſciuit eſſe filium Dei; quod patet ex ſcripturis veram habens diuinitatem cum patre, Eſaia dicẽte,Paruulus natus eſt nobis,& filius datus eſt nobis, & factus eſt principatus ſuper humerum eius,& vocabitur nomen eius admirabilis conſiliarius,Deus fortis,pater futuri ſęculi, princeps pacis.Hiere.23.ait,Hoc eſt nomen, quod vocabunt eum, Dominus iuſtus noſter.& Michæ. 5.teſtatur locum.Et tu bethlehem,& ex te mihi egredietur, qui ſit donator in Iſrael, & egreſſus eius ab initio à diebus æternitatis.Et Daniel,Poteſtas eius,poteſtas æterna, quæ non auferetur; & Dauid, Sedes tua Deus in ſæculum ſæculi: & iterum. Sit nomen eius benedictum in ſæcula:& Zachar.Effundam ſuper Domum Dauid: ergo ſi ex ſcripturis nouerat Chriſtum eſſe Meſſiam,æqua ratione nouit eum filium Dei. (Eſa.9. Hiere.25. Miche.5. Daniel.7. Pſal.44. Pſ.17.)

Secundò

Secundò Chriſtus ſe manifeſtauit dicens Ioan.8. Quis ex vobis arguet me de peccato: & infra Abraham exultauit, vt videret diem meum: & rurſus antequam Abraham fieret, ego ſum: proinde dixit Philippo. Ioan.14. Qui uidet me, uidet patrem meum, ego in patre, & pater in me eſt: & infra exiui a patre &c. & Ioan.16. & expedit vobis, vt ego vadam &c. ergo habebat authoritatem mittendi ſpiritum Sanctum, & ego, & pater vnum ſumus: hoc autem operibus comprobabat: opera, quæ ego facio in nomine patris mei, hæc teſtimonium peribent de me, ſi mihi non vultis credere operibus credite: ergo Diabolus cogebatur cognoſcere Chriſtum Deum. Ioan.8. Io.14. Ioan.16. Ioan.10.

Tertiò miraculis, filio viduæ dixit. Adoleſcẽs tibi dico, ſurge: & Lazaro quatriduano. Lazare veni foras: ad languidum, Tolle grabatum: Imperauit ventis, & mari. Nemo enim propria virtute miracula facit, niſi verus Deus: ergo ipſum Deum cognoſcere poterat. Luc.7. Ioan.11. Io.5. Matth.8.

Quartò, cognoſcebat cogitationes cordis, quod proprium Dei eſt, Luc.5. Vt cognouit Ieſus cogitationes eorum dixit ad illos: quid cogitatis mala in cordibus veſtris. Item: ipſe autem, vt vidit cogitationes eorum, dixit eis, omne regnum in ſe ipſum diuiſum deſolabitur. Luc.5. Luc.11.

Quintò remittebat peccata propria virtute. Confide fili: & Phariſeus dicebat, quis eſt hic, qui etiam peccata dimittit, & ait illis Ieſus, quid eſt facilius dicere, dimittuntur tibi peccata, an dicere ſurge, & ambula? vt ſciatis, quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata: & ſic peccatrici remittuntur ei peccata multa &c. non eſt ergo mirum, ſi ſpiritus immundi, cum videbant illum, clamabant, Tu es Chriſtus filius Dei: Chriſtus autem non ſinebat ea loqui ſciebant Dęmones per mortem Meſſiæ minuendum fore eorum Imperium, & ſpoliandum infernum: ſed certè non habebant hoc futurum à Chriſto in carne, quia iam impediſſent, vt in vltimo fecerunt cum Pilato: magnam ergo Chriſtus hodie oſtedit potentiam. Mat.9. Mat.9. Luc.7.

Tertiò, magnam prudentiam oſtendit, quæ apparuit in gentium traditione, facta autem die, &c. quam prudentiam complendo officium quo venerat pręſertim oſtendit. Miſſus erat enim, vt doctor, vt legatus, vt medicus.

Vt doctor ad inſtruendum ignorantes, iuxta illud, filiæ Syon exultate, & letamini in Dño Deo veſtro, qa dedit vobis doctorẽ iuſtitiæ, Ioel.2. Doctor iſte datus fuit Chriſtus Dei filius, qui docuit nouum modum vincendi noua, iuxta illud: Noua bella elegit Dominus &c. Iudic.quinto, docuit fugiendo vincere, iuxta illud, cum perſequentur vos in vna ciuitate fugite in aliam, Matth.10. Et alibi, O filia Ioel.2. Iudic.5. Matt.10.

Syon,fuge quæ habitas apud filiam Babylonis,Zachar.2o. Tacendo
ſuperatec ontumelioſos,iuxta illud,nõ clamabitis,nec audietur vox
Ioſue.6. noſtra,nullus ſermo ex ore noſt ro egredietur,Ioſue 6.
Mat.5. Amando ipſos carnifices coufundere,iuxta monitum, diligite ini
micos veſtros.ſubſtinendo ritus,nos defendere,& ab hoſtibus cuſto
Luc.21. dire, iuxta illud Domini dictum Luc. 21.In patiẽtia veſtra poſſidebi
tis animas veſtras:per patientiã.n.& ſubſtinentiã aduerſitatũ cuſtodi
Rom.12. mus aĩas noſtras,& hoſtes vincimus.hinc dicit Apoſtolus Rom.12.
Non voſmetipſos defendentes chariſsimi,ſed datæ locum iræ: pro-
Prou. 16. pterea dicitur Prouer.16.Melior eſt patiens viro forti, & qui domi-
nabitur animo ſuo, expugnatore verbiũ &c. Deſcendẽdo aſcendere,
& deprimẽdo nos eleuare:qui.n.vult ſaltare ſe retrahit retro,& poſt
Mat.32. modũ fortiter ſaltat:hoc moraliter fit per humilitates,Matt.32. qui
ſe humiliat exaltabit. Hic applica de Chriſto,qui tradidit hãc doctri
nam de ſuo exemplo dicit,qui aſcendit ipſe eſt,& qui deſcendit in in
Ephe.4. feriores partes terræ,Ephe.4.
Hic doctor noſter docuit vtilia,vt puta abijciẽdo congregare,ſpẽ-
dendo ſparagnare, mancando multiplicare, ſminuendo accreſcere.
hoc autẽ fit,per opera pietatis in pauperes:vnde ipſe dixit,vende oĩa,
Mat.19. quæ habes,& da pauperibus &c.Mat. 19.Et hoc eſt quod Sap. dicit.
Alij diuidunt propria,& ditiores fiunt, ſcilicet in cęleſtibus bonis,
Prouer.11. Prouer.11.Propterea dicit Dominus per prophetam. Ego Dominus
Eſa.48. docens te vtilia &c.Eſa.48.docet.Docuit leuia, nam iugum eius ſua
Mat.11. ue,& Matth.11.vbi glo. quid ſuauius? quid leuius iugo Chriſti?om-
nes diligere, terrena deſpicere, abſtinere a malo, alij non facere qđ
1 Ioan.5. tibi nõ uis,fieri: vnde dr̃,mandata eius grauia nõ ſunt:quod ego præ
Deut.30. cipio tibi,non eſt ſupra te.Docuit honeſtẽ, iuxta apoſtolum, porro
hoc ad vtilitatẽ veſtrã dico,nõ vt laqueum vobis inijciã,ſed ad id qđ
1.Cor.7. honeſtum eſt,1.Cor.7.nihil honeſtius munditia caſtitatis, de qua lo
quitur ibi, nam hæc eſt voluntas Dei ſanctificatio noſtra,d.Paulus,
1.Theſ.4. Præcipit enim dominus,non occides,non mæchaberis,non fur,non
Exo.20. teſtis iniquus,non concupiſces,non fœneraberis.
Secundò miſſus eſt legatus ad recõciliandũ excõicatos: nã recõci-
Rom. 5. liati ſumus p mortẽ filij eius.Ro.5 dicit.n.Xp̃s auditũ audiuimus à
Hier. 49. Dño,& legatus ad gẽtes miſſus ſũ:Hie.49.tali legato idigẽt pctõres,
inciderũt.n.in excõicationẽ q̃tũ ad eccliã trũphãtẽ multiplici de cã.
Primò, quia incendiarii ſunt: poſuerunt enim ignem in templum
1.Cor.3. Domini, de quo prima Cor.3. tẽplũ domini Dei ſanctum eſt, quod
eſtis uos.In hoc tẽplo incenderunt ignẽ inuidię:de quo dicitur,ignis
Iob.31. eſt vſq; ad perditionẽ deuorãs,& omnia eradicãs, Iob.31.Ignẽ ſupra
de

de quo, ſupercecidit ignis, & non uiderunt ſolem, Pſ. 57. Ignem auaritiæ, de quo anima calida: qui ignis ardens non extinguetur donec aliquid glutiat, Eccle. 23. Ignem luxuriæ, de quo, Incenderunt igni ſanctuarium tuum in terra, Pſ. 57. & per Prophetam domum magnam (ſcilicet animæ) igne cumbuſſit, Hiere. 52. Pſ. 57. Eccl. 23. Pſal. 57. Hier. 52.

Secundò excõmunicati: quia Idololatræ quales ſunt auari, qui idolum auaritiæ, uel pecuniæ adorant iuxta illud, nec inferes quicquam ex idolo in domum tuam, ne fias anathema: ſic & illud eſt Deuter. 7. in exemplum Achan lapidatus eſt, qui furatus eſt de anathemate, tulit enim pallium coccineum, ut dicitur Ioſue 7. Hinc cõqueritur Dominus Eſa. 40. cui aſſimilaſtis me, & adæquaſtis? Deut. 7. Ioſu. 7. Eſai. 40.

Tertiò excommunicati quia falſarij: Falſificant enim literas ſummi Regis, bullas ſummi Pontificis: nam Chriſtiani a Chriſto dicuntur. cum autem Chriſtum non imitantur falſificant literas: ideo minatur eis, ſi quis diminuerit de uerbis libri prophetiæ huius auferet Deus partem eius de libro uitæ &c. Apoc. 22. Apoc. 22.

Quartò excommunicati: quia iniecerũt manum uiolentam in ſummum pontificem, ideſt Chriſtum, blaſphemando, & ut dicit Paul. rurſum crucifigentes, ſibimet ipſi filiũ Dei. Heb. 6. Sed ut dicitur 1. Reg. 2. Si peccauerit uir ĩ uirum, placari ei poteſt Deus: ſi autem in dominum peccauerit uir, quis orabit pro eo? Hos excommunicatos uenit Chriſtus ſoluere, & reconciliare Deo patri: ſic ipſe dixit Luc. 13. Hãc filiam Abrahæ quam alligauit Sathanas, ecce 18. annis non oportuit ſolui a uinculo iſto: quaſi dicat ſic, hoc ut quod dicitur, miſit Deus filium ſuum propitiatorem pro peccatis noſtris. Heb. 6. 1. Reg. 2. Luc. 13. 1. Ioan. 2.

Tertiò miſſus eſt tandem, ut medicus ad ſanandum ægrotos: ſic ipſe Dominus dicit Eſa. 61. miſit me ut mederer contritis corde, ſanat autem languores infirmitatum ſpiritualium, in uerbo diuinę ſcripturæ, iuxta illud, præteribis ante faciem domini &c. & dandam ſcientiã ſalutis ex Luc. 1. & Sap. 9. Per ſapientiam ſanati ſunt quicunque placuerunt tibi. hinc dicitur, ſermo illius poteſtate plenus eſt, ſermo domini ſcintilla eſt ad commouendum cor noſtrum, Sap. 2. ſermo tuus hos qui in te crediderint conſeruat, Sap. 16. unde & hodie dicit turbis, oportet me alijs ciuitatibus euangelizare: quaſi dicat, non ſolum ueni ut ſanem corpora, ſed principaliter ut ſanem animas: hæ autem uerbo Dei ſanantur: ideo ſanatis corporibus ad ſanandum animas me conferre uolo. hinc dicitur, uerba uitæ æternæ habes Io. 6. In herbis per exempla iuſtorum, iuxta illud, & erũt fructus eius in cibum, & folia eius in medicinam, Ezech. 47. & Sap. aperta ſunt prata, & apparuerunt herbæ uirentes, ideſt manifeſta ſunt ſcripta in quibus apparent Eſai. 61. Luc. 1. Sap. 9. Eccl. 9. Sap. 2. Sap. 16. Ioan. 6. Ezech. 47.

Prouer.27. patent exempla Prouer. 27. In lapidibus tribulationum, quibus purgantur peccata: unde dicitur, cum lapidibus regionum pactum tuũ, Iob 5. Iob. 5. ſanat itaque medicus iſte infirmitatem animarum in uerbis, in herbis, & in lapidibus: nam ad hoc miſſus eſt, iuxta illud, miſit uerbum ſuum, & ſanauit eos, Pſal. 106. Sanauit, & quotidie ſanat omnes Pſ.106. peccatores quantum eſt in ſe. Venit ut uexillifer ad inuitandum ad prælium contra Dæmones promittendo ſtipendia æternorum bonorum: unde in perſona Chriſti dicitur ad annunciandum manſuetis, miſit me &c. ut darem eis coronam pro cinere &c. pallium laudis pro ſpiritu mæroris, Eſa. 61. Ideo concludit Euangeliſta in hoc Euang. dicens, & omnis populus dabat laudem Deo. Eſai. 61.

Duo enim ſunt officia ueri Chriſtiani. Alterum miniſtrare proximo, alterum uerò dare gloriam Deo. De primo ait Euãgeliſta, quòd ſocrus Petri ſurgens miniſtrabat illis, hoc eſt officium charitatis, ut 2. Petri 1. docet Apoſtolus quæ & quo modo hæc miniſtratio fieri debet dicẽs, Vos autem curam omnes ſubinferẽtes miniſtrate in fide ueſtra uirtutem; In uirtute ſcientiam; in ſciẽtia abſtinentiam; in abſtinentia autem patientiam; in patientia autem pietatem; in pietate autem amorem fraternitatis; in amore autem fraternitatis charitatem. 2. Pet. 1.

Primò fidem miniſtrare oportet audacter cæteris eam prædicando, noſque firmiter credendo, ut docet Apoſtolus 2. Timot. 4. Prædica uerbum, inſta opportunè importunè, obſecra, increpa &c. 2. Tim. 4.

Miniſtrare oportet uirtutem diligenter operando, Eccl. 9. quodcũque facere poteſt manus tua, inſtanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec ſcientia erunt apud inferos. Eccl. 9.

Miniſtrare oportet nos ſcientiam cum ſanctitate tum conuerſando, tum illam docendo, ut Apoſtolus docet, In omnibus te ipſum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate &c. Ti. 2.

Miniſtrare oportet abſtinentiam ſobriè uiuentes, ut Petrus, ſobrij eſtote, & uigilate. 1. Pet. 5.

Miniſtrare oportet patientiam, aduerſa fortiter tolerando, ut Beata Virgo ad Ignatium: inſta, & uiriliter age in fide, ſed ualeat, & exultet ſpiritus tuus in Deo ſalutari tuo.

Miniſtremus pietatem pauperibus abundanter ſubuenientes, Tobiæ 4. ſi multum tibi fuerit abundanter tribue. Tob. 4.

Miniſtremus amorem fraternitatis pacificè, & concorditer cum proximo uiuentes, Matth. 5. Beati pacifici &c. Soliciti ſeruare unitatem ſpiritus in uinculo pacis, & Ro. 12. quod ex uobis eſt cum omnibus hominibus pacem habentes. Mat. 5. Ephe. 4. Rom. 12.

Miniſtremus tandem charitatem, Deum, & proximum amando. Luc. 10.

Ideo

Ideo Chriſtus Luc. 10. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo,& proximum tuum ſicut te ipſum. Hæc eſt illa charitas,quam hodie ſocrus Petri miniſtrabat, ut nobis eſſet exemplo.

Alterum officium ueri Chriſtiani eſt, dare gloriam Deo pro tãtis nobis donis collatis, ut docet Paul. Rom. 1. Primum quidem gratias ago Deo per Ieſum Chriſtum pro omnibus uobis, quia fides ueſtra annunciatur in uniuerſo mundo. Rom. 1.

Has gratias agendas ſcribit ad Cor. 1. 1. dicens, Gratias ago Deo meo ſemper pro uobis in gratia Dei, quæ data eſt nobis in Chriſto Ieſu, quòd in omnibus diuites facti eſtis in illo, in omni uerbo, & in omni ſcientia. Sic eiſdem dicebat, gratias ago Deo ſuper inenarrabili dono eius. 1. Cor. 1. 2. Cor. 9.

Has gratias agendas ſcribebat, ad Eph. propterea & ego audiens fidem ueſtram, quæ eſt in Chriſto Ieſu, & dilectionem in omnes ſanctos, non ceſſo gratias agens pro uobis. Epheſ. 1.

Has laudes referendas ſcribebat ad Colloſ. 1. Gratias agimus Deo & patri domini noſtri Ieſu Chriſti &cæ. audientes fidem ueſtram in Chriſto Ieſu, & dilectionem, quam habetis in ſanctos omnes propter ſpem, quæ repoſita eſt nobis in cœlis. Coloſ. 1.

Has laudes habendas docebat Theſ. 1. 2. dicens, gratias agere debemus ſemper Deo pro uobis fratres, ita ut dignum eſt: quoniam ſupercreſcit fides ueſtra, & abundat charitas cuique ueſtrum in inuicẽ. Miniſtremus ergo proximo noſtro charitatis opera ei in neceſſitatibus ſubuenire: deumque pro eo orare, & tandem pro beneficijs, & donis collatis laudemus, benedicamus, gratias agamus, omneſque ad Deum laudandum inuocemus dicentes cum Propheta, Laudate dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi, quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius, Amen. 2. Theſ. 1. Pſ. 116.

FERIA SEXTA
Tertiæ Dominicæ.

PAVLVS Apoſtolus ſcribens ad Hebræos cap. 2. oſtendit rationem quare Chriſtus exurire, ſitire, & fatigare uoluit, & tandem omnes miſerias in corpore ſuo noſtras portauerit. Dicit ergo, debuit per omnia fratribus ſimilari, ut miſericors fieret, & fidelis pontifex ad Deum, ut repropitiaret delicta popul. In eo enim in quo paſſus & ipſe, & tẽtatus potens eſt, & eis, qui tentantur, auxiliari. His doloribus, & laboribus uocauit Heb. 2.

Chriſtus

Chriſtus Samaritanos ad uitam, ut habetur in Euang. hodierno.

Tribus mirabilibus fælicis Vrbis lætantur nautæ in portu Panormi: Primo Fontibus ſcaturientibus aquę dulciſſimæ. Secundo deuotione laudis Dei in Templis ampliſſimæ. Tertio ſinceritate charitatis abundantiſſimæ.

Sic hodie nautæ huius portus ſacri Euang. tribus inter alia gaudere debent, ut gaudent Samaritani. Primo fonte aquę uiuæ. Secundo Deuotione laudis Dei in omni loco. Tertiò ſinceritate charitatis Chriſti abundantiſſimæ.

Circa primum ergo Chriſtus ſublimia myſteria aquæ uiuę huic Samaritanæ communicat, quæ à ſapientibus huius mundi erant abſcondita. Occaſione autem aquæ, quam ſitibũdus petit: oſtẽdit myſterium aquę uiuę, ideo ait Euangeliũ. *Fatigatus ex itinere ſedebat ſic &c.* Sciendum eſt quòd magna Chriſtus nobis fecit, & præſertim quatuor itinera pro nobis miranda fecit.

Primum iter de ſinu patris in vterum virginis, & hoc fuit iter humilitatis, de quo: cum deſcendiſſet Ieſus de monte, Matth. 8. qui cum
Matth. 8. militatis, de quo: cum deſcendiſſet Ieſus de monte, Matth. 8. qui cum
Phil. 2. in forma Dei eſſet, ad Phil. 2.

Secundum ab vtero matris in mundum, & hoc fuit iter paupertatis, de quo: inuenientis infantem &c. Propter uos egenus factus eſt,
Luc. 2. tis, de quo: inuenientis infantem &c. Propter uos egenus factus eſt,
2. Cor. 8. cum eſſet diues. 2. Cor. 8.

Tertium iter de loco ad locum per mundum, & hoc fuit iter la-
Pſ. 87. boris, de quo Pſal. 87. Pauper ſum ego, & in laboribus à iuuentute mea homo non dicitur fatigatus.

Quartum de mundo in Crucẽ: & hoc fuit iter charitatis, maiorem
Ioan. 15. hac dilectionem nemo habet &c. Io. 15. Et quid aliud in his itine-
Ioan. 13. ribus uoluit, niſi quod dicitur, exemplum dedi uobis, Io. 13. q. d. Iſta ſunt quatuor itinera, quibus ueni ad uos, & eiſdẽ me ſequuturi eſtis ad cœlum, ſicut de omnibus moniti eſtis, nam.

De primo monui per ſeruum meum Iob, dicẽtem qui humiliatus
Iob. 22. fuerit, erit in gloriá, Iob. 22.

Matth. 5. De ſecundo ore proprio cum dixi, Beati pauperes ſpiritu, Mat. 5.

De tertio per ſecretarios meos, ideſt Apoſtolos, per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.

De quarto per nuncium meum Paulum, adhuc excellentiorem uiá uobis demonſtro, ſectamini charitatem, primæ Cor. 14.

1. Cor. 14. Ex quibus omnibus concludere & proteſtari intendit, quod nõ niſi laborantes de fontibus gratię ſuæ guſtare poterunt de ſanitatis cũ
Act. 14. dicitur, q. fatigatus, q. dicere uelit multis. Videte quod ſolum laborãtes bibunt de aquis gratiæ ſuæ, quia ego prius ſatigatus ſum, deinde

ſedi

ſedi ſuper fo ntem: ecce exemplum dedi uobis. In generali Euangelio tres magn as diſputationes narrat, quarum.

Prima fuit inter Chriſtum & Samaritanam: in qua tria concluduntur de Chriſto. Primum quod Iudęus eſt, quo modo tu Iudęus cum ſis: non enim coutuntur Iudæi. Secundum quod dominus eſt, Domine da mihi hanc aquam, ne ueniam. Tertium fuit, quod propheta eſt. Domine ut uideo propheta es tu.

Secunda fuit inter Samaritanam & Chriſtum, in qua duo concluduntur de Chriſto. Primum quod Chriſtus eſt Meſſias. Scio quia meſsias uenit. Secundum quod ipſe eſt Chriſtus: unde ſubdit, qui dicit Chriſtus.

Tertia fuit inter Samaritanam, & Samaritanos, in qua concluditur quod ipſe eſt ſaluator mundi, iam non propter ſermonem tuum credimus: ſcimus enim quia ipſe eſt ſaluator mundi. Specialiter in uerbis aſſumptis ſunt duæ particulę. In prima Ieſus fatigatus. Prima inuitamur ad laborem, quia Ieſus in exercitio, ſcilicet fatigatus. Secunda ſedebat ſuper fontem. Secunda pollicetur præmium, quia poſt labores in ſpem noſtram ſedet ad fontem. Prima eſt admirabilis, & uirtute ſua plena fatigatura. n. mirum fatigatur Ieſus, per quē fatigati recreantur, qui dat laſſo uirtutem, & his qui non ſunt fortitudinem, & robur multiplicat. Fatigabitur illę qui portat omnia uerbo uirtutis ſuæ, Hæbr. 1. Eſa. 40. Eſa. 40.

Primo uolo declarare iſtam primam partem, ſcilicet Ieſus fatigatus &c. Attende quòd Ieſus fuit uerus homo, & qui de virgine ueram carnem ſumpſit: non enim fatigatus eſt, in quantum erat unius eſſentiæ cum patre, ſed ſecundum formam ſerui, quam accepit: unde dixit Matt. 26. Spiritus quidem promptus eſt, & Apoſtolus ulri. Corinth. Crucifixus ex infirmitate: uiuit autem ex uirtute. Hęc duo figurantur in electro quod uidit Ezec. 1. In illo enim miſcetur aurum Deitatis, & argentum humanitatis. Pſal. 48. Simul in vnum diues & pauper. Heb. 1. Matt. 26. 2. Cor. 13. Ezech. 1. Pſal. 48.

Inſuper cum audis Ieſum fatigatum, docens amouere a te ocium non quidem ſpirituale, de quo dicitur, vacatis ocio: & ideo dicitis eamus & ſacrificemus dño, Exo. 5. Carnale tamē ſic & prophanū, de quo, multam malitiam docuit ocioſitas. Eccl. 53. Admonendum autem ut abiiciendum eſt a loquutione quia. Dico autem uobis quoniā oē uerbum ocioſum, quod locuti fuerint homines, reddēt rōnem de eo in die iudicii. Matt. 12. Amouendum ab opere, quia fides ſine operibus, &c. Iac. 2. Et panem ocioſa non comedit, Prou. 31. Amouendum, quia multa mala inducit: nam inducit mutationem ſtatus Exod. 5. Eccle. 33. Matt. 12. Iaco. 2. Prouer. 31.

ſtatus in exemplum, Adam poſitus in paradiſo, ut operaretur otio. Ius cecidit a ſtatu gratiæ, & eiectus eſt a paradiſo, ſic & peccator: ocium ſuſcitat bellum. Hæc fuit iniquitas Sodomę, ſuperbia, ſaturi-
Ezech.16. tas panis & abundantia, & ocium. Ezech. 16. Ita & ocioſum inuadit Dęmon, ocium tandem ponit in periculo perdendi hæreditatem, nã
Mat. 20. qui ociatur non conſeruat ſua, & ſolũ operarij uocantur ad denariũ.
Ioan. 13. Hinc dixit Chriſtus, exemplum dedi &c. Et Zach. 13. Adam exem
Zac. 13. plum meum ab adoleſcentia mea. Iſte. n. eſt ſecundus Adam de cœlo
1.Cor. 15. cœleſtis, ſic dicit Apoſt. 1. Cor. 15. quid igitur miſer, & miſerabilis o-
Prou.6. cio uacas cũ audias Ieſum fatigatum. hinc Prou. 6. Dñs per ſapientem arguit ocioſum dicens, Vſquequo piger dormis? quando conſurges è ſomno tuo? paululum dormies, paulum dormitabis &c. & ueniet ti
Luc. 16. bi quaſi mater egeſtas, quam effugere non poteris, ſicut in exemplum occurrit diuiti illi purpurato, qui aquæ gutta indigens nõ potuit hr̃e.

Res ſtupenda, res deteſtanda, fatigatur Ieſus rex cœli: ſeruus diſſol uitur ocio. Fatigatur Ieſus uictor hoſtiũ, torpet animo qui expugnabitur a Diabolo. Ideo quam indecens eſt ut ocio uacet ſeruus cum fatigatur dominus eius, quàm indecens quod pauper dormiat, cum
Apoc. 5. diues omnium. fatigatur Leo de Tribu Iuda, qui uicit &c. Apocal. 5. Cum audis, & intelligis Ieſum fatigatum. doceris quod tempus præſens, ꝙ locus præſens ad laborem & fatigationem conceſſa ſunt. Hinc
Galat. 6. Apoſtolus Gal. ult. de tempore, dum tempus habemus operemur bo
Luc. 12. num ad omnes &c. ambulate dum lucem habetis &c. Io. 12.

De loco autem arguit dominus dicens: quid ſtatis tota die ocioſi?
Matth. 20. Mat. 20. qui hic. i. in loco, qui eſt apus & deputatus, & cõceſſus ad o-
Prou. 12. perandũ, ut dicitur Prou. 12. Qui ſectatur otium, ſtultiſſimus eſt: ſtultus: quia de ſtadio & uia finem facit: ſtultior quia tempus impenſum non cognoſcit, ſtultiſſimus: quia non prouidet. ſ. in futurum.

Cũ tãdem audis Ieſum fatigatũ, doceris gratias agere multiplices, qui per te dignatus eſt fatigari: non. n. per ſe Chriſtus fatigatus eſt, ſed
Pſal. 73. pro te fatigatus eſt, operando ſalutẽ in medio terrę Pſ. 73. hinc per E-
Eſai. 43. ſai. 43. Præbuiſti mihi laborem in iniquitatibus tuis. laboraui clamãs
Pſ. 68. Pſ. 68. O bone Ieſu, quid retribuam tibi pro omnibus laboribus, pro fatigationibus, pro ſudoribus, pro lachrymis, pro uarijsque diſcurſibus, quos feciſti in medio nationis prauæ & peruerſæ: ſi diſtribuerem oẽm ſubſtantiã meam in cibos pauperũ, & ſi tradidero corpus meũ
1.Cor. 13. ita ut ardeã 1. Cor. 13. non ero cõdignus prouidentiæ tuæ, accipiam tñ calicẽ paſſionis temporalis, ut reddam oculum meum ad lachrymas pro oculo tuo, & dentẽ meum ſub alapis pro dente tuo, & aduſtionẽ afflictionis meæ pro aduſtione laboris tui &c. Iuxta illud oculũ pro oculo

oculo &c. Leui. 24. Fatigatus itaque Ieſus ex itinere, nec mirum: dimi ſerat enim nonaginta nouem oues in deſerto, & ibat quęrẽdo ouem, quæ perierat. Exod. 21. Leuit. 24. Deut. 19.

Iam declaramus ſecundam, quæ dicit, ſedebat ſic ſuper fontem. Sedebat quidem expectans ſcilicet ſocios ſuos, ideſt proceres ad pœnitentiam. Expectat nos Dominus, ut miſereatur noſtri. Et Apoſtolus, An ignoras quod benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit. Rom. 2. Luc. 7. Cum recubuiſſet in domo Simonis lepróſi, ecce mulier quæ erat &c. Reg. 19. dicitur, Hoc tantũ habenti, ſurrexit ergo rex, & ſedebat in porta: iuxta illud Apoſtoli. Sedet ad dexteram maieſtatis in excelſis Hebr. 1. Poſt fatigationem enim ſequitur ſeſſio quietis, & tranquillitatis &c. Vos q reliquiſtis omnia, & ſicuti eſtis me, ecce labor, ſedebitis ſuper ſedem &c. ſunt nonnulli qui uolunt ſedere non tamẽ fatigari: ſic illi de quibus dicitur Matt. 20. ꝙ mater rogabat pro illis. Eſai. 30. Rom. 2. 2. Reg. 19. Heb. 1. Matt. 19.

Dic ut ſedeant hi duo filij mei &c. hinc dicitur, uult, & non uult piger. Vult ſeſſionem, ſed non uult laborem, uult agrum, ſed non uult fatigare, Matth. 4. Securus ab inimicis tuis iuxta illud, Dixit Dominus &c. donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum Pſal. 109. quaſi dicat, cum poſuero inimicos ſcabellum pedum tuorũ, poſtea ſedebis ſecurus a dextris meis: alibi nõ dixit, qui uicerit, dabo ei ſedere mecum in Throno meo, Apoc. 3. poſt fatigationem. Itaque ſedes Ieſus ſed ſic ſedet, quid ſibi uult hoc aduerbium ſic utique. Prouer. 13. Mat. 4. Pſ. 109. Apoc. 3.

Sic ſolitarius, iuxta illud ſedebit ſolitarius, & tacebit, Tren. 3. & Pſ. 54. Ecce elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine, in quo docemur autem uitare multitudinem, & turbam populi. Sic deſpectus & abiectus, ut recedentibus diſcipulis nullum haberet comitẽ, non ſeruum, non ancillam, quæ miniſtraret ei. Filius enim hominis non habuit ubi caput ſuum reclinaret Luc. 9. Vnde in perſona eius dicitur, fratres mei præterierunt me, ſicut torrens qui raptim trãſit, Iob 6. Iudæi fratres Chriſti ſecundũ carnem ſicut torrens fuerunt, qui currit deſcendentibus pluijs, ſed ceſſantibus pluuijs rerum temporalium, ceſſauerunt & ipſi. Tren. 3. Pſ. 54. Luc. 9. Iob 6.

Sic utiliter cogitans ſalutem noſtram, in cuius figuram dicitur, ꝙ Iſaac egreſſus fuerat ad meditandum in agro, ſed ſolus, & non cum Rebecca, quam nondum uiderat, Gen. 24. De gentibus expectabat ſuper fontem, ideſt iuxta fontem triplicem ſcilicet mundanæ proſperitatis, iuxta quẽ ſedebat, ut ſol iuſtitiæ ad defendẽdum ipſum Oſe. 13. Gen 24. Oſe. 13.

Adducet urentem uentum dominus de deſerto aſcendentem at ſiccabit uenas eius &c. deſcendentem, & iuuabit uenas eius &c. Ventus urens eſt Chriſtus, deſertum eſt mundi fons carnis concupiſcentia,

tia, de cuius aqua qui biberit quaſi area ſitiens imbrem ſitiet iterum: unde dicitur beſtiæ agri ſuſpexerunt ad te, quoniam exſiccati ſunt fontes aquarum Ioelis 1. Ita & hodie dominus exſiccauit gaudium, & lætitiam huius mundi, permittendo tribulationes ueni re, & ideo beſtię agri inſpexerunt ad eum, iuxta fontem gratiæ & mi ſericordiæ quomodo ſedebat driſtribuendo unicuique ſic uult: ſed audi, qui dicitur fons paruus, creuit in fluuium magnum Heſter. 10. Nam reuera ſi quis per gratiam ſibi datam operaretur, meretur ut ſibi augeatur: de hoc fonte dicitur Ioel. 3. Fons de domo Domini egredietur. Qui biberit de aqua huius fontis non ſitiet unquam; & ideo bene dicit Chriſtus. *Aquam, quam ego dabo, fiet in eo fons aquæ ſalieis in vitam æternam.*

Ioel. 1. Heſter. 10. Ioel. 3.

Ad hanc inuitat per Eſaiam dicentem, omnes ſitientes uenite ad aquas Eſa. 55. Hãc aquam petiit Samaritana, Domi ne da mihi hanc aquam &c. iuxta fontem, cæleſtis & æternæ beat itudinis, de qua aperi eis theſaurum tuum, fontem aquæ viuæ. nume. 20. Alibi, apud te eſt fons vitæ, Pſal. 35. Aqua enim illius fontis eſt perpetua, nunquam deficiens, ſed ſemper ſcaturiens: unde dicitur Eſa. 58. Eritq; hortus irriguus, & ſic fons, cuius aquæ non deficiunt. Et Hier. 31. Erit anima eorum quaſi hortus irriguus, & ultra non eſurient. clariſsima, & ſemper lucidiſsima, iuxta illud Apocal. 22. Et oſtendit mi hi fluuium ſplendidum tanquam cryſtallum procedentem de ſede dei & agni.

1. Eſa. 55. Pſal. 35. Eſa. 58. Hierem. 31. Apoca. 22.

Quod autem ita ſit audi. Fulgebunt Iuſti, ſicut ſol. Mat. 13. ita, ſcilicet quòd corpulentia nõ abſcondat ab oculis alterius, iuxta illud. Quomodo in aquis reſplendet uultus proſpicientium, ſic corda hominum manifeſta ſunt prudentibus. Prouer. 27.

Matth. 13. Prouer. 27.

Dulcis & amabilis ad bibendum, unde dicitur, aquæ futuræ dulciores ſunt, Prouer. 8. Et panis abſconditus ſuauior. ſuper hunc triplicem fontem Chriſtus ſedet, ut deficcet primum fontem, iuxta illud, deficient flumina, & attenuabuntur, & ſiccabũtur riui aggerum.

Prouer. 8.

Super ſecundum, expectans peccatores. Super tertium, expectans iuſtos, ut glorificet. Eya ocioſi, Chriſtus laborauit, nos ocium quærimus? nolite ociari, quia locus, quia tempus non ad ocium, ſed ad laborandum. Eya laborate, fatigemini: aliter non bibetis: laborate, ut ſaluemini.

Rñdit Ieſus, ſi ſcires donum Dei, & quis eſt qui dicit tibi da mi hi bibere forſitan petiſſes aliquid ab eo, & dediſſet tibi aquam uiuam q. d. Ignara es tu tanti myſterij, vt etiam mundus magnum illud pietatis ſacramentum non cognoſcit quod primæ Timot. 3.

1. Tim. 3.

Oſtendit

Oſtendit Paulus d. Manifeſtatum eſt in carne, iuſtificatum eſt in ſpiritu, apparuit Angelis, prædicatum eſt gentibus, creditum eſt mundo hoc donum, qui eſt Chriſtus, qui aquam petit mortuã, ut aquã uiuam retribueret, ſcilicet gratiæ cœleſtis, quæ mundat ab omnibus inquinamentis, Ezech. 36. ſic Prouer. 5. ſapiens loquens de abundantia gratiarum Chriſti ait, Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. Ezech. 36. Prouer. 5.

Sed contra ibidẽ ait, Habeto eas ſolus, & Eccle. 23. Non des aquæ tuæ exitum. Ibid. Eccl. 25.

Reſpõdeo, per has aquas doctrinã bonam, & ſanctã intelligamus, q̃ quis ex officio denunciare hẽt alijs prius ſolerti ſtudio, & conuerſatione laudabili, illam in ſe colligere ſtudeat, ne reprehendaris a domino per Dauid, Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuũ? ſic Paul. 1. Cor. 9. primò examinans ſuam conſcientiam corpus ſuum caſtigabat. Sed caſtigo corpus meũ, & in ſeruitutem redigo, ne &c. Pſ. 49. c. 1. Cor. 9.

Aliter dico, ꝙ per aquas intelliguntur dona ſpiritus ſancti cælitus accepta, quibus hõ ita a dextra ſe exponat, ut fructũ producere ualeat in plateis mentium audientium, ne ſecus faciens tanquam ſeruus inutilis, talentum ſuffodiens in terram reprehendatur a domino: per qđ talentum abſcondendum ſub terra obſtinatis, reprobis, canibus dictum eſt. Diſcedite a me maledicti &c. Matt. 25.

Aliter dico, ꝙ tunc diuiduntur in plateis, quando dona iſta in anima accepta redundantur in opus per ſenſus, ut totus homo efficiatur redolens, ut dicatur Io. 12. Domus impleta eſt ex odore unguenti. Ioan. 12.

Aliter dico, quòd de illis aquis loquitur, quas quilibet peccator dolens de ſuis reatibus prius in corde abundans poſtea gemens, & lachrymans in auribus Eccleſiæ diuidat, ut publicanus, propitius eſto mihi peccatori, & audiat, deſcendit hic iuſtificatus. Luc. 18.

Si ſcires ergo donum Dei ò mulier, quaſi diceret: Fides eſt donum Dei, ut ait Paulus. Caſtitas eſt donum Dei, ut Paul. Datus eſt mihi ſtimulus &c. ſufficit tibi gratia mea. liberatio a peccatis eſt donum Dei, ut Io. Si filius nos liberauit &c. Cognoſcere Deum eſt donum Dei: nemo nouit patrem, niſi filius. Oſtium paradiſi eſt donum Dei, ego ſum oſtium. Salus populi eſt donum Dei, Ego ſum, qui ſaluum faciam populum meum a peccatis eorum. Portare peccata hominum eſt donum Dei, Verè languores noſtros in ſe tulit. Si ſcires ergo donum Dei. 2. Cor. 12. Ioã. 8. Matth. 11. Iaco. 11. Hier. 46. Eſai. 53.

Paulus ait, quid habes ò homo quod non accepiſti? & Iacobus, omne datum optimũ de ſurſum eſt, oculi donum Dei ſunt Pſ. Qui finxit 1. Cor. 4. Iac. 1.

X oculum

Pſal.93. oculum non conſiderat; aures donum Dei ſunt, Qui plantauit aurem
Ibid. non audiet. Videre, donum Dei eſt, Dominus illuminatio mea; Audi-
Pſal.26. re donum Dei eſt, Audiam quid loquatur in me dominus Deus. Os
Pſ.84. donum Dei eſt, Dabo uobis os, & ſapientiam. Intellectus, donum Dei
Luc. 21. eſt, Benedicam dominum, qui tribuit mihi intellectum. Voluntas do
Pſal. 15. nũ Dei eſt, Deus eſt qui operatur in nobis uelle. Cogitationes donum
Philip.2. Dei ſunt, Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis; quaſi ex
2.Cor.3. nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt, Operatio bona donũ Dei eſt,
Philip.1. Philip.1. Qui cœpit in uobis opus bonum, hic & perficiet. Totus ho-
Pſal.118. mo eſt donum Dei. Tuus ſum ego, ſaluum me fac. Vita & motus do-
Act.17. num Dei ſunt, in ipſo uiuimus, mouemur & ſumus. Doctrina eſt do-
Pſ.70. num Dei; Deus docuiſti me a iuuentute mea.

Ezech.36. Si ſcires donum Dei, ſanitas animæ donum Dei eſt, Effundam ſu-
Pſ.118. per uos aquam mundam, & mundabimini. Intelligentia legis, donũ
Dei eſt, Da mihi intellectum, & ſcrutabor legem tuam. Inclinatio cor
Ibid. dis ad obſeruanda præcepta donũ Dei eſt, Inclina cor meũ teſtimonia
tua. Liberatio a calũniantibus nos, donũ Dei eſt: Redime me a calum
Pſ.119. nijs hominum. Liberatio a linguis doloſis donum Dei eſt; Domine li
bera animam meam a labijs iniquis, & a lingua doloſa. Conſeruare
Pſ. 120. nos a malo donum Dei eſt, Dominus cuſtodit eam ab omni malo.

Pſ.126. Si ſcires donum Dei. Deus dat nobis ſomnum, Cũ dederit dilectis
Pſal.135. ſuis ſomnum. Dat nobis eſcam, Qui dat eſcam omni carni. ſatiat nos
Pſ.147. ex frumento, Et adipe frumenti ſatia te. Docet nos præliari, Qui do-
Pſal.143. cet manus meas ad prælium: ſoluit nos a uinculis & cathenis, domi-
nus ſoluit compeditos: humiliat nos, ſi ſuperbi ſumus; humilians au
tem peccatores uſque ad terram. Tandem amat, & ſaluat nos, ſi iuſti
ſumus; dominus dirigit iuſtos; & uitam æternam dat eis.

Et dediſſet tibi aquam uiuam &c. Diuerſæ ſunt aquæ, nam quæ-
dam dicuntur aquæ conditionis, de quibus dicitur, Non intrabit ter-
rã quam dedit filijs Iſrael, eo quod incredulus fuerit ad aquas condi-
Num.20. tionis. Nu.20. per has autem ſignantur tẽporalia, quæ uere ſunt aquę
Deut.32. conditionis, nam per eas conducunt homines, Deut.32. præuaricati
eſtis in me ad aquas conditionis uſuram facientes contra præceptum
domini. ſ. mutuo date &c. Proximo per uiolentiam rapiendo; Vnde
Iac. 4. bella, & lites in uobis? nonne ex concupiſcentijs ueſtris? (Iacobi.4.)
quæ militãt in membris ueſtris ſibi ipſis per murmur malæ aquæ: He
Deut. 27. bræi ſunt aquæ conditionis in cades deſerti. Deut. 27. Quędam ſunt
aquæ immunditiæ; per iſtam aquam peccatum luxuriæ deſignatur, de
qua in figura dicitur, Aqua Ægyptiorum conuerſa eſt in ſanguine,
Exod. 7. Exod. 7. de aqua luxuriæ, Hier. 2. abi in uiam Aegypti, ut bibas aquã
Hierem. 2. turbidam

turbidam: Differunt iſtæ duæ aquæ: quia ſanguis habet maculam ſine fętore, lutum habet maculam cum fętore: ſunt duo genera luxuriæ unam, quòd proprijs uxoribus fit, ſed inhoneſtè, & hæc eſt macula ſine fętore infamiæ.

Aliud genus, quod fit cum alijs mulieribus, & ibi eſt macula, & fętor infamiæ.

Vos ſcitis, quod aqua turbida impedit oculos piſcium, ne poſſint euadere retia piſcatorum: qui autem biberit de iſta duplici aqua, ſitiet iterum. Gen. 36. Amò filius Sebei cum paſceret aſinas inueniraquas calidas, quæ ſitim non auferunt. Aſini autem motiua beſtialia ſignificant, quæ nos paſcunt, & tales inuenient aquas calidas uoluptatis. Gen. 32.

Quædam ſunt aquæ anguſtiæ, amaritudinis, & maledictionis, per iſtas autem figurantur pœnę inferni, de quibus 3. Reg. 22. dixit Achã de Muſca ſuſtentante eam pane tribulationis, & aqua anguſtiæ: hæc eſt illa aqua in qua ſunt illa geſta maledicta, maledictus in ciuitate, &c. Num. 5. ſi polluta eſt, & contempto uiro adulterij rea eſt, pertranſibunt eam aquæ maledictionis: aqua amara propter conſcientiæ remorſum, de qua dicit Dominus per Prophetam, cibabo eos abſynthio, & potabo eos felle, Hier. 23. 3. Reg. 22. Num. 5. Hiere. 23.

Quædam ſunt aquæ in nobis, de quibus dicitur hic: Tu forſitam petijſſes aquam uiuam. Et hæc eſt triplex, ſcilicet,

Effuſio lachrymarum pro peccatis: de qua dicitur, Foderũt in torrentem, & reperierunt aquam uiuam. Gen. 26. debet enim homo fodere in terram cordis per humilitatem, & cõſiderationem ſui, & ſic reperiet aquas lachrymarum, quæ uiuificat animam; unde dicitur, dolent de cineribus combuſtionis atque peccati, & mittent aquas uiuas ſuper eos, Num. 19. Gen. 26. Nume. 19.

Hanc aquam petit a nobis Chriſtus, ſed multi propinant fel, & acetum: ſic iudæi, & illi omnes, qui peccatis glorìantur, & exultant in rebus peſſimis, Prou. 2. Prou. 2.

Gratia ſalutaris, de qua dicit Chriſtus. Tu forſitã petijſſes ab eo; Et aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illum, Eccl. 15. alibi Leuit. 14. Eccl. 15.

Cœleſtis gloria, de qua dicitur, Aperi eis theſaurum fontem aquæ uiuæ: unde conqueritur Hiere. 2. Dereliquerunt fontem aquæ uiuæ, & foderunt ſibi ciſternas, quæ aquas continere non ualent. Hanc ultimam aquam non obtinebit quis, niſi exemplo diſcipulorum præparet domino cibum æqualem. Audi ipſum met dicentem, Meus cibus eſt, ut faciam uoluntatem eius qui miſit me. Hoc autem uerbum quilibet pœnitens in ſe dicere debet, cibus. ſ. meus eſt facere uoluntatem domini mei Ieſu Chriſti: facere. n. ſermonem domini, implere uolun- Leuit. 14. Hier. 2. Ioan. 4.

tatem Domini eſt cibus animæ: quid autem faciendum eſt, ut cibus ſit amabilis? Multa requiruntur.

1. Primò ut ſit coctus igne charitatis: unde dicitur coxit pulmentũ, & inlutatus eſt, & calefactus eſt, Eſa. 44. Per pulmentum intelligitur bonum opus, ꝙ tunc decoquitur ad ignẽ, quando fit feruens igne charitatis: è contra ſunt aliqui qui comedũt, & offerunt cibum crudum, ſicut fures, uſurarij, & carnales, de quibus dicitur 1. Reg. 2. Non accipiam a te carnem coctam, ſed crudam, & Exod. 2. Non comedetis ex eo crudum quicquam, ſed aſſum tantum igne. In ſignum dicitur, ꝙ Dominus comedit piſcem aſſum igni, Luc. 24. Mali autem homines cibum non coquunt, de quibus dicitur, Mactauerunt in terra, & comederunt cum ſanguine, ſcilicet peccatum, 1. Reg. 14.

Eſai. 44. · 1. Reg. 2. · Exod. 2. · Luc. 24. · 1. Reg. 14.

Secundò ut ſit ſale diſcretionis conditus, unde præcipitur, ꝙ ſi obtuleris ſacrificiũ ſale condies, Leuit. 2. Sunt autem nonnulli, qui non ponunt ſal diſcretionis: quia nolunt orare, nec ieiunare. Aliqui offerunt cibum amariſſimum, ſicut illi, qui ſeruiunt in triſtitia. Hunc cibum offerre oportet in hora, & in tempore debito, in uita, & in ſanitate corporis, i. in iuuentute; hæ ſunt horæ comedendi: unde dicitur, Præparate nobis cibaria, quoniam poſt diem tertium tranſibit Iordanẽ, Ioſue 1. Ideo monet ſapiens Eccl. 9. quæcunq; poteſt manus tua inſtanter operetur, quoniam nec opus, nec ratio &c. In exemplum cõtra malos eſt Eſau, qui perdidit primogenituram, & patris ſui benedictionem, quoniam tardè parauit cibaria, Gen. 27. è cõtra dixit, Matth. 22. Prandium meũ paraui, & Rebeccha occurrit Dauid cũ cibis præparatis, 2. Reg. 17. Iſte autem cibus eſt impletio diuinæ uoluntatis, & multos effectus operatur in anima, conſeruationem. ſ. in bonis, augmentũ in uirtutibus; fortitudinem ex illata ſpe: unde dicit Abraham, Gen. 13. Ponã bucellam panis, ut cõfortetur cor ueſtrũ, & Pſ. 3. panis cor hominis confirmat, & Act. 9. cum accepiſſet cibũ confortatus eſt.

Leuit. 2. · Ioſue 1. · Eccl. 9. · Gen. 27. · Matth. 22. · 2. Reg. 17. · Gen. 13. · Act. 9.

Eya Samaritana anima, & peccatrix, àgnoſce errorẽ tuum, tu quæris ſatiari aquis. i. delectatione peccati, & terrenorum: attende, & diligenter Chriſtum intuere, qui quærens te, ſatigatus eſt; propter te uenit: attende, ꝙ quando ſedet ſuper fontem, expectat te, ut cognita uanitate rerum temporalium, & grauitate peccatorũ, ſic quæras aquas uiuas, ut non ſitias amplius; audi ipſum reſpondentem. Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum.

Sed cõtra. Si Eccl. 24. ait dominus, qui me biberit adhuc ſitiet; quomodo ueritas ipſa dicit, quòd ſi quis biberit non ſitiet in æternum?

Eccle. 24.

Nodum diſſoluimus, ſi fideliter cõtemplamur, Dicamus igitur: ꝙ aqua duplex eſt, altera uiua, & altera mortua. i. diuina & humana. De

De prima conqueſtus eſt Deus per Hierem. Dereliquerunt me fontẽ aquæ uiuę. Aqua uerò mortua mundus eſt, qui facit ſemper ſitire. Hier. 2.

Ad alteram dico, quod fideles Deum timentes quandiu in carne ui uunt, ſemper ſitiunt iuſtitiam, Mat. 5. Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iu ſtitiã. Sitient adhuc. i. pergent in cognitionẽ Chriſti proficientes de fi de in fidem, de uirtute in uirtutem, de gloria in gloriam, & magis ma giſque eſurient panẽ, qui de cœlo deſcendit, & ſitient aquam uiuam ſapientiæ cœleſtis, ut ſit id ueritati cõſonũ: iuſtus iuſtificetur adhuc. & rurſus eis palmes, qui fert fructũ purgabitur, ut fructum plus affe rat. electi. n. dũ uiatores ſunt, ſemper cupiũt iuſtitiam Dei, & ſemper ſummis affectant conatibus eſſe cũ Chriſto, extra quẽ nil aliud ſitiũt. Videmus. n. nunc per ſpeculũ. In dies cognitio, & fides noſtra augetꝰ: ideo ſemper ſitimus Chriſtum, ut nobis reuelet alta myſteria. Tunc aũt cum. ſ. erimus in gloria facie ad faciem ſimiles ei, cũ uidebimus, ſemper tamen ſitientes: quia dulcedo contemplationis eſſentiæ diui næ nunquam ita ſatiat, ut nauſeam generet, ſicut res mundanæ: ſed ſemper, ut ita loquamur, ſitiemus fruẽtes, & fruemur ſitiẽtes. Eph. 5. Matth. 5. Ephe. 5.

Secundum, & tertium quibus gaudent nautę, eſt adorare Deum, & ſubuenire proximo. hac de re Chriſtus hodie docet Samaritanam u trunq;, ut iuſtificata ex his, fide mediante, recõciliaretur Deo, & ope ra Deo digna faceret. Audi Paulum Rom. 5. Per Ieſum Chriſtũ nunc reconciliationem accepimus, ſic ad Epheſ. eramus ſicut cæteri, natu ra filij iræ, & 1. Cor. 15. ſicut in Adam omnes morimur, ita in Chriſto omnes uiuificabimur, & Ro. 8. ꝙ impoſſibile erat legi, miſit Deus fi lium ſuum, ut de peccato cõdemnaret peccatum, & iuſtificatio legis impleretur nobis, ut non ſecundum carnem ambulemus, ſed ſecun dum ſpiritum. Amen. Rom. 5. Epheſ. 1. Cor. 15. Rom. 8.

SABBATO QVARTO post tertiam Dominicam.

PAVLVS Apoſt. gaudebat de triſtitia Corinthiorũ dicens eis. Nunc gaudeo, non quia contriſtati eſtis, ſed quia con triſtati eſtis ad pęnitentiã. contriſtati. n. eſtis ſecundum Deũ, ut in nullo detrimentũ patiamini ex nobis: quæ. n. ſecundũ Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutẽ ſtabilem operatur, ſeculi autem triſtitia mortem operatur. Venit hoc mane adultera ad Chriſtũ triſtis, ſed abijt gaudens & ſalua: quia contriſtata fuerat ſm Deũ. Venerũt ẽt ſcribæ & Phariſæi ad Ieſum gaudẽtes, ſed abierũt tri

ſtes,& condemnati : quia contriſtati fuerant ſecundum ſeculum, ut habetur in Euange. hodierno, quieſcite aliquantulum.

Sicut tria ſunt quę fixis oculis, & mentis, & corporis nautæ in portu fælicis urbis Panormi conſiderãt. Primũ maieſtatem, triumphumque dominorũ & nobilium. Secundum unionẽ populorum & ciuiũ. Tertiò fidelitatẽ tam potentium uirorum, quàm impotentis populi erga ſuum Regem.

Eodem modo nautæ ſpirituales, & fideles omni mentis conatu in portu huius Euangelij tria inſpiciunt. Primum maieſtatem, & triumphum pietatis Chriſti filij Dei. Secundum unionem uoluntatum tam Chriſti, quàm adulteræ. Tertium fidelitatem, & charitatem adulteræ in Chriſtum, & Chriſti in adulteram.

Quadruplex Chriſti triũphus.

Primum ergo conſiderandum, eſt triumphus pietatis Chriſti erga adulteram, & oẽs peccatores pœnitentia ductos. quater.n. Chriſtus triumphauit. Primus triũphus fuit potentiæ ſuæ, quando cum Patre, & ſpiritu ſancto mundum creauit, cælum, & terram cum omnibus ornamentis; cœlum empyreum ſpiritibus excellentiſſimis plenum; terram uerò plantis, & uarijs animalium ſpeciebus repleuit; diſponens elemẽta, ut omnia neceſſaria nobis præſtarent, & ut omnium rerum hominem dominum efficeret.

Secundus triũphus fuit iuſtitiæ in creaturis, unicuiq; quod cõueueniẽs erat tribuẽs, & primo choris Angelicis loca conuenientia largiens, bonis uitam fælicem, malis damnationem, ut de Lucifero, & Adam cognouimus.

Tertius triumphus eſt ſapientiæ, quandoquidem cum omnia ex nihilo creaſſet, ea poſtmodum ſuprema ſua ſapientia gubernat: Videte cęlum empyreum, ubi ſunt Seraphin, Cherubin, Virtutes, Dominationes, Principatus, Poteſtates, Archangeli, Angeli. Hi.n. oẽs in tres Hierarchias diuiduntur, ſupremam.ſ. mediam, & infimam, & unuſquiſq; eorum locũ ſuum proportionatũ poſſidet, ut aliàs uidebimus. Videte cęlos, quõ mouentur ab intelligentijs, & oẽs duos habent motus, naturalẽ uidelicet & raptum, quomodoq; ununquodq; eorum tẽpore ſuo motum ſuum compleat: quomodo primum mobile motu rapto omnes ſecum moueat, hocq; ſapientia dei ſumma euenit. ſic ẽt in terris, animalium unicuiq; cibum ibi conuenientem ſapientia diuina pręſtat. ſed & ſi multifariam multiſq; modis Chriſtus triumphauerit, nullo tamen triumpho excellentiori, quàm triumpho pietatis triumphauit, qui nobiſcum in ſtatu peccati noluit de potentia triumphare, quia alio mõ nos ſaluare poterat, ut de ſapiẽtia: nouerat.n. nos penitus impeccabiles formare, licet non conueniret; nec triumphauit de

de iuſtitia: quia iuſtè ad infernum nos mitteret, ſed currum crucis aſcēdit, ut de pietate erga nos triumphum oſtenderet. ò pietas exceſſiua, qua ſe ipſum Chriſtus deus, & homo interfecit, ut nos a morte eriperet, hac pietate afflictos Dominus cōſolatur, infirmos ſanat, cęcos illuminat, mortuos ſuſcitat, oues peregrinas congregat; & licet multis modis hanc pietatem oſtenderet, nihilominus in curru crucis ſupra modum glorioſè triumphauit, in eo potentiam patris, poſtquam ſuam ſapientiam, & clementiam ſpiritus ſancti mundo propalauit.

Et primò potentiam patris oſtendit, Luc. 2. quando dixit, Cū fortis armatus cuſtodit atrium &c. ſi autem fortior illo ſuperueniens uicerit eum &c. Oſtendit potentiam patris, demonſtrans nullam legem ſufficere ad ſalutem hominis, ut ait Paul. ſi ex lege iuſtitia, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt. Oſtendit potentiam: quia unico uerbo homines ſaluat dicens, Accipite ſpiritum ſanctum, quorū remiſeritis peccata, remittuntur eis &c. De hac potentia Luc. 1. dicitur, Fecit potentiam in brachio ſuo. Chriſtus quidem brachium Dei nuncupatur, nā ſicuti corpus infirmum, ut ſanitatem omnium membrorum recuperet, ex brachio ſanguinem effundi permittit, ſic Chriſtus triūphator, ut ſanaret omnia membra corporis miſtici, a ſuo corpore ſanguinem pretioſum emittere uoluit, & abūdanter, ut omnes tyrannos, qui mūdo dominabantur, carnem, uidelicet mūdum, & dęmonē deſtrueret. — Luc. 2. / Gal. / Ioan. 20. / Luc. 1.

Secundò in hoc triumpho pietatis ſuam ſapiētiam duobus modis oſtendit, primò iuſtitiā patris exaltando, ſecundò miſericordiam eiuſdem manifeſtando, iuſtitiam Patris exaltauit, cum peccata omnia ſuper humeros ſuos portauit, ut dicit Propheta, Cuius imperium ſuper humerum eius, & Paul. Eum qui non nouerit peccata pro nobis fecit peccatum, ut nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo. Et ipſemet Chriſtus de ſe ipſo dixit, Cum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipſum, i. omnia peccata in cruce igne charitatis diuinæ comburi faciā. Ideo Ioan. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mūdi. & Propheta, Vere languores noſtros ipſe tulit &c. Secundò gloriam patris manifeſtauit, cū homo ad ſoluendum debitū inſufficiēs eſſet, & nullo mō id ſoluere poſſet, miſit filiū ut morte ſua interueniēte nobis uitā pręſtaret: ideo Propheta Dauid decātauit, Miſericordia dn̄i in æternū cātabo. — Io. / Pſal.

Tertiò bonitatem ſancti ſpiritus oſtendit, cum tormēta acerbiora pro electis ſuis ſibi elegit, & eos patri commendauit dicēs, In manus tuas commendo ſpiritum meum, i. electos meos. & Propheta, Quid retribuam domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Oſtendit pietatem in ligno: quia in eo pater placatus iuſſus eſt, qui non amplius Deus ultionum, ſed pater miſericordiarum, & Deus totius conſola-

tionis nuncupari noluit.

Epheſ.2. De hac pietate ſcribens ad Eph. 2. ait, cũ eſſetis mortui delictis, & peccatis, in quibus aliquãdo ambulaſtis, cõuiuificauit uos Chriſtus, cuius gratia ſalui facti eſtis per fidem, & hoc non ex uobis. Deus.n. qui diues eſt in miſericordia propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos, cum mortui eſſemus peccatis, conuiuificauit nos cũ Chri Coloſ.2. ſto. Idem ait ad Coloſ. 2. Cum mortui uos eſſetis in delictis, & præputio carnis ueſtræ, conuiuificauit cũ illo, condonans uobis oĩa delicta, delens quod aduerſus nos erat, chyrographum decreti, quod erat cõtrarium nobis, & ipſum tulit de medio, affigens illud cruci, de poteſtate tenebrarum tranſtulit in regnum filij dilectionis ſuæ, in quo habemus redemptionem, & remiſſionem peccatorum:

Si ſcire cupis quõ Chriſtus triginta, & tribus annis in laboribus Eſa. triumphauerit, audi Prophetam Eſayam in perſona Chriſti dicẽtem, Ego torcular calcaui ſolus, & de gentibus non eſt uir mecum. Audi Augu. Aug. Mortuus in ſepulchro mortuos reſuſcitans, uitam tribuens uniuerſis in cælo; non mundum dimittens, ad cœlos aſcendit, nec cœlum deſerens ad terras uenit, ſed uno, atq; eodẽ tempore ſimul totus totũ Aug. impleuit. Si ſcire cupis agilitatẽ Chriſti triumphantis, audi Aug. Crucifixit peccatũ, & occidit mortem, & fuit uictor & uictima: & ideo uictor quia uictima, & pro nobis ſacerdos & ſacrificium: & ideo ſacerdos, quia ſacrificium in altare crucis ſe patri pro nobis obtulit.

Triumpauit Chriſtus in theatro altiſſimæ trinitatis, cũ æterna generatione generetur eiuſdẽ ſubſtantiæ; ſecumq; habet oĩa: quo triumpho totæ tres perſonæ, pater, filius, & ſpiritus ſanctus gaudent.

Triumphauit Chriſtus in cœlo in ſpiritu diuinitatis, & in eodem ligno crucis: ſic triumphauit in omnibus operibus, ſed præſerti mni ligno crucis, in quo Dæmonem, mundum, & carnem deſtruxit.

Triumphauit de ſuis crucifixoribus, qui ſua morte confundebantur dicentes, Verè filius Dei erat iſte.

Triũphauit in mõte Thabor de uiuis & mortuis cũ Moſe & Helia.

Triumphauit de Caypha, quando quod eſſet filius Dei confeſſus eſt, & Cayphas ſcidit ueſtimenta ſua.

Triumphauit de Herode, ipſum indignum ſua reſponſione faciẽs ob mortem Io. Baptiſtæ.

Triumphauit de Pilato, quando coram eo ait, non haberes poteſtatem ullam, niſi tibi data eſſet deſuper.

Triũphauit de Longino, quando pro uulnere uiſum oculi reſtituit.

Triumphauit de templo, quando uelum templi ſciſſum eſt.

Triũphauit de Hieruſalẽ, quando a Tito Veſpaſiano deſtructa eſt.

Trium-

Triumphauit de Hebræis, uirgam ab eis, & imperium auferens.

Triumphauit de carne propria, quãdo ait: hic calix noui teſtamẽti eſt in meo ſanguine, ſed ſuper omnes triumphos de triumpho pietatis lętanter triumphare cõſtituit. De quo triumpho omnes patres gauiſi ſunt, & nos cum eis.

Hæc eſt illa pietas, & hic ille triumphus, quem Moyſes guſtauit dicens Exo. 34. Dominator Domine Deus miſericors, clemens, patiẽs, & multæ miſerationis. Exod. 34.

De hoc triumpho Salomon, Eccle. 18. ait, Quis adijciet enarrare miſericordias eius? lętetur anima veſtra in miſericordia eius. Eccle. 18.

De hoc triumpho Eſai. 54. ait, Derelinquat impius viam ſuam, & vir iniquus cogitationes ſuas, & reuertatur ad Dominum, quoniam miſericors eſt. Eſai. 54.

De hoc triumpho, Ioel. 2. ait, Conuertimini ad Dominum Deum veſtrum, quia benignus, & miſericors eſt. Ioel. 2.

De hoc triumpho Dauid ait, Laudate nomen eius, quoniam ſuauis eſt Dominus, & in æternum miſericordia eius.

De hoc triũpho Luc. 1. ait, ĩ miſericordia eius a progenie in progenies. Luc. 1.

De hoc triumpho, 1. Pet. 1. Benedictus Deus, & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, pater miſericordiarum. 1. Pet. 1.

De hoc triumpho, Hierony. ait, Diuinitatis natura clemens eſt, & pia; magis ad indulgentiam prona, quàm ad vindictam. Hieron.

De hoc triumpho Bernardus ait. Deus miſericordiam ſuam omnibus relaxandi peccata conceſſit ſacerdotibus. Bernar.

De hoc triumpho docuit Chriſtus diſcipulos euntes, diſcite, quia miſericordiam volo.

De hoc triũpho Paul. ait, Deus, qui diues eſt in miſericordia, &c. Paulus. Hunc triumphum hodiè guſtauit adultera, & omnes fideles pœnitentes, qui cum ea pietatem, & miſericordiam de peccatis ſuis obtinent. & hæc de primo puncto.

Secundò nautæ vnionem voluntatum Chriſti, & adulteræ conſiderant. Voluntas enim adulteræ, vt liberaretur, erat. Voluntas verò Chriſti, vt eam liberaret: vt hòc fieret ſcripſit in terram inclinans ſe, quo naturam, & officium veri iudicis exprimit, vt citò cognoſcat, & tardè iudicet. Oſtendit etiam ſcribarum, & Phariſęorum ſingularem hypocriſim, quòd ſcilicet falsò profetant zelum iuſtitiæ, cum infirmi ipſi non minus eſſent, & coram Deo damnandi, quàm hæc miſera, quia viuebant ſine metu iudicij diuini, quod non publica tãtum, ſed etiam occulta puniet.

In terram autem ſcribendo, ſignificat quale futurum ſit, de impijs,

Hiere.17. pijs,ſceleratis, & peccatoribus iudicium, quod ſ. Hiere. cap. 17. exprimit dicens, Recedentes à te in terra ſcribantur: terra enim impio
Luc.10. rum liber eſt, ſicut cœlum electorum, & prædeſtinatorum, Luc. 10.
Pſal.116. gaudete, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis, & Pſal. 116. deleantur de libro viuentium, & cum iuſtis non ſcribantur.

Dum verò ſe erigendo, ita ſententiam profert dicens, qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illam lapidem mittat. Iam nō prorſus abſoluit, vt legem, quæ hoc malum punit, eneruet, & iudiciariam poteſtatem damnet, quaſi miniſtros iuſtitiæ prorſus impeccabiles eſſe velit: ſed totum hoc facit, vt quaſi diceret, meum munus eſt de pœna corporali nihil ſtatuere. ò homo, quis me conſtituit iudicem, aut di-
Luc.12. uiſorem ſupra vos? Luc. 12. ſed hoc munus magiſtratibus temporalibus tribui ſolet. Si verò me facturum hoc creditis, conſiderate voſ-
Pſal.142. metipſos: videte animam, quæ auxilio Dei indiget. Dauid Pſal. 142. Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi. Videte intellectum veſtrum lu-
2.Cor.4. mine indigentem, vt docet Paul. 2. Corint. 4. Deus, qui dixit de tenebris lumen ſplendeſcere illuxit in cordibus noſtris ad illuminationē
Pſal.31. fidei charitatis Dei, & Dauid, Intellectum tibi dabo, & inſtruā te. Vi-
Prouer.20. dete voluntatem, quæ Dei auxilio indiget, Prouerb. 20. præparatur à Domino voluntas, & ab eo diriguntur greſſus eius: lauate cor veſtrū obſtinatum, vt Propheta, Cor mundum crea in me Deus. purificate, renes veſtros caſtitate. Vre igne ſancte ſpiritus renes noſtros, canit Eccleſia. Mundate conſcientiam veſtram, quod ſpiritu ſancto fit, vt teſtatur Dauid. Emitte ſpiritum tuum &c. Illuminate oculos mentis,
Ioan.1. quod lumine diuino efficitur; erat lux vera, quæ illuminat omnē hominem, &c. Si cœlum cupitis, me opus habetis, quia nemo venit ad patrem, niſi per me: ſi ad infernū ire non vultis, per me hoc fiet, Pſal.
Pſal.55. 55. eripuiſti animā meam ex inferno inferiori. Videte ergo intus, & extra ſi nemo veſtrum auxilio meo indiget, mittat, primus lapidem in illam.

Sed errant vehementer, qui ex hoc loco putant nemini licere peccata punire, niſi illi, qui ſine peccato ſit. Qui ergo eſſent legis miniſtri, cum nemo ſine peccato ſit? Sed cū magiſtratus miniſter Dei ſit, vindex in irā ei, qui male agit: ſequitur peccatorū vitia publicè eos, non derogare functioni: ideoq; rectè magiſtratus, vel adulteros, vel quoſcunque peccantes punit, etiam ſi ille, qui publicam perſonam gerit, nec pius ſit, nec reprehenſione careat, & ſi omnino deceret, vt lex iuſta ſecundum Auguſtinum, miniſtros haberet innocentes, ne
Rom.2. dum alios iudicant, ſeipſos condemnent, Roma. 2. & qui aliter ſe in magiſtratu gerit, magiſtratum non rectè gubernat, ita vt vnuſquiſ-

que

que poſſet ſeipſum caſtigare, vt in veteri teſtamento, ſe ipſum occidere admiſſum erat; tamen non ob id tollitur, quòd miniſter iuſtitię, licèt ſit peccator iniuſtos, & reos homines punire non poſſit, ac debeat.

Tertiò videamus fidelitatem Chriſti in adulteram, & adulteræ in Chriſtum. Primò Chriſti in adulteram, quia pro ea, & omnibus peccatoribus venerat, vt à peccatis eorum liberaret: hæc eſt fides, nec deficit Chriſtus in tribulationibus eos iuuare, & à malignantibus liberare, ideo ait, O mulier, vbi ſunt qui te accuſant, quæ reſpondit oſtendens fidelitatem ſuam in Chriſto, Nemo Domine: ideo Paulus ait: quis accuſabit aduerſus electos Dei, Si Deus pro nobis, quis contra nos? nemo enim rapiet nos de manu Chriſti: bene ergo dixit, nemo Domine: Chriſtus verò indulgentiam tribuit dicens, nec ego te condemnabo, vade in pace charitatis, fidei, ſpei, iuſtitiæ, fortitudinis, & aliarum virtutũ: vade læta, quæ in triſtitia veniſti, ſed triſtitia tua conuerſa eſt in gaudiũ. Vade corporaliter, ſed ſpiritualiter eſto mecum: amplius noli peccare, quia peccatum contriſtat hominem, vt Paul. nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum: & ad Ro. 9. ſcribens de laudabili mæſtitia ait, Veritatem dico in Chriſto, quoniam triſtitia eſt mihi magna, & dolor continuus cordi meo pro fratribus meis, & 2. Cor. 2. ſtatui autem hoc ipſum apud me, ne iterum in triſtitia venirem ad vos. & ad Philip. 2. Infirmatus eſt autem Epaphroditus, ſed Deus miſertus eſt eius non ſolum autẽ eius, ſed mei, ne triſtitiam ſuper triſtitiam haberem. Hanc triſtitiam laudabilem peccatorum ſuorum hæc mulier habuit, & in gaudiũ verſa eſt: ſic & nos illam habere debemus de pecccatis noſtris: vt tandem triſtitia noſtra vertatur in gaudium, Amen.

DOMINICA QVARTA Quadrageſimæ.

PAVLVS Apoſtolus ſcribens ad Rom. 3. oſtendit quod lex inter alia, quæ fecerat Chriſtum oſtendebat. Pedagogus enim erat: qui ait, ex operibus iuſtitiæ non iuſtificabitur omnis caro coram illo. per legem enim cognitio peccati, nunc autem ſine lege cognitio Dei manifeſtata eſt: iuſtitia autem Dei per fidem Ieſu Chriſti, & ad eoſdem cap. 8. id impoſſibilem legis, in quo infirmabatur per carnẽ Deus filium ſuũ

mittens

mittens in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato dãnauit peccatum in carne, vt iuſtificatio legis impleatur in nobis: & Galat. 3. ait, lex pedagogus noſter fuit ĩ Chriſto, vt eius fide iuſtificemur: Chriſtus enim finis eſt legis, non immeritò hoc humanũ multitudo magna Chriſtum ſequebatur, quia videbant ſigna, quæ faciebat, quæ Chriſtum finem legis, & remiſſionem peccatorum oſtendebant, vt Euangelio Deo fauente uidemus. quieſcite.

Quinq; fructus ex viridariis fertiliſſimis portus Panormi huius Euangelij nautę fideles ſuauiter comedunt. Primus eſt charitas Chriſti erga ſequentes ſe. Secundus eſt, vt exemplo eius diſcant paſtores, & prædicatores. Tertius eſt, vt ex ſuperfluitate eleemoſynas tribuamus. Quartus eſt, quod prohibet prodigalitatem. Quintus eſt, quod tanti miraculi vanam gloriam fugit.

Primus fructus eſt, quod Chriſtus conſolationem contra tentatio nem, de victu arte parando vitæ neceſſario, & honeſtate vitæ manifeſto ſiquidem exemplo docet, omnibus quærentibus Dei regnum iuſtitiam gloriam, nunquàm defore vitæ neceſſaria. Quanquàm enim inter iſtos Chriſti ſectatores multi eſſent, quibus diſpar fuit ſequendi ratio: nam alij ex curioſitate, vt viderent inſolita: alij ex ignauia, & ſecordia, vt otioſi fœliciter viuerent: alij verò maleuolo affectu, vt calumniandi occaſionem nanciſcerentur, ſequebantur: quos tamen non omnino deſerit Chriſtus, & ſi nolit nos, aut ſe, aut ſuo verbo abuti à carnis voluptate. Non enim Deus pater propoſuit filiũ ſuũ, vt ſit carnalis, ac terrenus tantum, ſed vt ſit ſpiritualis, & qui remiſſionem peccatorum, & iuſtitiam largiatur. Potuiſſet, quidem Chriſtus ineffabili ſua potentia ſuſtentare eos, vt olim Moſen, & Heliam, atqui vt doceret externa ſubſidia non eſſe reijcienda, quando haberi poſſunt, idcirco adhibuit tum etiam vt tam Apoſtolis, quàm turbis: perſpecta fieret eius diuina virtus: neq; verò ſtatim ſuccurrit, ſed diſſimulatione quadam vtitur, vt doceret patris ſui æterni conſuetudinem, qui ſolet quandoque ſurdus ad piorum preces videri, vt dilatione in afflicto excitet maiorem ardorem inuocandi.

Hæc autem Dei operatio magnos in nobis fructus parit, ſcilicet tolerantiam paſſionum, obedientiam eorum officiorum, quæ Deo, & proximo debemus, & conſtantiam in oratione: ſunt autem ſtudioſè Eccleſiæ obſeruandæ ceremoniæ, quibus hoc miraculo vtitur Chriſtus: plus enim in receſſu continent, quàm fronte promittunt. Quod enim patri gratias agit, quod panes frangit, quod Apoſtolis deſtribuit, ſignificat ſe eundem eſſe cum patre, à quo omne donum deſcendit, atque adeo omnia beneficia ex ſummi patris voluntate contingere,

re, ac mulptiplicari gratiarum actione, ac fractione, quando ſcilicet in vſum pauperum partimur.

Hæc ſunt, quæ manus Domini plaſmauere, vt eis omnes nos dominari poſſimus dicens, Dominamini &c. ſed terram præſertim ad nutriendos nos, nobis ſua bonitate præſtitit ſuis manibus fundatam & formatam, de qua regius vates Pſal. 94. ait, aridam fundauerunt manus eius.

Sed contra Gen. 1. Aridam nunquàm fundatam eſſe nouimus, cur ergo aliter Propheta?

Reſpondeo, quod hoc nomen arida, non fuit nomen alicuius rei per ſe diſtinctè creatę ab aliſs rebus, ſed nomen terræ, ſic vocatę a Deo poſt illám diuiſionem aquarum tertia die factam, nã ſicut illa aquarum congregatio forma fuit, vt talis eſſet ſpecies aquę, qualẽ nos cernimus, ita per illud dicere Dei, & appareat arida terra accepit viſibilem formam, quam nunc cernimus. Profectò prius dicebatur terra inuiſibilis, & incompoſita materiæ confuſio, ſed facta diuiſione viſibilis, & compoſita ſub hoc nomine arida: ſit ergo ſenſus, manus Domini fecit aridam, id eſt tribuit formam terræ, vt appareret.

Sed cur terræ prius non tribuit formam?

Reſpondeo, ne beneficium terræ tribueretur, ſed illi, qui eam creauit ex nihilo, & ne nimis eam homo veneraretur, qui nunquàm hominem amicum, aut inimicum fame oriri ſinit, quinimmo ſolem ſuum ſuper pios, & impios perire vult, ideo Prouerb. 10. non affliget Dominus fame animam iuſti.

Sed contra ſecunda Corin. 11. Paulus cum ſocijs fame afflictus. Diſcurre.

Reſpondeo, quod licèt prima de corporali fame intelligi poſſit, quam Deus non ſic permittit animam iuſti affligi, vt pereat, tamẽ potiſſimum de ſpirituali fame intelligitur, quam nullatenus, qui eſcam dat omni carni patietur alicui animæ iuſti: quinimmo è cœlis Angelos mittet, vt verbo ſuo alẽt, ſicut de Cor. Act. 10. & de nõnullis alijs: ſic de Helia. 3. Reg. 19. dum maneret ſub vmbra iuniperi, & pergeret ad montem Dei Oreb de Daniele 14. exiſtente in lacu leonum, nam licèt Deus, qui pius eſt, electos ſinat interdum hac fame corporali vexari, & affligi, & alias miſerias ſuſtinere, hoc tamen facit, vt compellatur alibi ſolatium quærere, nidum huius mundi contemnere, vt ſurſum ad cœlum per deſiderium, & affectum euolent: eſt alia famis & ſitis iuſtitiæ in hoc mundo. Ideo Matt. 5. Beati qui eſuriunt, & ſitiunt &c. Hanc cupiebat Moſes erga proximum, Exo. 33. qui nimio feruore zeli motus conuerſus ad Deum ait: aut dimitte eis hanc no-

xiam, aut dele me de libro tuo. Paul. quoque Rom. 9. paſſus hanc eſuriem ait, optabam enim ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis, qui ſunt cognati mei, ſecundum carnem, qui ſunt Iſraelitæ. Hanc famem habent viri iuſti pro gloria nominis Chriſti, & pœnitentiam agunt de peccatis, ſcientes gaudium maximum fieri in cœlis: ſicut enim mercenarius, qui tota die laborauerit, in ſero eſuriens à patrefamilias benignè ſolet recipi, & affluenter refici: ſic iuſti, qui in agro Domini elaborauerint propter Deum, in ſero mortis reficientur ad plenum ab illo, qui ait, Venite ad me omnes &c.

Hic eſt ille Chriſtus filius Dei, qui Deus & homo eſt, ad nos vt legatus miſſus, pactum redemptionis inter Deum, & nos declarans, & vt pater familias filijs fame pereuntibus panem frangeret. ſic Moyſes populo Iſrael feciſſe dicitur, ſed Chriſtus tanquam Dominus meliori modo, quàm Moyſes famulus nobiſcum fecit. Moyſes ex Aegypto populum, Chriſtus ab inferno liberauit. Moyſes è manibus Pharaonis, Chriſtus à Dæmone nos eripuit. Moyſes in nube obſcura, Chriſtus crucem baiulans. Moyſes cum columnea lignea, Chriſtus ſpiritus ſancti igne. Moyſes manna nos cibauit, Chriſtus corpus propriũ nobis præſtitit. Moyſes aquas amaras dulces fecit, Chriſtus dolores, & triſtitias noſtras in gaudium vertit. Moyſes ĩ mari Aegyptios ſuis precibus ſubmergere fecit, Chriſti peccata noſtra deleuit in ſanguine ſuo. Moyſes legem in tabulis lapideis, Chriſtus in cordibus noſtris ſcripſit. Moyſes tantum legem, Chriſtus legem, & gratiam donauit. Moyſes templum materiale, Chriſtus ſpirituale cõſtituit. Moyſes multa præcepta terribilia, Chriſtus verò ſolum amoris præceptũ ordinauit. Moyſes doctor literæ, Chriſtus verò ſpiritus fuit. Moyſes vmbras, & figuras, Chriſtus verò lucem, & veritatem oſtendit. Moyſes terram promiſsionis, Chriſtus verò cœlum empyreum dæmonſtrauit. Moyſes Deum iratum, Chriſtus verò placatum oſtendit. Moyſes mortem, Chriſtus verò vitam promiſit.

Secundus fructus eſt, quòd exemplo Apoſtolorum docet paſtores, concionatores, quo ſpiritu Eccleſiam regere debent, ſcilicet vel ſpiritu manſuetudinis, vel virga ſupplicij, vt primæ Corin. 4. & rationem habere debeant non tantum ſanæ doctrinæ, qua ſubditorũ animi paſcantur, ſed etiam ſubſidiorum corporalium, idcirco, vt rectè Ambroſius monet libro 2. officiorum, cap. 28. aurum habet Eccleſia, non vt ſeruet: ſed vt eroget, & ſubueniat neceſsitatibus: quanquã hic de ratione doctrinæ potiſsimum agatur, vt ea ſit pura, ſana, & catholica, qualem ipſi Apoſtoli Chriſto habuerunt. Huic officio, ſi vt oportet, non defuiſſent, iam uires hæreticorum nõ obtinuiſſent tot

ſciſmata, quæ miſerè Eccleſiam labefactant; ſed miſerebitur aliquando Eccleſiæ ſuæ Chriſtus, & eam eripiet ſubſtitutis veris paſtoribus, qui famelicos paſcent verbo, & exemplo. Hier. 3. ſi tamen quod ouium eſt, præſtiterint fideles, hoc eſt obtemperent rectè imperantibus: vt enim Chriſtum miſit pater, vt eſſet Rex, & ſacerdos, & ipſe Apoſtolos miſit cum plenitudine poteſtatis ligandi, & ſoluendi, quos qui ſpreuerit, non hominem, ſed Deum ſpernit, primæ Theſſ. 4. ſic vt ipſe Apoſtolus, tãquàm paſtor omnes aleret, & præſertim pauperes: ita vt omnia tum temporalia, & ſpiritualia communia eſſent inter eos, & vt Act. 4. legitur, nec quiſquàm egens erat inter illos.

Sed contrà Act. 3. claudum quendam egentem ad portam templũ ponebant, ergo inter illos erat quidam egens, quem quotidie ponebant ad ſpatioſam portam.

Reſpondeo, quod non eſt credendum, quod illi, qui ponebãt claudum ad petendum ab introeuntibus in templum, eſſent de numero fidelium, quibus dum omnia communia eſſent, non eguiſſent neceſſariis, vt dareńt claudo: ita dicendum de donis cœleſtibus, quoniam tũc fideles diuites erant in Chriſto, vt Paul. 1. Cor. 1. ait, gratias ago Deo meo, quia in omnibus diuites facti eſtis in illo, in omni verbo, & in omni ſciẽtia, ita vt nihil vobis deſit, qui pro nobis egenus factus, cũ eſſet omnium Dominus, vt diuites efficeremur, non tamen diuitiarum terrenarum, ſed cœleſtium donorum.

Non ab re Chriſtus hodiè ſubleuat oculos ad turbam. Duos oculos Chriſtus ſuper nos aperuit iuſtitiæ, & pietatis. Primum aperuit, quando legem per Moyſem donauit, quæ iuſtitiam Dei meritò commouebat: & quod verum ſit, vide quæ nomina ſibi attribuit, Eſai. 9. Eam virgam, & iugum oneris appellauit, quandoquidem ad baratrũ nos trahebat, ideo Chriſtus nemo veniet ad me, niſi pater meus traxerit eum, quaſi diceret, lex ad eam deſperationem hominem conducit, vt vires humanæ eum ſubleuare nequeant, niſi brachio Domini, in quo diſperſit ſuperbos, adiuuarentur. Dicitur vinculum colli, Eſa. 5. ſolue vincula colli tui Iſrael, eo quia homo prius liber illicita exercebat, Deum nõ amabat: ideo lex, diliges Dominum Deum tuũ. Nomen Dei blaſphemabat: ideo lex, non aſſumes nomen Dei in vanum, Sabbata non cuſtodiebat: lex clamat, Sabbata ſanctifices. Parentibus non obediebat: lex præcipit, honora parentes. Rem alienam ſibi vendicabat: lex docet, non furaberis. Falsò iurabat contra proximum: lex prohibet falſum teſtimonium. Vxorem proximi ad ſe trahebat: lex præcipit: non concupiſces vxorem proximi. Ideo Dauid Pſal. 65. Induxiſti nos Domine in laqueum, & poſuiſti tribulationes in dorſo

noſtro,

noſtro, & Pſal.17. clamitat d. Domine,dolores inferni circundederunt me,præoccupauerunt laquei mortis.

Tertiò,vocatur ignis,& malleus.Hier.23. Nõne verba mea ſunt, quaſi ignis, dicit Dominus,& quaſi malleus conterens petrã,eo quia frangit,comburit, & exiccat lex : facit enim nos ad iram Dei accedere,& anima noſtra arida fit ſine aqua gratiæ.

Quartò vocatur gladius ignitus, vt Hiere.28. in perſona Dei iugũ ferreum poſui ſuper collum cunctarum gentium, eo quia ſecreta cordis pertranſit, vt non ſolum malitiam corporis, ſed animæ oſtendit, noſque inexcuſabiles facit.

Quintò miniſtra mortis nuncupatur, quia occidit, & cõdemnat, Corinth.3.quod ſi miniſtratio mortis, literis deformata lapidibus fuit in gloria,quanto magis miniſtratio ſpiritus erit in gloria.

Sextò virtus peccati dicitur,quia vigorem illi præbet,Rom.3. per legem cognitio peccati,& Cor.Stimulus autẽ mortis peccatum eſt, virtus verò peccati lex.

Septimò elementum mundi vocatur: non enim perfectionem præſtat,Coloſ.2.Si ergo mortui eſtis cum Chriſto, ab elementis mundi huius,quid adhuc tanquàm viuentes mundo decernitis, & Galat.4. Nunc autem cum cognoueritis Deum,imo cogniti ſitis à Deo, quomodo conuertimini iterum ad infima,& egena elementa.

Octauò dicitur iugum inſupportabile , vt Petrus Act. ait,vt quid tentatis Deum ponere iugum ſuper ceruicem diſcipulorum, quod neque nos,neque patres noſtri portare potuimus.

Nonò vocatur occaſione peccati , nos enim peccatores reuelat, & ad damnationem æternam præcipitat, Rom.7. Peccatum non cognoui,niſi per legem:vnde occaſione accepta per mandatum operatum eſt in me omnem concupiſcentiam.

Decimò augmentum peccati appellatur. Rom.6.lex ſubintrauit, vt abundaret delictum.Ecce ergo oculus Domini, quẽ tunc aperuit, non quidem,quod lex mala eſſet, ſed bona: ſed quoniam non obſeruantibus minabatur mortem:obſeruare quidem non poterat abſque gratia,& miſericordia.Ideo Chriſtus hodiè tuos aperit oculos.Alterum quidem miſericordiæ,dans nobis ſacrum Euãgelium,quod bonum nuncium appellatur.Quandoquidem ex fide Ieſu Chriſti,& nõ ex operibus legis nos iuſtificari annunciat,Galat.2.

Secundum nũcium eſt, quod pacem habemus ad patrem Deum, Rom.5.Si enim cum inimici eſſemus reconciliati, ſumus Deo, per mortem filij eius.

Tertium nuncium eſt, quod ſpiritum ſanctum per Chriſtum habuimus

habuimus, qui nos ad patrem exclamare facit, Rom.8. Accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba pater.

Quartum nunciat nos per Chriſtum liberos, & ſaluos eſſe, Ro.5. Iuſtificati igitur ex fide pacem habeamus ad Deum per Chriſtum, per quem acceſſum habemus per fidem, & gratiam, in qua ſtamus, & gloriamur in ſpe gloria Dei.

Quintum nunciat Deum patrem miſericordiarum eſſe, & totius conſolationis, vt Paul. benedictus Deus, & pater Domini noſtri, &c. pater miſericordiarum, &c.

Sextum nunciat nos adoraturos Deum in ſpiritu, & veritate, vt Samaritanam Chriſtus docuit adorabitis patrem in ſpiritu, & veritate, ideſt in Trinitate perfecta.

Septimum nunciat, quod ex ipſo fidem acquirimus, Rom.11. Fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei.

Octauum docet, quæ ſint à nobis credenda, vt Ioannes. Hæc ſcripta ſunt, vt credatis, quoniam Ieſus eſt filius Dei.

Nonum docet legem implendam fore à Chriſto, Mat.5. non enim veni ſoluere legem, ſed adimplere.

Decimum nos ad opera charitatis, & pietatis hortatur, vt Chriſtus, eſtote miſericordes, beati mundo corde, beati mites, beati pacifici.

Vltimum melius omnibus nuncium eſt, quia nos a peccatis liberos, & hæredes regni cęlorum hæredes nunciat. ideo Paulus Roma. 6. Nunc verò liberati à peccato, ſerui autem facti Deo, habetis fructũ veſtrum in ſanctificationem, finem verò vitam æternam: & Theſſal. 3. Iuſtificati per ſanguinem Ieſu Chriſti hæredes ſumus Dei, ſecundum ſpem vitæ æternæ. Hoc etiam Ioan.1. Epiſtolæ annunciat dicẽs, annunciamus vobis fratres vitam æternam, quæ erat apud patrem, & apparuit nobis, & cap.2. Hoc eſt teſtimoniũ, quod credimus, quoniam vitam æternam dedit nobis Deus, & hæc in filio eius. Hoc nuncium fecit nobis Deus, quando dixit mulieri, inimicitiam ponam inter te, & ipſum, & ſemen tuum conteret caput eius. Hoc nunciũ fecit in Abraham dicens, in ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Hoc nuncium dedit nobis in Moyſe, quãdo dixit, faciem meam non videbis: poſteriora autem mea videbis. Hoc idẽ in Dauid, de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem meam. Hoc idem in Eſa.7. Ecce virgo concipiet. Hoc idem in Ioanne. Ecce agnus Dei, &c. Hoc idem annunciauerunt Angeli dicentes, annuncio vobis gaudiũ magnũ, &c. Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax &c. Hoc idem nũciauit Chriſtus. Oportet me euangelizare regnum Dei. Hoc idem Euangeliſtæ;

ite & prædicate. Hoc idem omnes miniſtri Chriſti. & Paul. ait: quàm preciosi pedes euangelizantium pacem.

Hunc ergo oculum pietatis Chriſtus hodiè aperuit, cupiens neceſſitati ſequentium prouidere, vt eius prouidentia manifeſtaretur: de qua varij varia dixerunt. Peripatetici ponentes differentiam inter agens naturale, & liberum, aiunt. Agens naturale ex neceſſitate operatur, agens verò liberum voluntariè agit. Ideo dixerunt Deum mundum gubernare confusè tantum, & vniuerſaliter: mouet enim cęlos motu vniuerſali, in quo omnes operationes particulares, non operatur: ſed tantum producit, & conſeruat. Sed homo liberè operatur ſecundum libertatem conſilij ſui intellectus, & voluntatis: & hoc vt inexcuſabilis fiat.

Stoici verò Peripateticis penitus contrarij, conſiderantes hominē in minimis ſe confundere, & in maximis victoriam conſequi, aiunt actiones noſtras non à libera voluntate, ſed à naturalibus cauſis, quæ adeo virtute conuinctæ ſunt, vt omnia inferiora neceſſitate producant: quam vnionem fatum vocant. Ideo conſilia ſpreuerunt, & omnia ſtellis, & planetis applicuerunt.

Tres enim coniunctiones volunt. Prima eſt Iouis cum Venere, ſecunda Saturni cum Marte. Tertia Lunæ cum Mercurio. dicunt enim ſi quis in bona coniūctione naſcitur, bonus eſt: ſi in mala malus: ſi in prima coniunctione naſcitur, quæ bona eſt, bonus erit. Si in ſecunda, quæ mala eſt, malus erit. Si ſub tertia vterque eſſe poteſt. Si magis adhæret primæ bonus, ſi magis ſecundæ malus. Sed hoc falſum eſt: ſi enim inclinant, non tamen neceſſitant. ſcriptura verò clare oſtendit Deum prouidere ad omnia, qui ſolem ſuum oriri facit, & cætera. ſic Chriſtus hodiè aperit oculos, vt turbam famellicam ſatiaret. Si enim Chriſtum poſſidebimus, quid nobis deerit? Si eſurimus, Chriſtus panis eſt: ego ſum panis. ſi ſitimus fons eſt: ſi quis ſitit. Si infirmamur medicus eſt: vere languores &c. Si pauperes diues eſt: in quo ſunt omnes theſauri. Si erramus, paſtor eſt, ego ſum paſtor. Si morimur vita eſt, ego ſum reſurrectio. Si a mūdo debellamur, victoria eſt, ego ſum qui vici mundum. Si in tenebris, lux eſt, ego ſum lux. Si ignorātes, magiſter eſt: Vos vocatis me magiſter. Si in peccatis, pro vobis factus eſt ſanctificatio. Si cum Dæmonibus, in nomine Ieſu omne gēnu flectatur: Subleuauit ergo oculos, & ſatiauit turbam.

Tertius fructus eſt, quod ſuperfluitas fragmentorum demonſtrat bona per eleemoſynas erogata fidelibus augeri, multiplicari: licet. n. ad miraculi confirmationem potiſſimum iuſſerit Chriſtus fragmenta ſupereſſe, quia tamen omnis Chriſti actio noſtra eſt inſtructio: al

tius Paulo nos hinc aſſurgere voluit: & ſi allegoriam ſpectemus inſi-nuare ſe vnicum eſſe animarum paſtorem, qui ſcripturarum panes, quo ſaluantur animæ nobis fregerit, dum ſcilicet, nobis ſenſum aperit, vt intelligamus eas. Luc. 24.

Vel ſi Ethica magis placeat doctrina ſignificat, quæ ſit eleemoſyna non ex triſtitia, vel ex neceſſitate, ſed hilari corde, vt monet Apoſtolus. 2. Corin. 9. proficiſcentis energia nimirum eos, qui non ex rapto, aut inlicitis eleemoſynas diſtribuunt veram iuſtitiam conſequi abũdare. in omne opus bonum, ſiquidem Deus ipſis panem ad manducandum præſtat. Multiplicat ſemen, & auget incrementa frugum iuſtitiç, vt in omnibus locupletati abundent in omnem ſimplicitatem. quòd verò fragmenta apud Apoſtolos eſſe vult, non obſcurè, quoq; ſignificat Epiſcoporum, & eorum qui præſunt Eccleſijs eſſe munus, vt eleemoſynarum ſint diſpenſatores, & pauperum egenorum, & mẽdicorũ ita rationẽ habeant, vt ſciẽt eos, quoque ad ſe pertinere, quia Chriſtus Luc. 11. ait, date eleemoſynam, & omnia mũda ſunt vobis.

Sed contra. 1. Cor. 13. ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, nihil mihi prodeſt, ergo contradictio, declara.

Reſpondeo, dico quòd Paulus non abſolutè dixerat hoc, ſed charitatem innuẽs, quia eleemoſyna ſine charitate nihil mihi prodeſt, nec fides, nec aliqua virtus: nec ramus aliquid viriditatis habet, niſi manſerit in radice charitatis, vt Greg.

Hæc eſt illa charitas, de qua Paul. Roma. 9. ait, optabam ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis, qui ſunt cognati mei, ſecundum carnem.

Hanc charitatem oſtendit eiſdem cap. 10. dicens, voluntas quidẽ cordis mei: & obſecratio fit ad Deum pro illis in ſalutem: nam cum liber eſſem ex omnibus, omnium me ſeruum feci, vt plures lucrifacerem.

Hanc charitatem oſtendit tam Iudæis, quã Gentilibus, vt ad Cor. primæ 9. ſcribit, dicens: & factus ſum Iudæis, tanquam Iudæus, vt Iudæos lucrarer ijs, qui ſine lege ſunt, tanquàm ſine lege eſſem, cum ſine lege Chriſti nõ eſſem, vt eos, qui ſine lege erant, lucrifacerem: omnibus omnia factus ſum, vt omnes ſaluos facerem, omnia autem facio propter Euangelium, vt eius particeps efficiar.

Hanc charitatem Corinthijs ſuis fidelibus oſtendit ſecundæ 3. dicens, Epiſtola enim veſtra vos eſtis ſcripta in cordibus noſtris, quæ ſcitur, & legitur ab omnibus hominibus: Epiſtola eſtis Chriſti à nobis non atramento, ſed ſpiritu Dei viui, non in lapidibus tabulis, ſed in tabulis cordis carnalis: charitas enim Chriſti vrget nos, & cap. 9.

Venio ad peccatum,& non ero grauis vobis;non enim quæro quę ve ſtra ſunt,ſed vos.

Hanc charitatem oſtendit Philip.2. dicens: Teſtis eſt mihi Deus, quomodo cupiam omnes vos in viſceribus Ieſu Chriſti.

Hanc charitatem oſtendit,Col.2.Volo enim vos ſcire qualem ſoli citudinem habeam pro vobis.

Hanc charitatem oſtendit Tim.1.c.2.d.gratias ego Deo meo, cui ſeruio à primogenitoribus meis in conſcientia pura,quod ſine intermiſſione habeam tui memoriam in orationibus meis die, ac nocte.

Hanc charitatem oſtendit Theſ. 1.2 d.tanquàm ſi nutrix foueat filios ſuos: ita deſiderantes vos cupidè volebamus tradere vobis non ſolum Euangelium Dei,ſed etiam animas noſtras, quoniam chariſſimi nobis facti eſtis.

Hanc eandem charitatem Chriſtus hodiè in colligendis frangmẽtis,ne perirent,oſtendit,vt quod ſupereſt eleemoſynas demus.

Quartus fructus eſt,dum colligi fragmenta iubet, prodigalitatem prohibet,& parſimoniam præcipit. Vult enim Deus nos reuerenter, vti donis, quæ nobis concedit,ſ. ad vſus vitæ neceſſarios, & ab ipſo ordinatos.Grauiter contra hoc præceptum peccāt,tum prodigi, qui illicite profundunt,aleis,ſcortationibus,commeſſationibus omnem ſubſtantiam conſumunt,tum etiam auari, qui prætextu parſimoniæ argentum, & aurum rubigine corrumpi ſinunt,Iacob. ſexto, Veſtes à tineis rodi patiuntur, immo genium ſuum defraudant miſerè. Solet enim ſubinde Deus hæc mala grauiſſimè punire, dum patitur Reſpublicas florentiſſimas,immo quandoque vrbes, & Regna inopia, fame, & bellis exuri, ſiquidem plerumque luxus comes ſit & egeſtas: vt auaritiæ,& cupiditatis miſeria, & ſordes, Eſai.5. Vos qui conſurgitis mane,&c.vt Eccleſi.14.Viro cupido,& tenati ſine ratione eſt ſubſtantia. Hæc miſteria occulta erant:Chriſtus autem ſumma veritas nobis prębuit,& gratiam, & veritatem. Ideo Io.1.gratia veritas per Chriſtum facta eſt.

Sed contra Rom.7.lex ſancta fuit,& omni veritate plena: ergo ante Chriſtum fuit veritas, & ſi non ante,ergo lex veritatem non habebat,ſed cur Paulus bonam didicit?

Reſpondeo, quòd lex manifeſta habebat præcepta emanantia ab illa veritate vnica,nihilominus veritas in illa contenta non fuit apertè monſtrata, nec reuelata, niſi per Chriſtum, cui datum erat aperire librum,& ſoluere ſignacula eius, Apocalip. 5. nam lex ad Chriſtum, tanquàm finem ſe referebat, vt Paulus Roma. 10. ergo à

Chriſto

Chriſto erat veritas: nam licèt lex per Moyſem data reos faceret præuaricatores, gratia tamen ſurgendi, & illam obſeruandi à Chriſto venit.

Quintus fructus eſt, quòd facto miraculo fugit Chriſtus, quod ſignificat quantæ virtutis ſit, opes, diuitias, & potentiam fugere: non quod ſint mala, ſunt enim bona Dei dona, vt Auguſtinus Epiſt. 89. Non enim eſt poteſtas, niſi à Deo. Rom. 13. Sed docere voluit Chriſtus ſe à patre non eſſe miſſum, vt armorum potentia, populi multitudine, vel Regio faſtu politicam adminiſtrationem gubernaret, vt ſomniant cęci iudæi, ſed vt fieret victima, & ſacrificium pro pecca to, vt in cordibus fidelium dominaretur fide, ſpe, & charitate, quibus perfecta conſiſtit iuſtitia, & remiſſio peccatorum obtinetur per Chriſtum, qui ſolus iuſtificat impium. Hæc enim longè ſublimiora erant illis externis, quæ admirari ſolet mundus, atque ad hæc vt ſe veniſſe demonſtraret. Chriſtus fugit in deſertum ipſo facto demonſtrans, quantum ſit ambitio ſuperbia, & iactantia in rectè factis cauẽda. Ea eſt enim induſtria Dęmonis, vt norit his artibus etiam optimas virtutes corrumpere.

Quare hæc vitia ſemper omnibus pijs ſunt metuenda, vt ne in humanis gloriemur, ſed tantum in diuinis. ideo Paul. Galat. 5. mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce. & prima Corinth. 1. qui gloriatur, in Domino glorietur. & ſecunda Corinth. 11. gloriantes in carne increpat.

Sed contra prima Corinth. 10. Paul. gloriatur in infirmitatibus ſuis, & Gal. 6. gloriatur Paul. in ſeipſo, & ſecunda Corin. 11. gloriatur in carne ſua.

Reſponpeo ad primam, quod tota ſua gloriatio de infirmitatibus ad crucem Chriſti referenda eſt, gloriabatur enim tanquàm membrum de corpore, idcirco quicquid pœnale, aut perſequutionis, aut exilij patiebatur pro Chriſti nomine, hoc totum ad crucem Chriſti referabat, extra quam nulla erat ei gloriatio: ideo dicebat abſit mihi, & vt membrum fidele fieri mereretur Chriſti pendentis dicebat, libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti.

Ad ſecundam dico, quod Paulus non intellexit gloriam in ſe ipſo, vt gloriatio Dei euacuaretur, ſed vt augeretur, qui hoc illi tribuit, vt de accepto dono gratias Deo referat: quia illa eſt vera gloriatio, dum pro bono, quod agit homo fauore Dei gloriatur in Domino, quem laudat de dono miſericorditer ſibi collato.

Ad tertiam dico, quod dum Paul. gloriatur in carne, non fecit in

vt in illa tanquam de ſuo gloriam quæreret, ſed vt Iudæos confunderet, qui Corynthum, & Romam habitabant. Hi enim ſpem ſuam in carne ponentes, inſurgentes contra gentiles dicebant, nos ſemine Abrahæ ſumus filij Patriarcarum, & Prophetarum, Idcirco Paulus præceptor cautus, hoc quaſi alios alloquens dicebat, ſi ſemẽ Abrahæ ſunt, & ego. Iſraelitæ ſunt, & ego: quaſi dicat non enim ſuper me cauſam gloriandi habent, quia ſemen ſint Abrahæ, quia & ego pariter ex ſemine Abrahæ oriundus ſum. Iſta enim gloriatio vana eſt, & ſine fructu, ſed illa eſt bona, qua quis domum conſcientiæ luſtrans, & nil dignum morte cernens, in illa dans laudem Deo dicit, nihil mihi conſcius ſum, quæ finaliter hæc gloriatio ad Dominum refertur. Fugit ergo Chriſtus gloriam huius mundi, vt nos eandem fugere doceat, & gloriam æterni Regis acquirere, propter quam nobis acquirendã de ſummo cœlo egreſſus eſt, vt ad cœlum nos duceret: factus eſt dux, vt eum ſequi debemus, vt hodiè multitudo magna, qui tanquàm peregrini, & aduenę in hoc ſeculo aliud toto conatu aſſequi laboremus non vt ſapientes, qui ſapientia ſua cœlum tangere putabũt, nec vt gigantes, qui montem ſupra montem poſuerunt Deum à cœlis fugarè opinantes, ſed vt veri fideles, qui relicto mundo cum pompis eius Sathana, & carne, ſolum Chriſtum ſequamur: qui ſequentibus ſe multa documenta dedit.

Primò, vt ea, quæ ipſe faciet, & nos faciamus. Secundò, vt viã eius rectam ſequamur. Tertiò ne timore ſpinarum ipſum relinquamus. Quartò ne tempeſtatibus ventorum, & pluuiæ fugiamus iter. Cito enim ſol ad nos veniet.

Primò ergo, quæ ipſe facit, & nos faciamus: nam ſi in monte orat, oremus & nos. Si cor ſuum vigilat, nec dormiamus. Si humilis eſt corde, ſuperbiæ non incumbamus. Si patitur, compatiamur. Si ieiunat, ne crapulemur. Si ſuffert, perſequutionem patiamur. Si militat, armaturam Dei accipiamus. Si lachrimatur, ne lętemur. Et ſic quę Chriſtus facit, & nos faciamus.

Et non ſolum hoc faciendum, ſed quæ nobis impediunt iter remouere conemur, & ea quæ nobis neceſſaria ſunt, amplectamur.

Primum impedimentum eſt aurum, argentum, & bona fortuna: Dicit enim mulier, quid faciam de veſtibus pompoſis, de anulis, & catenis, quas vix relinquere valeo: Audi filia, ſi vis hæc omnia ad cœlum portare, quære aliquem, qui te adiuuet, quære pauperes orphanas, quæ tuas veſtes vſque ad cœlum fideliter portabunt. Tu diues voca pauperes, & da illis diuitias, vt literis ſuis in cœlo eaſdem inuenias diuitias, immo maiores, quia centum per vnum accipies.

Secundum,

Secundum, crucem ſuſcipere oportet, quæ nil aliud eſt, niſi libenter, & perſeueranter manere in eadem vocatione, in qua quis vocatus eſt. Eamus ergo libenter poſt Chriſtum, & ingrediamur fœlicem gloriam. Sed heu, quòd clamorem auribus, principio aliquorum dicentium, arcta, & auguſta via hæc eſt, & nos pinguiores ſumus, quoniam pacto Chriſtum ſequemur, vt mundum fœliciſſimum derelinquamus. Ideo Chriſtus reſpondit eis, facilius eſt camelum per foramen acus introire, quàm diuitem intrare in regno cœlorum.

Alia ſpina eſt patrisfamilias, qui vt filios ditaret animam perdere non vitat. ideo Paulus, qui diuites fieri volunt, incidunt in malam tentationem.

Alia ſpina eſt mulierum, cernentes Apoſtolos non lauare manus ſuas aiunt: Non erit nobis hoc opus, quandoquidem non ſolum manus, ſed vultum, & caput lauare, & mundare nos oportet: ergo Chriſtum ſequi non poſſumus.

Alia ſpina vſurariorum eſt, audientium peccatum non remitti, niſi reſtituatur ablatum. Aiunt, quando hæc nobis fient.

Alia ſpina eſt ſpiritualium ſacerdotum ambientium, ſitientes dignitates, & gradus, nunquàm ſatiantur: ideo Chriſtum vſque ad cœlum ſequi non poſſunt. Deponite ergo denarios in manibus pauperũ, ò nos miſeri in extremo vitæ: nil aliud dicimus, niſi laſſo, laſſo, laſſo, & nũquàm dicimus, porto, porto: & ſi aliquid portas illud eſt, quod in manibus pauperum relinquis, qui Deo grati ſunt, & chari, de quibus curam habet. Audi ſcripturam. Tibi derelictus eſt pauper, & orphano tu eris adiutor, pauperes reſpiciuntur à Deo, oculi eius in pauperem reſpiciunt. Pauperes conſolantur à Deo, paraſti in dulcedine tua menſam pauperi Deus. Liberantur à Deo, liberabit pauperem à patente. Fortificantur à Deo: fortitudo domus factus eſt pauper. Illuſteantur à Deo, ſpiritus Domini ſuper me Euangelizare pauperibus miſit me, & qui non exaudit pauperem non exaudietur, qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperum, ipſe clamabit, & non exaudietur.

Sed quid dicemus, ò Diues, nonne diues fuit Abraham, & tamen cœlum ingreſſus eſt? Nonne diues fuit Moyſes, qui dixit populum Iſrael gratiſſimus Deo? Nonne diues fuit Iob, & cœlũ ingreſſus eſt? Nonne diues fuit Zacheus, & & filius Abrahæ factus eſt? Nonne diuites Marta, & Magdalena, & Apoſtolatum ſuſceperunt? Nonne diues fuit Sarra, & magnum ſemen germinauit? ſic Suſanna, cui Deus auxilium præſtitit. Ideo gratior eſt diues fidelis quàm pauper deſperatus: nequiſſima enim eſt paupertas in ore impij ait: ſapiens. Ideo ſi

pauperes, humiles, & patientes erunt, cęlum ingredientur, & theſau ros in cęlo theſaurizant.

Alij verò videntes pluuiam infortunij, & laborum, & ventos tentationum dereliquerunt iter, & extra viam rectam inciderunt in latrones, qui ſpoliauerunt, & ſauciauerunt eos: & fuit mundus, Diabolus, caro, & peccata, quæ ſpoliant hominem veſte nuptiarum, id eſt charitatis: qua ablata nil meritorium vitæ ęternæ eſſe poteſt. Eya ergo ò peregrini, nolite paſſus ſtabilire, nec firmare, ſed ſoliciti eſtote, ſequimini ducē, cōſiderantes quo tenditis, ad quem locum pergitis: Vita æterna eſt in ſocietate Angelorū, vt infinito bono fruamur: cōſiderantes etiam quæ ſunt ſubius nos, ſcilicet, infernus, & Dæmones ore aperto nos deuorare quærūt: locus eſt Dęmonū, terra beſtiarum, aqua piſciū, aer auiū, paradiſus aūt locus noſter eſt, quia habitatio noſtra in cęlis eſt. Nolite timere pluuiam, non ſpinas, neq; latrones. Durate, & vos met rebus ſeruate ſecundis. non datur pręmiū abſq; labore, nō coronabitur, niſi qui legitimè certauerit. Cū verò ad cœlum cū Chriſto peruenerimus ab Angelis menſa nobis parabitur, cibis diuinis veſcemur, & Chriſtus nobiſcū in capite menſæ hæc verba proferet: & ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater, vt edatis, & bibatis ſuper menſam meam in regno meo, & ſedeatis ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Gaudete fratres inquit Chriſtus, & exultate, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cęlis, & merces veſtra copioſa eſt apud Deum, quam Chriſtus omnibus ſe ſequentibus promiſit, & promittit: ſequamur ergo cū turba hodiè, ne fame gratię pereamus, ſed panē cęli, qui Chriſtus eſt, comedamus: & ſanguinem eius bibamus, vt refecti cibo diuino audacter, & fortiter vſque ad cœlum ipſum ſequi valeamus, Amen.

FERIA SECVNDA Quartæ Dominicæ.

PAulus Apoſtolus hortabatur Epheſeos cap. 5. vt fugerēt auaritiā dicens, qui volunt diuites fieri incidunt in tentationē, & in laqueum Diaboli, & in deſideria multa, inutilia, & nociua, quæ megunt homines in interitum, & damnationem. Radix enim omnium malorum eſt cupiditas: quam quidem appetentes errauerunt à fide, & inſeruierunt ſe doloribus multis. Hoc iam patuit in ſcribis, & phariſæis,

ſæis, qui appetentes diuites fieri propter eorum cupiditatem non fuerunt ueriti templu m profanare: quare in iram Chriſti inciderunt, ut patet in Euang. hodierno.

Tres fructus nautæ in portu huius Euangelij capiunt. Primus eſt, quòd Chriſtus in domo ſua uult adorari. Secundus eſt, quòd in ea non fiant negotia. Tertius eſt, quòd negotiatores, & ſymoniaci nedũ minis, ſed etiam flagellis expellendi ſunt ab Eccleſia.

Primus ergo fructus eſt, mercatura non fiat in eccleſia. Negotiatio enim multiplex eſt, & mercatura. Prima eſt execranda, in qua negotians lucratur damnationem æternam: hanc exercent peccatores cũ Diabolo, nullam familiaritatem habentes cum Deo, ſed totaliter familiares ſe exhibentes dæmoni, illique ſe uenales offerentes, ut Gen. 47. Emi uos in ſeruitute. Aliqui enim uendunt oculos pro inuidia: nam neque eſt oculus inuidi deſpiciens animam ſuam, non ualens ui dere lucem proſperitatis alienæ, Eccle. 14. Ab hac negotiatione reuocat nos dominus dicens, Trabẽ quæ eſt in oculo tuo non uides, Matt. 7. Alij uendunt cor, ut rixoſi, & odioſi, quibus improperat dominus d. Ezech. 14. Viri iſti poſuerunt inimicitias in cordibus ſuis &cæ. Alij uendunt manus, ut homicidæ, teſte Propheta, manus ueſtræ pollutæ ſunt ſanguine domini noſtri, Eſai. 1. Ab hac diſſuadebat Ruben fratres ſuos dicens, Obſecro fratres, manus noſtræ non polluantur, Gen. 39. Alij totum corpus uendunt, ut luxurioſi, impudici fornicatores. De hac arguit Salomon, poteſtatem habuiſti in corpore tuo, de diſti &c. Eccl. 47.

Iſto modo igitur negotiari nihil aliud eſt, quàm in malis ſe occupate, & propterea damnatione lucranda peccatum mortale tãquam mercedem diabolo ſoluere. de iſta negotiatione dicitur Ezech. 28. Carthaginenſes negotiatores tui a multitudine cunctarum diuitiarũ argento, ſtagno, ferro, plumboque repleuerunt nundinas tuas &c.

Carthaginenſes interpretantur ſcrutantes, per quos figurantur dæ mones, qui ſcrutant̃, & rimantur omnes actus hominum diligenter, iuxta illud, Aduerſarius noſter diabolus tanquam leo rugiens circuit &c. 1. Petr. 5. Iſti repleuerunt nundinas huius mundi iſtis quatuor, argento, ideſt fama populi, quam quærunt Phariſæi uolentes habere pecunias, cathedras in ſynagogis, & ſalutationes in foro &c. Argentũ enim ſonorum eſt: ſuperbi autem, & uanagloriantes nihil aliud quæ rũt, niſi cognoſci, & narrari, in quorum perſona dicitur, celebramus nomen noſtrum, Gen. 11. Ferro, ideſt crudelitate, qua maiores affligũt minores, de quo dicitur, Iugum illius iugum ferreum eſt, Eccle. 28. Potentes enim ſuper maiores imponunt iugũ ferreum per uiolentiã compri-

comprimendo, temporalia auferendo, eos occidendo ſicut facere uo luit Roboam d. Pater meus aggrauauit iugum ueſtrum, ego autem addam ſtagnum hypocriſis, habet enim ſpecies argenti hoc ſtagno multi repleti ſpiritu diabolico ſimulant amorem, & odiant ſanctita tem, de quibus dicitur, ueh uobis qui ſimiles eſtis ſepulchris dealba- tis, Matth. 23. Plumbo rapinæ, & uſuræ: plumbum enim tangentis manum maculat, & uſura replet manus ſanguine, aggrauat animam, adeo ut aliquando ruat in æternam pœnam ſicut figuratur, cum dici tur, ſubmerſi ſunt q. plumbum in aquis uehementius, Exod. 15. & Zach. 5. Ecce talentum plumbi portabatur &c. ſed qui cognoſcetur dominus iuſtitia faciens, Pſ. 9. uide iudicium dei.

Secunda negotiatio hominis periculoſa eſt, quæ uix ſine peccato eſſe poteſt: nam ſi auaritiæ ſociatur, detrahit cor a ſeruitio Dei: nam inter ementes, & uendentes cadit error, & peccatum: unde dicitur. Eſa. 46. Negotiatores tui unuſquiſque in uia ſua errauit: errant enim corde, dum unus alium decipere quærit. Vnuſquiſque enim habet in corde ſuo carius uendere, & uilius emere; errãt ore periurando, quia uilem rem pro bona uendere conantur, & bonam pro uili emere ni- tuntur. errant opere multipliciter; auferendo aerem, & lucem, ne ocu li ementium uideant qualitatem rei, ſiue bona, ſiue mala: rem ponde rando diuerſis ponderibus contra id quod præcipitur Deuter. 25. & Miche. 6. Non habebis diuerſa pondera. Item nunquid iuſtificando ſtateram impiam, & põdera doloſa. Errant quandoque tenentes mer ces in loco humido, quòd magis ponderent, uel aquam ſuperfundũt, ut ſuper lanam. Piſtores adurunt panem extra, intus autem paſta eſt, & quandoque eum extrahunt a furno, & ſuperponunt pãnum made factum, uel madefaciunt. Errant uendendo plus ad maiorem termi- num. Errant hoſpitando, & fouendo latrones in domibus ſuis, ut eis carius uendant res ſuas, de quibus conqueritur dominus dicens, in domo Iſrael uidi horrendam ibi fornicationem Ephrain. Oſea. 6. & alibi, ſuſcepiſti adulterum, dilataſti cubile tuum; & pepigiſti cum eis fœdus, Eſa. 57.

Tertiam negotiatio eſt: uiriliter & toto corde amplecti debemus. Virtuoſa enim eſt, nam nil aliud eſt quam in bonis occupatio uirtu- tum, & gratiarum acquiſitio, & iſta eſt hominis cum Deo. hanc ha- buerunt Apoſtoli decentes, Ecce nos reliquimus omnia &c. quid er- go erit nobis. Reſpondit Chriſtum magnum lucrum, nam centuplũ accipietis, & hoc iuſtum eſt, nam homo ſeruit Deo, & Deo corona- tur, qui dat pro temporalibus datis pauperibus regnum ſempiternũ, ut Eſa. Dabo tibi theſauros abſconditos, & arcana ſecretorum, quæ neſcis,

neſcis: hinc ſapiens Prouer. 3. ait, melior eſt acquiſitio eius negotiatione auri & argenti. Beati miſericordes, beati qui lugent &c.

De primis ergo negotiatoribus dictum eſt, auferte iſta hinc, quoniam domus mea &c. & hic eſt ſecundus fructus, ſcilicet quod in domo Chriſti non fiant negotia mundana, ſed orationes ad Deum fiãt: Templum enim Dei ſanctum eſt, contra hereticos, qui nullam in templis rationem habent. Contra religioſos & ſacerdotes huius tempeſtatis, qui auaritia ducti ſymoniaci fiunt, ut hodie Phariſæi, & ſacerdotes templi. primò parum curant de præſentia Dei. ſecundò in feſtiuis diebus. tertio ibi peccata committunt, & ſi locus ſacer eſt. Nõ abre Chriſtus hodie acriter, nedum repræhendit, ſed caſtigat, & flagellat dicens, nolite facere domum patris mei. Vendunt columbas: quia altilia ambiunt, quos repræhendit ſapiens Prouer. 16. Maior eſt ſuperbia, & arrogantia tua, quàm potentia, ideſt ſufficientia: tales enim ſunt ſimiles quibuſdam columbis, quæ uolant ſuper arbores altius, quam eis conueniat, & ideo inde ad terram deijciuntur, ſic ambitioſi ſacerdotes: diſcurre.

Vendunt oues, quæ luxuriam ſignificant. ſicut enim ouis abundat in lacte, quod quidem lac a ſanguine oritur, ita peccatũ luxuriæ cauſatur a calore naturali, & ſignificat carnem calefacientem, & ad uana & carnalia deſideria incitante: unde 1. Petr. 11. Abſtinete uos a carnalibus deſiderijs, quæ militant aduerſus animam: ſunt enim deſideria carnalia ſimilia igni, homo uerò ſicut ſtuppa poſita iuxta ignẽ, ſtatim accenditur, & comburitur: ita homo acquieſcens carnis deſideſiderijs cadit in uituperium, inimicitias, & homicidia multotiens: propter quam proteſtatur Apoſtolus, ſi ſecundum carnem uixeritis moriemini, Rom. 8. Moriemini ſcilicet mala morte, ſeu morte æterna, &c. quam mortem diabolus omni ſuo conatu procurat homini: unde illo dici poteſt, ſicut ouis ad occiſionem ducetur. Eſa. Sicut ouis ad pratum, & ad macellum ducitur, ſeu deſertur. ita homo carnalis a diabolo: quaſi dicat, traditur ad peccatum luxuriæ, & tãdem ad mortem æternam ducetur &c.

Boues ſignificant inuidiam, nam ſicut bos habet duo cornua, quibus poteſt percutere; ita inuidia in corde inuidi habet duas malas radices, quæ ſunt: Dolor de proſperitate proximi: gaudium de proximi aduerſitate. His enim duobus modis inuidia percutit proximum ſuum, propter quod dicitur, Si bos cornu percuſſerit hominem, lapidibus obruetur, Exod. 21. Et eſt ſenſus ſpiritualis, ideſt ſi inuidia poſuerit in corde inuidi dolorem de bono, & proſperitate proximi tui, occide illam in corde tuo, & hoc duobus lapidibus ſcilicet gaudio

de

de proſperitate illius,& triſtitia de aduerſitate.

Pecunia ſignificat auaritiam, quæ conſiſtit in congregando diuitias,uſuras, furtum,rapinas,falſas mercationes. Hoc autem magnũ peccatum eſt.auaro enim nihil eſt ſceleſtius,Eccle. 10.ideſt maius ſcelus:eſt nanque maius peccato Iudæ, nam Iudas uẽdidit Chriſtum triginta argenteis,ſed uſurarius multotiens pro duobus,uel tribus uendit,& ideo continuo Deum offendit, & multas pœnas conſequitur. Primò ſicut uſurarius alios expoliauit,ita Dei iudicio,& ipſe ab alijs tyrãnis ſpoliatur,quod prædixit Eſa.Veh qui prædaris.Secundò uſurarius hac pęna percutitur,qđ nõ põt uſuras reſtituere:quia ſi auarus eſt reſtituere non audet, ſi uerò prodigus,non ualet. Tertiò affligitur hac pęna cũ non gaudebit tertius hęres.Quartò percutit̃,nã pr̃ maledicit filijs.propter quod dãnatur, & filij patri propter quẽ luxuriantur.

Secundò uideamus de uenalium uenditione, nam Chriſtus,iuxta Euangelium,omnia alia extra templum eiecit,& numulariorum pecunias effudit, quo facto docemur, quòd Chriſtus extra domum ſuã quatuor genera hominum abijcit,ſuperbos, auaros, uanos, & inuidos,&c.ſuper quo facto occurrit conſiderandum, quòd Chriſtus habet duas dòmos.Vna eſt domus gloriæ, & conſolationis, & hæc eſt paradiſus, in qua angeli, & ſancti in tanta conſolatione cum Chriſto morantur,quòd ſicut dicit Apoſtolus, oculus non uidit,nec cor hominis cogitare poteſt: ab hac domo peccatores per decretum publicum expulſi,& iam exules facti ſunt teſte Io. Apoc. 21. Non intrabit in eam,ſcilicet ęternam requiem,aliquod coinquinatum &c.In cuius exilij,& expulſionis figuram Adam & Eua, donec boni fuerunt,paradiſum habitarunt, quamprimum uerò lapſi ſunt,ſtatim ex paradiſo expulſi ſunt:ſicut autem illi a paradiſo terreſtri, ita peccatores a paradiſo cœleſti.

Alia eſt domus pœnæ afflictionis,& deſolationis,& hæc eſt infernus, locus diuinæ iuſtitiæ: in hanc domum obſtinati a Deo mittuntur,& relegantur,& a dæmonibus deportantur, quod contingit eis in die,quo ex hac uita decedunt,Pſal.48.ſicut oues ſcilicet mortuę in inferno poſitæ ſunt,mors depaſcet eos, nã deſiderabũt mori & mors fugiet ab eis,ut dicitur Apoc.9.In hac domo flagellabuntur dãnati.

Tertiò uidendum eſt de reſtauratione templi. Templum autem anima cuiuslibet hominis intelligitur per peccatum deuaſtata,& facta eſt domus Diaboli,quam neceſſe eſt reædificari in tribus diebus, ſcilicet in contritione cordis,cõfeſſione oris,& ſatisfactione operis. Iſtis enim peccator reconciliatur Deo.ſoluite ergo templum hoc. quot requiruntur ad reædificationem templi ſcriptura docet.Primo oſſa infidelium

fidelium eijci debent,ideſt peccata per confeſſionem, Hiere. 8.& oſſa principum eius de ſepulchris ſuis eijciantur. Secundò aſperguntur cineres,ideſt humilitas cordis, ut Abraham.Gen. 18.dixit,loquor ad dominum meum cum ſim puluis , & cinis. Tertiò ſcribuntur literæ omnes alphabeti,ideſt meditatione legis, ut Dauid Pſal. 118. Legem tuam dilexi. Quartò aſpergitur aqua benedicta, ideſt lachrymis pœniteret,ut Dauid: lauabo per ſingulas noctes lectum meum. Depinguntur cruces in parietibus per carnis macerationem, Gal.6.Stigmata domini Ieſu in corpore meo porto. Quintò ungitur criſmate lætitia mētis, Mat.6. Tu aūt cum ieiunas unge caput. Sextò fiunt luminaria per lucidā cōuerſationē, Luc.12.ſint lūbi ueſtri præcincti, & lucernæ ardentes.Fiunt circuitus erga Eccleſiam per diligentiam quærentes Chriſtum, Cant.3.Surgam,& circuibo ciuitatem per uicos & plateas,quærens quem diligit anima mea.Septimò applicatur alicui ſancto,ideſt per imitationem eorum, 1.Machab.2. Mementote operum patrum,quæ fecerunt in generationibus ſuis.Octauò celebrātur miſſæ per orationes,& actiones gratiarum,ut Dauid,Imola Deo ſacrificium laudis.

Sed quæ ſunt uictimæ, & holocauſta, quæ in hoc templo miſtico imolantur. Primum ſacrificium narrat Paulus Epheſ. 5. Imitatores eſtote Dei tanquam filij dilecti,& ambulate in dilectione, tradiditq; Chriſtus ſe ipſum pro nobis ſacrificium, & oblationem in odorē ſuauitatis.

Aliud ſacrificium eſt orationis,ut Dauid: Dirigatur domine oratio mea. Aliud eſt gratiarum actio, & laus Dei, Propheta, ſacrificia Deo ſacrificium laudis. Aliud eſt,quòd pro iuſtitia fit, ut Dauid tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ. Aliud eſt eleemoſynarum, ut Iacob.1. Sacrificium mundum & immaculatum uiſitare pauperes, & orphanos in afflictionem ipſorum. Aliud eſt ſpiritus contriti, & humiliati, ut Dauid: Cor contritum &c. Aliud eſt per prædicationem Euangelij,ut Paul. Adminiſtrantes Euangelium Dei, ut fiat oblatio gentium accepta,& ſanctificata ſpiritu ſancto. Aliud eſt humilitatis in tribulationibus, ut Paul. 1. Cor. 15. Nouiſſimè tanquam abortiuo uiſus eſt mihi: ego enim ſum minimus Apoſtolorum. Aliud eſt patientiæ, ut gloriatur Paulus 1.Timot.1. Propter quod placet mihi in infirmitatibus & cōtumelijs, in uerberibus, in perſecutionibus, in anguſtijs pro Chriſto. ſic Colo.1.qui nunc gaudeo in paſſionib. pro uobis,& ad impleo ea quę deſunt, paſſionis Chriſti in carne mea pro corpore eius, quod eſt Eccleſia,& 2.Timot.2.ait, Ideo omnia ſubſtineo propter electos,ut & ipſi ſalutem conſequantur, quæ eſt in Chriſto Ieſu cū glo

ria

ria cœleſti,& 1.Theſal. 3. Ideo nemo moueatur cum tribulationibus iſtis: ipſi enim ſcitis quod in hoc poſſiti ſumus,& 2.Tim.4.nemo mihi affluit, ſed omnes me dereliquerunt, non illis imputetur: dominus mihi aſtitit,& confortauit me. ut per me prædicatio impleatur. Ecce ſacrificia templi miſtici.

Sed heu,qui hoc templum polluerunt, mercatores : ideo Chriſtus nolite facere domum patris mei domum negociationis, per hoc Anabaptiſtarum aliorumque hæreticorum errores Chriſtus confutat, & catholicæ Eccleſiæ ueritatem confirmat de conſeruanda rerum, & locorum religione: nec peccare eos qui loca ſacra orādi cauſa accedūt, nec nos credamus Deum ſolum in Eccleſijs exaudire; ſeruetur ergo templis honor. Vult enim in illis orare. docere, ſacramenta adminiſtrare, ſi quis autem illud uiolauerit diſperdet illum Deus: & licet de ſpirituali templo quidam intelligant, tamen Paulus Corinthios grauiter obiurgat, quòd in Eccleſia aut ebrij, aut ad ebrietatem conuenirent, 1.Cor. 11. quia ſpiritus quem acceperunt non ad ebrietatem, & comeſſationem, ſed ad utilitatem animæ datus fuit a Deo patre, ſicut & ſacerdotibus: diſcurre. Ideo 1.Cor.12. Vnicuique manifeſtatio ſpiritus datur ad utilitatem.

Sed contra 2.Petri 2. donum propheticum Balaam datur ad perniciem : ſic etiam his ſacerdotibus diſtribuendi ſacramenta datur ad perniciem eorum.

Reſpondeo, quòd non fuit datum ad perniciem donum Balaam, nec ſacerdotibus, ſed ut bene illo utantur: ſicut apoſtolorum dignitas non datur Iudæ, ut ſuſpenſus periret, ſed ut ſibi bene eſſet, & illā exequeretur ad ſui & aliorum utilitatem: nā ſpiritus ut ſit benignus, & ſuauis omnibus ſemper benefacere intendit, ſicut ſol qui omnibus ſuum dat calorem, ſi quis ponit obicem, non ſe calefacit, ſed hoc nō ſoli, ſed tibi imputatur. dico ergo quòd Balaam habuit donum ad utilitatem, ſed corruptus pecunia a Rege Balach malè eſt uſus dono: idcircò priuari meruit. Idem de ſacramentis dicam: ipſa enim propter hoc inſtituta ſunt, ut gratiam conferant bene diſpoſito. ſed aliquando ponenti obicem ſunt ad perniciem, & aliquando bene diſpoſito fiunt ad bonum, licet a malis miniſtris fuerint miniſtrata: ſed propter hoc non debent falſi ſacerdotes impunè abire : ideo Chriſtus flagellum fecit.

Tertius fructus eſt, quòd non ſolum minis, & flagellis malos punit Chriſtus, quibus ſe uerum Deum illis demonſtrauit: nam excæcati propria malitia Phariſæi, non contenti ea actione, quæ teſte Hiero. omnia penè miracula ſuperat, qua ſe ſolum ante obiecit turbæ eluceſcen-

eluceſcente nimirum radio diuinitatis, qui impios in fugam uertit, petunt a Chriſto ſignum & miracula, quòd demonſtret hanc functionem a Deo ſibi conceſſam: Chriſtus autem cum indignos eos aperto aliquo miraculo exiſtimaret, quòd ſciret eos calũniaturos quicquid faceret, proponit illis ſub enigmate obſcuro ſuam paſſionem & mortem, ac deniq; reſurrectionem, quam ex diuinitate ſua reciperet propter iuſtificationẽ noſtram, Rom. 4. quæ ſublimia miſteria carnales non percipientes quæ Dei ſunt, Iudæi non poterant aſſequi, ſed de tẽporali templo dici putabant. Diſcipuli uerò, qui inuidia, nec odio excæcati non erant, crediderunt ut in illis oſtenderetur iudicium, in his uerò miſericordia. Venit enim Chriſtus in hunc mundum, ut uidentes non uideant, & audientes non intelligant, Io. 9. de hoc fine loquebatur Paul. Rom. Vide bonitatem, & ſeueritatem Dei in eos, qui ceciderunt: bonitatem in te, ſi permanſeris in bonitate, alioquin & tu excideris.

Sed contra Rom. 8. ait, Scimus enim quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum ijs, qui ſecundum propoſitum uocati ſunt ſancti: ergo qui ſecundum propoſitum diuinum uocati ſunt ſancti, peccata non imputantur.

Reſpondeo, quòd non ideo omnia cooperantur in bonum: quia peccata ſibi non imputantur ad pœnam, ſed quoniam reuerſuri ad Chriſtum in fine in feruore charitatis reſurgunt: hoc pacto blaſphemia Pauli, uſura Publicani, ſtuprum Magdalenæ uerſa ſunt in bonũ: quia ingentiſſimo feruore charitatis, ex tot ſceleribus ſurrexerunt. Ideo è contrario reprobis omnia cooperantur in malum, quia obſtinati, & cæci facti, etiam ſi ſecundum præſentem iuſtitiam uideantur ſancti, tamen finaliter non delebuntur de libro mortis, ita nec boni de libro uitæ, ut Iob 13. Scio quia iuſtus inueniar.

Sed contra cap. 6. ait, Quis finis meus, ut patienter agam: quare dubitat ſi ſciebat ſe iuſtum fore inuentum, & ſi neſciebat, cur apertè dicit, ſe futurum iuſtum: neſcit homo, an odio uel amore ſit dignus, quis ſcit ſe perſeueraturum, ut cum Paulo dicat 2. Tim. 4.

Reſpondeo ad primam Iob, forſam hoc habuit diuina reuelatione, ſicut Paulus, cui Deus dixit, ſufficit tibi gratia mea: ſic Maria, Aue gratia plena: ſic Stephanus, qui uidit cœlos apertos, & Ieſum ſtãtem: ita Iob habere potuit.

Ad ſecundam dico, forſan nondum fuerat bene probatus in bello tentationum, ueluti poſtmodum inuẽtus: ideo ait, quis finis meus? de probatis uerò ait, Iac. 1. Quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam uitæ: & quoniam peccatum Hebræorum fuit in Eccleſia, in eadem

dem punitum eſt:ſcriptum eſt enim, iuxta menſuram delicti erit plagarum modum &c.

Sed contra Apoc.18.In poculo commiſcuit, miſcete illi duplum, ſi ea menſura qua fideles alios menſi fuerint, eis quoque remetietur. cur Ioannes uoce angeli acclamantis contra Babylonem fornicãtem dicit in poculo.

Reſpondeo, quòd per priorẽ non mandatur lex talionis: quia non dicit, reddite omnibus duplicia ſicut reddiderunt uobis, ſed per illam pręcipitur, ut fiat ultio contra Babylonem, quam dominus cogitauit euertere: quia origo fuerat omnis idololatriæ, & qđ magis fecerat ſecum fornicari reges terræ, & ſuperbia eleuata dixit in corde ſuo, ſedeo Regina, & uidua non ſum, & luctum non uidebo: quapropter iratus Dominus uoce angeli, mandat populo uindictam dicens, reddite illi, ſicut ipſa reddidit uobis, & duplicate illi duplicia ſecundum opera eius, in poculo commiſcuit, miſcete illi duplum.

Sed ne putes tibi licere uindictam facere: quia 1. Theſ. 5. ait, nulli malum pro malo reddentes: ſoli Dei conceſſum eſt, qui tibi dixit, dimittite, & dimittetur. Dico ergo, quòd Deus humanatus uidens iniquitatem phariſæorum, qui ſub prętextu ſacrificiorum templum prophanabant, & zelo domus ſuæ comedit eum: hoc zelo moti ſunt antiqui patres ſicut Moyſes contra Ægyptios, & contra Datan, & Abirõ ſic Aaron, ſic Finees, ſic Samuel contra Saul, quem regno priuari iudicauit, ſic Saul contra Ionatam filium ſuum, reum mortis ipſum iudicans, ſic Helias contra falſos Prophetas, ſic Eſayas contra Ezechiã, ſic Ezechiel contra Hieruſalem peccatricem, ſic Hieremiam contra populum duræ ceruicis; ſic Daniel contra falſos teſtes Suſannæ, ſic Ionas contra Niniues, ſic Heſter contra Aman, ſic Iudith contra Holofernem, ſic Ioan. Baptiſta contra Herodem, ſic Petrus contra Malchum, & Simonem magum, ſic Paulus contra Corinthum fornicatorem, & contra Petrum, quando in faciem reſtitit, ſic omnium Apoſtolorum dicentium tyrannis, obedire oportet Deo magis quam hominibus. Hunc zelum hodie Chriſtus oſtendit. Zelus enim amor eſt ſingularis, qui riualem nõ compatitur: hunc Chriſtus habuit de ſe, quia ſolus ſuper omnia amari uoluit, & honorari. poteſt eſſe zelus cæcus, ut ille Pauli, qui proſequens, & expugnans Eccleſiam, zelo Dei facere putauerat. Eſt alius zelus falſus, & tenebroſus, ut iſte Phariſæorum, ſed condemnandus eſt: zelus uerò illuminatus, & lucidus ille fuit, quem patres tam noui quàm ueteres habuerunt, quem hodie Chriſtus oſtendit faciens flagellum de funiculis, eijciens ementes, & uendentes: eundem & nos habere debemus erga Deum, ut diligamus, &

& honoremus eum in omni loco ſed præſertim in templo, quod adhoc ædificatum eſt. Honora ergo Deum non ſolum in templo materiali, ſed in templo miſtico animæ tuæ, a quo expellas uanas cogitationes, & deſideria carnis, ut Chriſtus Ieſus in eo habitare dignetᷣ, Amē.

FERIA TERTIA

Quartæ Dominicæ.

PAVLVS Apoſtolus oſtendit Coloſ.2. Solicitudinem, quā pro his habebat, qui erant fide, & charitate repleti, attamen adhuc non ita lucidè myſteria Dei patris, & Ieſu Chriſti cognoſcebāt, & reddit rationem dicens, In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei abſconditi: ideo Paulus magna doctrina, & labore eos ita illuminauit, ut cœperint loqui uarijs linguis myſteria Dei, & prædicare Euangelium omni creaturæ. & ſi Apoſtoli hæc omnia gratia Dei fecerunt, & loquebantur, tātò magis Chriſtus loquebatur diſertiſſimè: nam ut ait Apoſtolus Coloſ.1. In ipſo complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & adeo ſapientiſſimè loquebatur, ut qui audiebant eum mirabantur dicentes &c. ut in Euang.

Quinque ductor nauis Chriſtus in hoc portu ſacri Euangelij demōſtrat. Primò confutat inuidioſam admirationem de doctrina ſua. Secundò docet quomodo eam habuerit. Tertiò Iudæos reos legis facit. Quartò docet eos dignos repræhenſione. Quintò prohibet temerarium iudicium.

Primus ergo fructus eſt, quòd confutat inuidioſam de ſe, & de ſua doctrina admirationem, quam duabus de cauſis conceperant, ſcilicet quòd literas ſciret, & quod non didicerit: ſi quidem peccatum fuit, ut ſine ſtudio ignoramus, hoc tamen in Chriſto non fuit, ſed admirabantur ipſum tanta maieſtate, gratia, & eruditione docere, non ſicut Phariſæi. Chriſtus autem ut eos, qui puram hanc Euangelij doctrinam, quam ipſe ex ſinu patris mundo attulit, amplecterentur in ſua fide confirmaret, docet eam non eſſe aut humanam, aut carnalem, dū ait, mea doctrina non eſt mea, ſed eius &c. quibus uerbis eandem ſibi eſſe naturam cum patre docet, hoc eſt non adoptione, ſed natura Deum eſſe admonens omnes uerbi miniſtros, ut non arcana omnia populo, ſed Dei uerbum annuncient hanc doctrinam, & Oſe.4. ait, in terra non fuiſſe aliquando, ideo ignorabant Deum.

Sed contra Eſa.11. ſcientia Dei terram fuiſſe repletam legimus, ſi

repleta per Eſaiam, cur aliter Oſea, qui eodem tempore uaticinatur uacuam eſſe.

Reſpondeo, ꝙ prophetarum alter de illo tempore loquitur, alter uerò de tempore gratiæ loquutus eſt: profecto Eſaias tempus Chriſti prænuncians, quo aperienda erant quæ ſub legis cortice tenebantur abſcondita, illud dixit, ponens præteritum pro futuro, in quo Chriſto referente ea, quæ ſub tenebrarum caligine, ac errorum culturis occultabantur, luce clariora apparuerunt.

Ad aliam dico, ꝙ licet diuina diſpenſatione per tot ſpatia annorū ignorātia Dei creuerit ſuper mortales, ut Deo ignoto tot Idololatriæ cultus introducti fuerint, & durauerint per multa tempora, tamē adueniente tempore præfinito a patre luminum expulſa caligine in lucē deambulauimus ſcientia ſalutis ad plenum nobis elargita, quam filius Dei detulit de cœlis: hanc pariter hodie hos Hebræos docere uoluit, ſed noluerunt, qua edocti Apoſtoli tot arcana a Chriſto ſuſcepta in cuius libris reliquerūt. hanc edocti duo diſcipuli euntes in Emaus dixerunt ad inuicem, nō ne cor noſtrum &c. & aperirē ſcripturas &c. quam credere nolunt cæci Hebræi, cum tamen Chriſtus Matt. 16. dixerit, qui non crediderit condemnabitur.

Sed contra Rom. 11. concludit Deus omnes ſub incredulitate, ut omnium miſereatur: ſi ſic Deus concluſit, cur Chriſtus condemnat incredulos, qui poterat præuenire, ne ad incredulitatem caderent.

Reſpondeo, Deus diffinito concilio per legis ſententiā ſub incredulitate oēs concluſit, & tenuit captiuos, ut noſtri miſereretur, & beneuolentiā ſuam nobis exhibuit, qui nos ipſos non poteramus a uinculis eripere, & ſalui abire, ſed noſtri miſertus ſaluauit nos a peccatis in filio ſuo, 1. Reg. 2. mortificat, ut uiuificet: deducit ad inferos, ut reducat: confundit, ut ſubleuet: condemnat ut ſaluet. nec concluſit ut perpetuo retineret captiuos, & cōdemnaret miſeros, ſed ut miſereretur. Ex hac ſententia colligimus quā breuiter legem, & Euangelium expreſſerit Apoſtolus, legem, cum ait, omnes ſub peccato concluſos: Euangelium, cum ait, ut omnium miſereatur, ſic Gal. 3. concluſit ſcriptura, omnes uel omnia ſub peccato, ut promiſſio ex fide Ieſu Chriſti daretur credētibus. i. declarauit iuſtitiam, & impotentiam noſtram, ut cogat afflictos ad miſericordiā Dei in Chriſto currere, lex. n. pedagogus noſter fuit in Chriſto, ut ex fide iuſtificaremur, Gal. 3.

Secundus fructus eſt, ꝙ docet quomodo hæc doctrina apprehendi poſſit. ſ. fide, & opere, dum ait, ſi quis uoluerit uoluntatem eius facere, cognoſcet de doctrina mea, utrum ex Deo ſit.

Nulli dubium eſt in fide noſtra, quod creator uniuerſi eſt Deus pater

ter, filius, & ſpritus ſanctus; quibus perſonis eadem natura,& Deitas communis eſt:nec dubium eſt quòd pater a filio,& ſpiritu ſancto diſtinctus ſit, ut Athanaſius, alia eſt perſona patris,alia filij,alia ſpiritus ſancti.nec minus dubium eſt,quod ſola perſona filij carnem aſſumpſit,cum incarnatio ad ſolam perſonam, & non ad naturam terminaretur, quamuis totæ tres perſonæ in hoc miſterio operarentur, ſicut tres magiſtri faciunt ueſtem unam, ſed unus illam induit: ſic omnes tres perſonæ operatæ ſunt, ſed ſolus filius carnem aſſumpſit, & ex tali unione Deum hominem, & hominem Deum factum eſſe dicamus:quia in unitate hypoſtatica anima, caro uniuntur cum uerbo: & eſt articulus fidei, qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto. & quamuis nulla ratio naturalis ad probandum hoc miſterium habeatur,attamen hoc credere non eſt difficile: multa enim Deus, quæ homo nec intelligere,nec loqui ratione,& prudentia poteſt,Deus autem illa efficit,ut ſunt Hierarchiæ Angelorum, quas ordine inaudito Deus formauit,& ſuperior illuminat, media illuminatur, & illuminat,infima uerò illuminatur: & tamen Philoſophia eſt naturalis, licet ab homine compræhendi non poſſit.ſic Deus fecit, ut homo fiat Deus,& Deus homo,& uires noſtræ capere non poſſunt.

Cum igitur natura humana, diuinæ naturæ unità ſit firmiter tenendum, & nullatenus dubitandum eſt,quod omni gratia, & perfectione ſit repleta, nam quanto aliqua res ſuo principio, & fini adhæret,tanto perfectior exiſtit. Cum enim Deus principium noſtræ humanitatis, & finis ſit unitus humanitati noſtræ illam omni perfectione repleuerit. Vlterius poſtquam duæ naturæ unitæ ſunt, cum inter eas non ſit æqualitas, quoniam altera finita, altera uerò infinita, oportuit aliquam eſſe proportionem: ideo Deus dedit ei ſummam perfectionem, non quidem infinitam, quia Deus alium Deum facere non poteſt,ſed dedit ei tantam gratiam,perfectionem & ſcietiam, quantam humana natura habere poterat, iuxta capacitatem animæ ſuæ:& ſi Deus animam nobiliorem anima Chriſti creare uellet, aiunt Theologi, ꝙ minimè poſſit:nam illa anima benedicta cõtinuo, & immediate fuit organum diuinitatis.

Stante hoc fundamento, non eſt mirum ſi Chriſtus hodie in hac feſtiuitate alta miſteria loquitur,& prædicat,quibus ſtupent hebræi. ſic Philoſophi:quia unde hanc ſcientiam habuiſſet ignorabant, quoniam filium Ioſeph & Mariæ eum uocabant, & credebant: ideo non eſt hic homo filius fabri?& hodie,quomodo hic literas ſcit,cum non didicerit?

Chriſtus Deus & homo eſt,ergo duas ſcientias,habet creatam.ſ.&

increatam: de ſcientia diuina ait Iob.9. Sapiens corde eſt, & fortis robore: quia certum eſt, quod Deus pater ab æterno intelligens ſe cum intellectu diuino, & memoria fęcunda generat filium, cui per generationem eandem naturam diuinam communicat, & oẽs perfectiones, quæ in ipſo ſunt, quæ a theologis eſſentialia dicunt, ſicuti ſunt intellectus, memoria, uoluntas, ſapientia, ſcientia, & ſimilia, quæ omnia cõmunia ſunt tribus perſonis diuinis. Quarum ſcientia, & ſapientia nõ ſunt qualitas, non accidens ſicut in nobis, ſed ſunt ſubſtantia infinita, & ipſemet Deus. Cum autem in Chriſto talis erat ſcientia, non eſt mirum ſi mirabantur iudæi dicentes, quomodo hic literas ſcit?

Tanquam homo autem Chriſtus habebat ſcientiam creatam, quę non eſt aliud quàm quadam clara, & euidẽs cognitio, quæ trifariam eſt, infuſa, acquiſita, & beata, quæ conſiſtit in uidendo Deum; & in clara uiſione Dei, non per ſpeculum, ſed facie ad faciem: quia ſi umbraticè uidere per fidem eſſet: & non eſſet compræhenſor, ſed ipſe Chriſtus ab inſtanti ſuæ conceptionis perfectè beatus fuit: ideo dicebat, eſt pater meus qui glorificat me, & ego noui eum, & Ioan. 1. Vidimus gloriam eius: & hoc conuenit, quia beatitudo correſpondet gratiæ, gratiam & gloriam dabit dominus. Cum enim animæ Chriſti ſumma gratia data fuerit, ergo & ſummam beatitudinem habere debuit: ideo Ioan. Apoc. 5. Dignus eſt agnus qui occiſus eſt accipere diuinitatem, & ſapientiam, & uirtutem, & ſi nos per Chriſtum ad beatitudinem peruenimus, oportebat in eo eſſe ſummam beatitudinem, quoniam cauſa ſemper nobilior eſt cauſato. ſi Chriſtus eſt cauſa noſtræ beatitudinis, ut nos bearemur ergo nobilior, cuius ſcientia talis, & tanta eſt, quod Chriſtus cognoſcit ea quæ exiſtunt omnia, omni tempore, & omnia quæ Deus uidet. Scit etiam anima Chriſti ſecreta cordis noſtri, quoniam cum futurus ſit iudex noſter, conuenit illi ſcire omnia tum ſecreta, tum publica quæ geſſimus. pater enim omne iudicium dedit filio: ideo dicebant apoſtoli, nunc ſcimus: quia ſcis omnia, & non eſt opus, ut quis te interroget.

Habet etiam ſcientiam infuſam, quam Deus in creatione animæ ſuæ infudit, Coloſ.2. in quo ſunt omnes theſauri &c. & Eſa. cap. 11. quiſcet ſuper eum ſpiritus domini, ſpiritus ſapientiæ & ſcientiæ: & hoc conueniebat naturæ eius, quia cum fuerit ſine peccato, non conueniebat eſſe ſine perfectione. Ignorantia enim nobis prouenit a peccato. cum ergo Chriſtus peccare non potuit, nec ignorantiam habere potuit, ſed omni ſcientia impleri debuerat.

Vlterius, ſi Angeli in inſtanti eorũ creationis impleti fuerunt ſcientijs, quanto magis Chriſtus, ut Paulus, tanto melior angelis effectus,

& ſecundum hanc ſcientiam omnia cognouit in eſſe proprio, quæ ad naturalia ſe extendebat, quæ naturalia poſſent cognoſci ab homine mediante intellectu agente, & ſic omnia miſteria diuina: & breuiter omnia quæ ſunt, & quæ poſſibilia ſunt facta, & facienda, etiam ſi nunquam ad actum reducerentur, anima Chriſti cognoſcebat. Et ſi per aliquod inſtans anima Chriſti reducta non eſſet ad actum, imperfecta eſſet, quod non eſt dicendum: nam ſtatim Chriſtus fuit perfectus homo ſicut erat perfectus Deus. & ſi Salomoni figurę Chriſti tantam ſapientiam Deus præſtitit, quanto magis Chriſtus habere debuerat? nam ecce pluſquam Salomon hic. Et ſi ſanctis, & angelis magna myſteria reuelata fuere, & Prophetis multa futura, quare non maiora, & excellentiora Chriſto, qui excedebat omnes? cum humanitati diuinitas unita fuerat, & anima eius cum Deo, non ſolum per contemplationem & amorem, ſed per unionem hypoſtaticam.

Habet etiam Chriſtus ſcientiam acquiſitam, & ne uobis arduum uideatur, nec uos conturbet: nam Deus & natura nihil agunt fruſtra. Chriſtus homo, ut homo habebat intellectum agētem, ſicuti & nos, & intellectum poſſibilem: operatio autem intellectus agentis eſt omnia facere, ideſt illa, quę intellectui conueniunt, & illa quæ intellectus ſecundum capacitatem intelligere poteſt, abſtrahens a phantaſmatibus ſpecies intelligibiles.

Intellectus autem poſſibilis eſt omnia fieri. i. cognitionem rerū ſuſcipere, & quoniam in Chriſto talis intellectus fuit: dicendum puto talem fuiſſe ſcientiam, qualem noſtri Theologi uocant experimentalē. ſciebat enim omnia per ſcientiam, ſed nondum per experientiā: quia per ſenſus aliquando cognoſcebat aliqua, quę prius non cognouerat, ideſt non experiebatur, nec periculum fecerat. & de hac ſcientia illa authoritas intelligitur Luc. 2. proficiebat ſapientia, & Paul. Heb. 5. & quidem cum eſſet filius Dei didicit ex his &c. Nam Chriſtus ſciebat per ſcientiam quid eſſet mors, non autem per experientiam: ſed cū in cruce mortuus eſt, ait Paul. didicit. Nos quoq; ſcimus per ſcientiam, quod ſol mane orietur, ſed quando oculis proprijs hoc uidemus, erit ſcientia per experientiam. ſic Chriſtus uno modo rem cognoſcebat, ſe tali modo per experientiam ſciebat.

Sed hæc ſcientia in Chriſto nō fuit, ſicut in nobis: nos enim per doctores, & præceptores acquirimus, Chriſtus uerò per ſemetipſum, & hoc conuenit ei: eo quia Deus nobis ipſum dedit præceptorem & doctorem, ut Eſa. 55. Dedit ducem, & præceptorem gentibus, & Ioel. 2. Lętamini in domino Deo ueſtro, qui dedit uobis doctorem iuſtitiæ. hinc Samaritana dixit Chriſto, ſcio quia Meſſias uenit, qui dicitur

Chriſtus: cum uerò uenerit ille nunciabit nobis omnia, & Chriſtus de ſe ipſo non uocemini magiſtri: quia magiſter ueſter unus eſt Chriſtus. Officium autem magiſtri eſt docere, & non doceri: ideo Chriſtus cum fuerit magiſter, non diſcit in Gymnaſijs hominum, & ſi Luc. 22. ait, angelus de cœlo confortans eum. Hoc dicunt Theologi, non fuit ut Chriſtum doceret angelus, ſed ut manifeſtaret conditionem naturæ humanæ. Vel aliter dicendum eſt, quod Chriſtus uoluit, quod angelus uerba conſolatoria proferret non pro ſe, ſed pro apoſtolis, ut ſciant quod qui amore Dei, & pro gloria Dei in angonia fit, nunquã a Deo deſeritur, quin eum non conſoletur: unde Dauid ſecundũ multitudinem dolorum meorum conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam: & cum tales, & tot ſciæ fuerint in Chriſto, non eſt mirũ ſi ſtupore magno Hebræi repleti dicebant, quõ hic literas ſcit, &c.

Sed quoniam quamplurimi doctrinã Chriſti diabolicam eſſe uolebant. R ndet Chiſtus, mea doctrina non eſt mea. Aug. ſupra Io. tract. 30. ait, quod nos Ioannẽ intelligere non poſſumus, niſi primordia Euangelij ſui uideamus, ubi ait: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum. Ex his uerbis reſolutio quæſtionis ſumitur, nã qualis eſt doctrina patris æterni, niſi Chriſtus uerbum æternum? Verbum eſt patris, ergo doctrina eſt patris non uerbi, nam uerbum alicuius eſt uerbum: idcirco Chriſtus hoc dicere intẽdebat; mea doctrina. i. filius, non eſt a ſemetipſo, ſed a patre per æternam generationem; nam & ſi filius æqualis ſit patri, attamen filius procedit a patre. Deũ de Deo, lumen de lumine, Deum uerum de Deo uero: Ideo ait, mea doctrina non eſt mea, ſed eius qui miſit me Pater. Vel ſua eſt, quia omnia ſunt communia tribus perſonis (in eſſentialibus loquor) Non eſt ſua: quia non humana induſtria illam habuit, ſed a patre æterno; igitur æterna eſt, nec contraria legi, ſed eam audire deberetis.

17 Si quis uoluerit uoluntatẽ eius facere, cognoſcet de doctrina mea an ex Deo ſit, an a me ipſo loquor. Sed quæ eſt uoluntas Dei, niſi ut conuertatur, & uiuat impius? quæ eſt uoluntas Dei, Paulus ait, Sanctificatio ueſtra, quæ eſt uoluntas Dei. Paul. Theſ. 1. ut credatis in eum quem miſit &c. Credere in Chriſto: quia fides illuminat; nec oportet intelligere ut credamus, ſed credere, ut cognoſcamus, nec audiamus poetas de fabulis: quia corrumpunt bonos mores, ſed Chriſtum docentem iuſtitiam, & ueritatem Hebr. 6. Impoſſibile eſt mentiri, nec audiamus Philoſophos: quia ratione naturali alta miſteria Dei percipere nequeunt. Ideo tradidit illas Deus in reprobum ſenſum, & perdam ſapientiam ſapientum, ſed audiamus Chriſtum: ait enim Paulus in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium

obſequium Chriſti, audiamus Prophetas, & prædicatores, quibus dixit Deus, non enim nos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris ueſtri, qui loquitur in nobis.

Tertius fructus eſt, quòd iudæos trangreſſores legis reos fecit, dū ait, Nonne Moyſes dedit uobis legem, oſtendens eos eſſe ſub maledicto legis: maledictus enim omnis qui non permanſerit in omnibus, quæ ſcripta ſunt in lege, & quis ſit nerus & legitimus uſus legis, ſcilicet ut impleatur fide, & operibus, noſtra actione, & cordis cogitatione, ſi quidem præceptum de non occidendo, non impleuit, qui metu legis manum abſtinet, ſed qui ne odium quidem in corde admiſerit: quia lex ait, qui odit fratrem ſuum homicida eſt, qui uiderit mulierem &c. qui concupierit rem proximi &cæ. Idem iudicium erit de omnibus præceptis. Hac de re Chriſtus Iudæos homicidij in ipsū cōcepti arguit, declarās ſe eum eſſe, qui abdita cordium ipſorum penetrare poſſit. Ideo Paulus 1. ad Corinth. cap. 5. ait, Nunc autem ſcripſi uobis, non commiſceri fornicarijs: ſi is qui frater nominatur inter uos, & eſt fornicator, aut auarus, aut idolis ſeruiens, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax cum eiuſmodi nec cibum ſumere.

Sed contra Chriſtus cum peccatoribus, & publicanis edebat dicens, exemplum dedi uobis &c.

Reſpōdeo, quòd acta hominum debito fine nos metiri debemus. Chriſtus cum peccatoribus manducabat, ut eos ad pœnitentiam redigeret: ait enim, non ueni uocare iuſtos &c. Et hoc fine commiſcentes prophanis non prohibentur ab Apoſtolo, ſed docet nos euitare Chriſticolas ſceleratè uiuentes, de quibus nulla eſt ſpes conuerſionis, ut ait Auguſt. Nolite quaſi inimicum exiſtimare illum, hoc eſt nolite in eum iraſci iracundiæ pernicie, ſed amate eum, & ex amore charitatis corripite eum, ut fratrem: quod ſi non corrigatur tanquam famoſus euitandus erit, amorem tamen ab eo nullatenus ſubtrahere debemus: quia ſcriptum eſt, Diliges proximum tuum ſicut te ipſum. Iudicium autem eius Deo conuenit ſiue malum, ſiue bonum: de bonis ait Pſ. 7. Dominus ſaluos fecit rectos corde.

Sed contra, non eſt qui iudicat, neque qui ſaluum faciat, idem ibidem.

Reſpondeo, quòd poſtquam Propheta dixerat in exordio huius Pſal. Domine Deus meus in te ſperaui, ſaluum me fac ex omnibus perſequentibus me, & libera me, ſubiunxit, ne quando rapiat ut leo &c. non dixit rapiant, ſciens quis inimicus reſtiterit, ſcilicet Diabolus: dum dicit, non eſt qui redimat, neque qui ſaluum faciat, hoc eſt dicere, ne iſte inimicus Diabolus rapiat, dum tu non redimis, neque ſal

uum facis: quoniam ſi tu Deus ſaluum non facis, ille procul dubio rapit, & perdit tanquam leo rugiens infirmitatem ſuam cognoſcit Propheta, & de ſuis iuribus non confidit, & dum humana præſumptio incipit deficere, diuina uirtus incipit adeſſe. applica.

Quartus fructus eſt, quòd ait Chriſtus, ſi circuncifionem accipit homo in ſabbato, ut non ſoluatur lex Moyſi: legem de ſabbato interpretatur, & eam ex Dei ordinatione docet inferiorem eſſe ea, quæ de hominis ſalute præcipitur. Proinde cedere debemus, ſi proximi neceſſitas id exigeret: eſt enim Chriſtus dominus ſabbati. neque enim homo propter ſabbatum, ſed ſabbatum propter hominem eſt, nam pedagogicum, & ceremoniale tantum erat ſabbatum iudæis præceptum, ſignificans ab operibus malis, & peccatorum fideles ociari de-
Eſa. 58. d. bere, ut Eſa. 58. Hebræ. 4. & Luc. 14. Charitati autem quæ finis præ-
Heb. 4. cepti eſt, omnia ceremonialia, iudiciaria, & moralia inſeruire debere:
Luc. 14. a. hoc enim eſt diem ſabbatum ſanctificare, proximi ex charitate ſuccurrere inopię miſeriæ, & neceſſitati. huic enim nulla lex obſtare poteſt. ſi enim brutis, ut ait Chriſtus, lapſis licet ſuccurrere, multo magis homini: ſed differentia eſt inter contemptum, pro quo punitur, & neceſſitatem pro qua meretur homo.

Quintus fructus prohibet a temerario iudicio: quia id ſemper in omni republica grauiſſimos tumultus excitare ſolet, ac nón uult Iudæos odio uel inuidia ſuæ perſonæ miracula in ſabbato facta iniquius eſtimare, quàm ea quæ Moyſi lege permittuntur: permiſit autem in
Ioan. 7. d. ſabbato eam circuncifionem, Io. 7. Oblationem ſacrificiorum, Mat-
Matth. 12. a. th. 12. & lapſum bouem, aut aſinum erigere, Luc. 14. Iniqui ergo con
Luc. 14. a. tra Chriſtum murmurabant, qui ueram ſalutem attulit: ideo omnem ignorantiam, & excuſationem eorum Chriſtus ademit: dum ait, Et me ſcitis, & unde ſim ſcitis: quia iactatis nos, ideſt diſcipuli eſtis: ſed ille de me ſcripſit. ſcrutamini ergo ſcripturas &c.

Gen. 1. b. Sed in ſcriptura inuenitur, Gen. 1. quod dies, menſes, anni, & tempora obſeruanda traduntur.

Et è contrario, Gal. 4. dierum, menſium, & temporum obſeruantia a Paulo interdicitur: ſi Moyſes ille legifer, dum de cœlorum luminibus loquutus eſt in mundi fabrica atteſtatus eſt eam Deum creaſſe, non tantum ut ſuper terram lucerent, & diuiderent iter diem, & noctem, uerum etiam ut eſſent in ſigna, & in tempora dies, & annos
Gal. 4. b. cunctis uiuentibus ſuper terram: cur Paul. dum Galathas alloqueretur ſic increpauit, ut luminarium omnimodam obſeruantiam eis interdixerit. ait enim, dies obſeruatis, & menſes, & tempora, & annos: ſi Deus creauerat ea ut beneficium eſſent uiuentium, quare prohibuit

hibuit obſeruantiam, an forſam raptus ad tertium cœlum aliud videat, quàm Moſes deſcripſerat? abſit, nonne Dauid Pſal. 118. de effectu luminario loquutus ait, ordinatione tua perſeuerat dies? nonne ſunt creata, vt eorum ſplendore, calore, & influxu ſuos actus mortales modificent, & commenſurent?

Reſpondeo, quod non eodem ſenſu, licet eodem flamine hi ſancti viri de effectu luminario loquuti ſunt. Diuina ſcriptura in priori ſententia docet nos horum curſum, ac ſcientiam neceſſario habendam, quam comprehendit in neceſſitudinem temporum, & in dierum numerum, & in anni circulum, vt ſic procedant humanorum actiones, ex quibus poſtea poſſimus omnia dignoſcere. Gubernator ad horum curſum ſpectans cœlum reſpicit, diligenter quoque omnia contemplatus incipit nauigare, & in nocte viſa ſtella nauim dirigit, proramque aptat, & ſua arte ſalutem nauigantibus dare conſueuit: ſic & agricola ex his luminibus diſcit, & ludit quando congruit, vt ſemina terræ committat, quando terram aret, quando falcem acuat, vt fœnum faciat, & in ſumma non paucas vitæ commoditates ſcientia temporum dierum numerus & anni circulus deferunt: ſic intelligitur prima.

Ad ſecundã dico quod Paulus cernens Galat. iterum Iudaizare quærenter dulciter admonens ait, dies obſeruatis, & menſes, tempora, & annos, id eſt obſeruare diſponitis, dies, id eſt Sabbata more Iudaico, & non ſolum dies, ſed menſes veluti, primum, & ſeptimum, vel exordia. Hoc eſt neomenias: non quod in elementis ſperarent, ſicut pagani, & Idololatræ: ſed in his Deum venerari diſpoſuerant, ſicut dum eſſent paruuli ſub elementis tempora quoque obſeruare tentabant, veluti ter in anno ad templum conuenientes; & ibi ſolemnitates agentes, prout ibi facere conſueuerant ſub lege, annos quoque veluti ſeptimum, & quinquageſimum, qui iubilei annus dicebatur. Hunc enim ritum tentabant iterum ſeruare Galathæ, ſed ducti à falſis Prophetis. Vel aliter dicam, dies obſeruatis, prout Aegyptij facere conſueuerunt, hoc eſt dicere, non proficiſcar hodie, quoniam Luna ſic ſe habet: vel proficiſcar, vt mihi proſpera cedant, ob planetarum diſpoſitionem: quoniam ſic ſe habet ſyderum poſitio.

Menſes obſeruatis, hoc eſt dicere, num agam hoc menſe commercium, quoniam illa ſtella mihi agit menſem, vel idcirco agam, quoniam ſuſcepit mẽſem. ſiue ergo his, ſiue alijs peruerſis modis nonnulli Galathæ, adhuc in fide non bene ſentientes obſeruabãt menſes,

menſes, dies, tēpora, & annos,quos Apoſtolus increpat,qui talibus adhuc ſtudēt,& quam ſit periculum talia obſeruare,demonſtrat dum timet laboraſſe in caſſum,qui hoc obſeruant,quia peccant, vt nōnulli noſtræ tēpeſtatis,quia omnia ſunt ſuperſtitioſa:nō enim vult Apoſtolus,vt Galathæ amplius his incumbant, quia iam venit temporū plenitudo.Culpatiſſimus enim error erat Gentilium,qui vel in agendis rebus,vel in expectandis euentibus vitæ,& negociorum ſuorum ab aſtrologis,& Caldęis notatos dies,& menſes,& annos,& tempora obſeruarent.Iudæi verò diſſimiliter ab his ſe habebant,quoniam carnali obſeruatione obſeruabant Sabbatū, neomenias,ſcilicet menſes nouorum fructuum,ſeptimum quoq; annum, quem Sabbatum Sabbatorum vocabant:quæ quoniam erant vmbræ futurorum aduenieute Chriſto in ſua ſuperſtitione remanſerant,& hæc tanquam ſalutaria obſeruabant. Hos reprehendit Apoſtolus,quos hodiè in Euāgio Chriſtus increpat, & rationibus vincit,& ſuperat.Nam poſtquā verbis eorum reſpondit, nunc ad occultam eorum intentionem, vt ſua diuinitas manifeſtaretur reſpondit.Putabant enim Chriſtū tranſgrediſſe legem, quandoquidem languido in Sabbato ſanitatem reſtituit.Idcirco Chriſtus ait illis, Nōne Moyſes dedit uobis legem,& nemo veſtrum eam obſeruat,nedum præceptum vnum: cur me totum hominem in Sabbato ſanantem reum mortis iudicatis.ſed quod iudicium vobis reſtat.Nonne Moyſes dedit vobis circūciſionē? Verba Euangelij legi contrariantur. Lex enim exteriora opera prohibebat,

Exod.20. Euangelium verò vtraque.Non occides ait lex,Chriſtus verò, diligi

Matt.5. te inimicos veſtros:ſufficit legi non occidere manibus, Euangelium autem manu, & corde prohibet. Vlterius reprehendit Chriſtus dicens,Si puer in Sabbato naſcitur, vel circuncidis,vel non. Si non circuncidis contra legem,quæ in octauo die illum circuncidi præcipit. Si circuncidis contra præceptum Sabbati operaris, quia non ſanctificas,& ab operibus manualibus non abſtines:quocunque ergo modo legem non obſeruatis. Quare me,qui totum hominem in Sabbato ſanum feci,&c.

Hæc ergo eſt illa doctrina æterna,& infallibilis,quæ docuit patres noſtros: Hæc docuit Adam imponere rebus omnibus propria nomi

Gen.2. na iuxta rerum proprietatem. Hæc doctrina docuit Noe fabricare Ar

Gen.6. cam ſuper aquas diluuij. Hęc docuit Ioſeph interpretari ſomnia Hęc

Gen.40. docuit Ioſue, vt ſolem fixum faceret. Hæc docuit Prophetas futura

Ioſue.10. præuidere. Hæc eſt viridariū illud fertiliſſimū terreſtris paradiſi. Hæc

2.Pet.1. doctrina eſt ille fons vitalis, vnde emergunt aquæ ſalientes ad vitam fœlicem. Hæc eſt illa doctrina, quæ vicit mundum, & Demonem,

-nem , & ligantes. Hæc illuminat hominem ad cognoſcendum, quæ & quanta pro nobis fecerit Deus. Hęc eſt illa doctrina, quæ docet eos obſeruare leges, obedire mandatis, credere in Chriſtum, amare inimicum, ſubuenire indigentibus. Vnde Propheta ait, Beatus vir qui meditabitur in eo die ac nocte. Hanc doctrinam Paulus prædicabat Theſſ. 1. 2. dicens. Ita loquimur non quaſi hominibus placentes, ſed Deo, qui probat corda noſtra, neque enim aliquando fuimus in ſermone adulationis, ſicut ſcitis. Pſal. 1. 1. Theſ. 2.

Hanc doctrinam Paulus prædicauit Romanis 1. d. per Epiſtolam Nolo autem vos fratres ignorare, quia ſæpe propoſui venire ad vos, & prohibitus ſum vſque adhuc, &c. Græcis, ac Barbaris, ſapientibus, & inſipientibus debitor ſum. Itaque in me promptum eſt & vobis, qui Romæ eſtis, euangelizare. Rom. 1.

Hanc doctrinam prædicauit Gentilibus, vt Rom. 15. habeo igitur gloriam in Chriſto Ieſu ad Deum: non enim audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non efficit Chriſtus in obedientiam gentium verbo, & factis in virtute ſignorum, & prodigiorum: in virtute ſpiritus ſancti ita, vt ab Hieruſalem per circuitum vſque ad Illyricum repleuerim Euangelium Chriſti. Rom. 15.

Hanc doctrinam attulit Corinthijs 1. Cor. 2. d. & ego cum veniſſem ad vos fratres, veni non per ſublimitatem ſermonis, aut ſapiētiæ annuncians vobis teſtimonium Chriſti: non enim iudicaui me ſcire aliquid inter vos, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum, &c. & ſermo meus, & prædicatio mea non in perſuaſibilibus humanæ ſapientię verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus, & virtutis, vt fides veſtra nō ſit in ſapientia hominum, ſed in virtute Dei. 1. Cor. 2.

Hanc doctrinam annunciauit Cor. 1. 15. Notum autem vobis facio fratres Euangelium, quod prædicaui vobis, quod & accepiſtis, in quo & ſtatis, per quod & ſaluamini. 1. Cor. 15.

Hanc doctrinam prædicauit eiſdem Cor. 2. 4. ſed obſtinatis dicēs, quod ſi etiam opertum eſt Euangelium noſtrum in his qui pereunt, eſt opertum, in quibus Deus huius ſęculi excecauit mentes infideliū, vt non fulgeat eis illuminatio Euangelij glorię Chriſti, qui eſt imago Dei: non enim noſmetipſos prędicamus, ſed Ieſum Chriſtum dominum noſtrum. 2. Cor. 4.

Hanc doctrinam prædicauit Paul. Col. 1. dicens, Euangelium enim peruenit ad vos, ſicut & in vniuerſo mundo eſt, & fructificat, & creſcit, ſicut in vobis. Iob. 21.

Hanc eandem doctrinam Chriſtus hodiè hebræos docere exoptabat, ſed ob eorum obſtinationem admirabantur dicentes cum patribus

bus ſuis: recede a nobis: ſcientiam.n.tuarum viarum nolumus.Ideo aduerſabantur verbis contumelioſis,quia non poterant reſiſtere ſciētiæ, & doctrinę,quam Chriſtus oſtendebat. Surgite ergo fratres arrigite aures cordis veſtri,hanc diſcite doctrinam cœleſtē,credite Euangelio , & habebitis vitam in hoc ſæculo , & gloriam in futuro, Laus Deo.

FERIA QVARTA Quartæ Dominicæ.

1.Tim.4. PAVLVS Apoſtolus hortabatur Thimot.cap.1.vt certaret pro fide,& honore Chriſti dicens,Certa bonum certamen fidei,apprehende vitam ęternam,in qua vocatus es, & confeſſus bonam confeſſionem coram multis teſtibus,& ad Heb.10.dicit Rememoramini autem priſtinos dies,in quibus illuminati magnum certamen ſubſtinuiſtis paſſionum,& in altero quidem opprobrijs , & tribulationibus ſpectaculū facti, in altero autem ſocij conſolationum taliter effecti. Et de ſeipſo ſcribens ad Timot.2.dicit,bonum certamen certaui,curſum conſummaui,fidem ſeruaui:in reliquo repoſita eſt,mihi corona iuſtitiæ,quā reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex:non ſolum autem mihi, ſed & his qui diligunt aduētum eius: vt autem & nos etiam qui illuminati ſumus per fidem certemus pro Chriſto, proponit nobis Eccleſia Catholica Euangelium cęci nati, qui illuminatus eſt à Chriſto, pro quo audacter, & toto corde contra ſynagogam certauit, vt in Euangelio patet.quieſcite.

Heb.10. 2.Tim.2.

Quinque rector nauis portus Panormi mirabilia nautis fidelibus aperit,& declaret.Primò miſterium gratiæ,& illuminationis. Secundò,quòd hęc lux a Deo venit.Tertiò ſputo lucem tribuit. Quartò cæci obedientiam commendat. Quintò Phariſæorum imprudentiam obuirgat,& reprehendit.

Circa primum nulli dubium eſt, quod Euangelium hoc expectatam mundi lucem oſtendit in omnes,qui in tenebris,& vmbra mortis ſedebant. Deinde oſtendit, quam diſpares effectus ſubſequuntur, quòd qui cæci erant iam videant,& qui videbant cæci ſint.Præterea, vt oſtendat clemētiam ſuā erga cæcū , quē præteriens dignat placido aſpectu intueri,quo Petrū negantem, Luc.22. Magdalenam pœnitentem, Luc.7.latronem confitentem,Luc.23.aſpexit,cum enim omnia lumine

Luc.22. Luc.7. Luc.23.

lumine naturæ collata beneficia ſint merè gratuitá. quis enim prior dedit illi, vt retribuatur ei, & vt oſtendat incarnationis miſteriũ, cum nulla re magis, quam hac commendatur Dei miſericordia, quam nos ille prior concupiſcentia rerum noſciarum, & ignorantia rerum agẽdarum vitio primorum parentum, & originalis iuſtitiæ theſauros ſpoliatos ſuo aſpectu dignatur, & ex maſſa perditionis ſibi filios hæredes, & cohæredes regni diligit, quibus gratia fidei ſecundum propoſitum voluntati ſuæ prædeſtinatis, vocatis, & iuſtificatis, tandem admiſſa reſtituetur merito crucis, & incarnationis dum viſum reſtituet, non illum tantum corporeum, ſed ſpiritualem, & Deum verum cognoſcat: non tantum hic per ſpeculum, & enigma, ſed facie ad faciem gloriam Domini ſpeculando: tum etiam erga diſcipulorũ craſſam ignorantiam, qua credebant ante Deum peccatum vlciſci, quàm ab homine perpetraretur. ſed quia audierant ægritudinem peccatis imputari à Chriſto, Iona. 5. arbitrabãtur eam propoſitionem eſſe vniuerſalem, & etiam quia ſcriptura peccatis parentum filios affligi docet, Exo. 20. Deute. 28. & Ezech. 18. Io. 5. Exod. 20. Ezech. 18.

Huic enim vt patientiæ, & manſuetudinis exẽplum exhiberet omnibus erga ſubditos infirmitate, & ignorantia laborantes reſpondet, ita vt parentes, & filium à peccato excuſet, non quaſi peccatores non fuerint: omnes enim peccauerunt, & non eſt iuſtus in terra, qui non peccet, ſed tantum negat cęcitatem fuiſſe pœnam alicuius peccati, vt multis calamitates ſunt pœnæ peccatorum, vt Dauidi, Manaſſe, & Sauli accidit, ſed vt manifeſtetur gloria Dei, quia ſolet exercere ſuos, vel ad probationem exercitium virtutum immeritũ peccati, & Dei gloriam, vt Iob, Thobia, Paul. Par. Sororem Moſi, Lazarum, & cęcũ. Errant ergo qui putant afflictiones hominibus fortuito caſu accidere, & prouidentiã tollunt, quaſi circa cardines cœli verſaretur Deus, nec noſtra conſideraret: caſtigat enim omnem filium, quem recipit ex immenſa miſericordia Dei, non vt perdat, ſed vt inde glorificetur. ergo qui impatientia crucem à ſe abijcit, gloriam Dei reijcit. Sed ſcriptura, Exod. vigeſimo ait, peccatum parentum, in filijs requirendum.

Sed contra Ezech. decimooctauo ait, filius non portabit iniquitatem patris. Ezech. 18.

Reſpondeo, quod prima intelligitur de peccato originali in filijs non dum natis, ſed alia intelligitur de filijs iam natis loquitur, qui vnuſquiſque in ſuo mortali peccato moriatur: quia anima, quæ peccauerit, &c.

Vel dico, quod prima intelligitur de filijs, qui patres ſuos in malo fuerint

Matt.23. fuerint imitati,vt de Iudæis incredulis Dominus dixit, Matt.23. Implete menſuram patrum veſtrorum, ſed boni filij non imitati mores parentum iniquorum, non portabant iniquitatem patris ſui.

Vel dicas, filius non portabit iniquitatem patris, ideſt æternaliter non punitur, licet aliquando temporaliter puniatur, vt patet in diluuio, quando filij cum parentibus fuerunt ſubmerſi. ſed dices ſi peccatum punitur, ergo filij punientur tanquam peccatores: omnes enim
Rom.5. ſumus peccatores, Roma. 5. Iudæi, & Græci, omnes ſub peccato fuere.

Sed contra Paul. ibidem ait, per inobedientiam vnius hominis peccatores conſtituti ſunt multi, ergo non omnes.

Reſpondeo, quod aliud eſt peccare, aliud eſt peccatorem eſſe: profecto ille eſt peccator, qui multa delinquendo commiſit, & in conſuetudinem vertit, ſed ille dicitur peccauiſſe, qui quamuis aliquando commiſerit aliquid, quod non licuit, non tamen propter hoc peccator dicitur, quia vſum peccandi, & conſuetudinem non habuit: ſicut & medicus non eſt dicendus ille, qui leuiter ruptæ certi capitis imponit areneam, quamuis medicina dicatur, ſed medicus eſt ille, qui ſtudium, artem, & diſciplinam medendi habet. bene ergo ſtat, quod omnes homines peccauerint, quia nemo mundus à ſorde: ſed peccatores dicuntur illi, qui multum delinquendo in cõſuetudinem deuenerunt.

Nec obſtat huic illa prima obiectio, quia aliquando multi accipiuntur pro omnibus impollicitis, vt patet de viſitãtibus Eccleſiam in die feſto, dicitur omnes vadunt, & tamen plures remanent. Ideo
1.Io.1. Ioannes prima Epiſtola cap. 1. ſi dixerimus, quia peccatum non habemus. &c.

1.Io.3. Sed contra in eadem Epiſtola, cap.3. ait, peccatum non facit, qui natus ex Deo eſt.

Reſpondeo, quòd prima intelligenda eſt de leuioribus, & minoribus, quæ homo quamuis iuſtus euitare non poteſt, cum hoc neceſſariò eueniat ex maſſa corrupta præter Chriſtum. Secunda verò de peccato illato in proximum, habet ſenſum, ac ſi diceret, qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit, ideſt non habet in fratre odium, quia non facit contra charitatem, quæ Deus eſt. 1. Io. 4. & qui manet in charitate, in Deo manet, in quo manens non peccat: quanquàm illa ſecunda de Chriſto poteſt intelligi, qui natus eſt ex Deo patre.

Sed ſi naturaliter ſcire volumus cauſam huius cæcitatis interrogemus ſapiẽtes mundi. Aſtrologi enim vt Ptholomeus lib. 4. dicit, hãc
1.Io.4. cæcitatem ab impreſſionibus cœleſtibus ortum habere. Vnde qui in

Aſia

Aſia naſcūtur caſtiores,& humiliores,etiam in veſtitu omnibus alijs ſunt. Illi verò,qui ſub Arietis ſigno oriunt,p̄ſtantioris ſunt cōſilij. Illi verò qui ſub Tauri dn̄io naſcuntur, patientes ſunt, & in laboribus ribus perſeuerantes læto animo: qui verò ſub Scorpione, venenoſi ſunt. qui ſub Aquario, piſcatores ſunt. qui ſub Libra, textores ſunt. ſub Marte iracundi. ſub Venere adulteri. Itaque bonum, & malum ab influxibus planetarum nobis euenire Aſtrologi aſſerunt.

Philoſophus Ethicorum lib. 3. ait, qui nobis eſt bonos, vel malos eſſe,& vltra ſi ab eo vnde cæcitas oriatur petere volumus, à diſpoſitione elementorum,propter eorum impreſſiones,quæ bonum & malum generant, reſpondebit.

Medici hanc cæcitatem à cibo naſci volunt ex quantitate, & qualitate ciborum,adeo vt vbi boni cibi inueniuntur,ibi minora peccata: & vbi mali cibi,ibi plures peccatores inueniuntur.

Legiſtæ hanc cęcitatē à primis ſapientibus,& legiſlatoribus nobis præſtitam fuiſſe volunt: nam aliquæ regiones in principio homines ſapientes,& illuſtres habuerūt,idcirco ſemper illi morigerati fuere, nec in cæcitatem cadere potuerunt. Aliæ verò regiones, quæ non tales habuerunt ſapientes tanquàm Barbaros; & cæcos nutriunt homines.

Morales hanc cœcitatem, & inclinationem ad peccatum à cœlo deſcendere aſſerunt, ſed exequutionem à fomite eſſe, qui in nobis eſt propter complexionem corruptam ex patribus,& matribus, adeo vt ſi pater bonus,& videns,filius videns eſt & ſi pater cæcus malis moribus incumbens,& filius ſic inſtructus & nutritus: peſſimis moribus operæ plurimum collocabit.

Theologi autem ex propria voluntate hanc cæcitatem in peccatis naſci affirmant: nam ſi ex corporibus cęleſtibus hoc fieret, omnes quidem nos in peccato æquales eſſe oporteret, quod dicere abſurdum eſt: liberum enim arbitrium deſtrueretur,& nullum eſſet meritum,neque demeritum. Senſui etiam repugnat: quot enim ex eodē patre malo naſci videmus,qui tamen boni ſunt: videmus etiam multos fuiſſe malos,& ſceleſtos in iuuentute,& tandem ſancti, & iuſti in Eccleſia Dei cantātur, vt Paulus, Magdalena, Sāmaritana, Matthęus, Zacheus, & alij quamplures. Sic Valerius Maximus de Scipione Africano,de Quinto Fabio Maximo,de Catulo,ac de Themiſtocle Philoſopho ſcribit. Verum enimuero eſt, quod planetę inclinant,nō autem cogunt,nec neceſſitatem imponunt. Paul. Rom. 9. docet quę verba de Pharaone Dominus protulerit dicēs, In hoc ipſum excitaui te, vt oſtendam in te virtutem meam, vt annuncietur nomen meum in Ro. 9.

vniuerſa

vniuerſa terra,ex hoc loco Manichei hæretici malum à Deo falsò prouenire acceperunt,& quod dum Deus noſtras miſerias reſpicit,neceſſitatem imponit:& hoc falſum eſt.nam ſi hoc eſſet, neque induſtria, neque conſil ioindigeremus,neq; medico infirmus, nec medicina indigeret;nec agricolis fodere terram,nec ſcolaribus ſtudere,nec magiſtratibus prouidere bonum eſſet. Deus itaque largitor eſt liberaliſſimus, hominem liberum cõſtituit, ſed vt ambularet, vel ad dexteram, vel à ſiniſtram,vt cunque liberit. Verum igitur non eſt Deum homini neceſſitatem imponere,neque mali authorem eſſe, vult enim omnes ſaluos: quomodo igitur adulteria,furta,& homicidia in illis cauſabit dicente Propheta,mane aſtabo tibi,& videbo, quoniã nõ Deus volens iniquitatem tu es.& Paulus ait,hæc eſt voluntas Dei,ſanctificatio veſtra. Quo nam pacto peccatũ in nobis cauſare Deus poterit, ſi ſcriptura clamat,qui potuit tranſgredi,& non eſt tranſgreſſus?quo modo hoc fiet, ſi Deus Iudam caſtigauit, qui Chriſtum prodidit? & ſic omnes peccatores tum in veteri,tum in noua lege,& omnes maligno ſ ſpiritus caſtigat.

Pſal.5.
1.Theſ.4.
Eccle.21.

Ait enim Auguſtinus,quod aliqua nobis neceſſitate eueniunt, vt eſurire,frigeſcere: ſic paupertas,& mors, quæ in nobis non voluntariæ,ſed neceſſariæ ſunt:ſic ſenectus tum in corporibus, tum in veſtibus,niſi miraculo fiat,neceſſitate euenit:at operari,peccare, & ſimilia à voluntate noſtra oriuntur,& pendent: quia peccatum eſſe nõ poteſt,niſi voluntariè fiat.Iam multos videmus ex malis bonos effectos & propoſitum mutant: hoc autem non niſi à libertate voluntatis prouenire poterit.Cæcitas itaque peccati non à Deo,ſed à voluntate noſtra nobis euenit: ob id Apoſtoli mouentur dicentes, quis peccauit,& cætera.

Aliqui ſuper illud Pauli, excitaui te, dicunt Paulum hoc aſſerere, ſcilicet,quod Deus noſtram voluntatem,& ad bonum,& ad malum moueat : vnde interpretantes hunc textum aiunt. Pharao ex tot peccatis,quæ commiſerat damnatus erat, & mortuus dicendus: ſed Deus, vt mundo nomen ſuum oſtenderet vſque ad illud tempus vitam ei præſtitit.

Sed communis expoſitio eſt,excitaui te,ideſt permiſi,vt exciteris. Diuus Augu.ait, quod Deus voluntatem noſtram ad vtrumque mouet. Ad bonum,vt miſericordiam ſuam oſtendat:ad malum,vt ſuam iuſtitiam exaltet.Hinc notandum,quod concurſus Dei ad peccatum noſtrum multifariã accipitur. Primò tanquàm cauſa peccati noſtri, & hoc modo non eſt: ſicuti ſi Deus aliquem ad peccandum cogeret, abſit,hæreticum eſt:nam contra ſapientiam ſuam id fieret. peccare enim

enim nil aliud eſt, quam deſtruere ordinem à Deo datũ. Deus autem peccare non poteſt, nec ordinem ſuũ deſtruere, quia contra ſapientiã infinitam eſſet: omnia enim cum ſapientia fecit Deus. Sed ad peccatum concurrit hoc modo. ſ. auferendo gratiam, cor noſtrum nõ mollificat: homo enim abſque gratia ſemper ſe indurat, ſicut frigus cum niuem inuenit, eam magis atque magis indurat. ſi verò calor eã mollificat, & liquefacit: ſic & cor noſtrum per gratiam, ſed Deus nunquã a nobis, niſi indignis gratiam aufert: ſol enim domum tuam non ingreditur, ſi feneſtram non aperis: ſi verò claudis nunquam intrabit. Inquit Aug. ſuper illud, indurauí cor Pharaonis, non impartiendo malitiam, ſed ſubtrahendo gratiam.

Vel ſecundum gloſſam ordinariam permiſit Deus illum peccare, non illuminando prius Pharaonem: hoc autem fecit Deus, quia non tenebatur. & quia Pharao ſe tanti muneris indignum conſtiterit. nos ipſi ergo peccatorum noſtrorum cauſa ſumus, vt hodie in Phariſæis, apparet. Chriſtus enim eos obſtinatos relinquit, & cauſa huius ipſimet ſunt: nam prædicationes Chriſti audire renuerũt, & propter peccata ſæpiſſimè nobis infirmitates eueniunt. hinc Apoſtoli audientes Chriſtum dicentem languido: Vade, & amplius noli peccare, dixerunt hodie, quis peccauit? Io.5.

Aliquando Deus propter peccata plures maledictiones nobis deſcendere ſinit, vt ſcriptura ait, iugum graue ſuper filios Adam, & Paralitico dixit remittuntur tibi peccata tua. & in Exod. propter peccata patrum filios vſque ad quartam generationem caſtigare cõſtituit, quod exemplo Gen. 9. apparet de Canaam, qui propter peccatum patris maledicitur. Amalechyti peccato patrum ſuorũ exterminati fuerunt. Roboham ob peccatum Salomonis patris medietatem regni ſui perdidit. 3. Reg. 12. Ideo quærunt Apoſtoli, quis peccauit? Eccle. 40. Mat. 9. Exod. 20. Gen. 9. 3. Reg. 12.

Sed non ideo, licet Deus tribulationes largiatur hominibus, eos à gratia Dei cecidiſſe dicendum eſt: nam populus Iſralel à Pharaone ſupra modum angariatus erat, & tamen à Deo dilectus dicebatur: ob id Moyſen, vt eos liberaret miſit. Sthephanus lapidatus, & Apoſtoli in laboribus gratiam Dei ſecum habebant: ſic & Chriſtus, qui paſſus eſt tot tormenta, plenus omni gratia fuit. Non eſt ergo dicẽdum quod qui mala patitur auditur a Deo, ſed hoc fit, vt noſtram patientiam experiamur, & ad eum reuertamur ſcientes, quod ſine his caro mortificari nequit: quos enim Deus diligit caſtigat. Quos amo arguo & caſtigo.

Nec etiam ſi quis proſperitate pollet, & lætatur, in gratia ſemper eſt: nam diues ille multo tempore lætiſſimè vixit, attamen

Aa miſerè

miſerè flamma ignis in inferno cruciatur: ſic gigãtes proſperitati magnæ incumbebant: attamen exterminati ſunt. & quis fœlicior Hebræis?& tandem auferetur à vobis Regnum Dei. non ſemper itaque Deus nobis propter iram dat labores, nec propter peccatum miſerias, ſed aliquando, vt manifeſtetur gloria ſua: ideo ait, neque hic peccauit &c. Non. n. Chriſtus hunc nõ peccaſſe, neq; genitores impeccabiles oſtendit: nã nõ eſt hõ, qui non peccet, ſed hoc innuere voluit hãc cęcitatẽ ex his nõ eſſe, ſed pro glã Dei, vt glorificet᷑ filius Dei p ipſum.

Secundus fructus eſt, quod hæc lex, à Deo venit, dum ait, me oportet operari, donec dies eſt: aduẽtus ſui cauſam aperit, vt doceret ignaros, cõſolaret᷑ afflictos, & ſuccurreret miſeris. hæc. n. ſunt opera Dei.

Et contra, opera legis ſunt terrere, iudicare, & damnare, quæ mini-
2. Cor. 3. ſtratio mortis appellatur à Paulo 2. Cori. 3. Sed vt ab hoc maledicto nos redimeret, aduenit Chriſtus, in quo perſeuerauit, donec dies eſſet, ideſt vitæ tempus à patre præfinitum tulit. Quod verò ait, veniet autem nox: his verbis occultè paſſionis ſuæ breui complendum miſterium ſignificat: aut ſi ad allegoriam trãsferre voles, ſignificat tum cuilibet rectè eſſe agendum, dum licet auxilio gratiæ frui: nam in nocte, ideſt poſt vitam, facultas operãdi rectè negabitur: quia ligatis manibus, & pedibus proijcientur in tenebras exteriores. Vel donec luce Euangelij dirigimur, facile licebit accedente gratia Dei: nam ſola euãgelij cognitio ad hæc non ſufficeret fructus producere ſpiritus ſancti, qui ſunt charitas, patientia, gaudium, pax, longanimitas, bonitas, manſuetudo, modeſtia, & fides. Ipſe enim Chriſtus quãdiu eſt in mũdo, lux eſt mundi illuminans omnem hominem: nemo enim niſi per illum illuminatur, vt filius Dei fiat is, qui credit in nomine eius, amplectendo fidem, qua prædicatione verbi Dei credat, & charitatem præceptis obſequatur. Hi enim ſunt effectus cœleſtis lucis, quam pater in mundum miſit: atque vt hanc doctrinam, qua rationem naturæ ſuperet, Chriſtus in animis ſuorum confirmaret, eam præclaro cõfirmat miraculo. Ideo Paulus conſiderans aduentum, & opera Chriſti, non ſolum ipſe gaudebat, ſed omnes gaudere inuitat, & præſertim
Philip. 3. Philip. cap. 3. dicens, gaudete &c. in Domino. &c.
Iaco. 4. Sed contra Iacob. 4. ait, Miſeri eſtote, & lugete: ſi miſeri lugentes, quomodo gaudebimus?

Reſpondeo vtrunque eſſe neceſſarium loco, & tẽpore: tunc enim gaudere debemus, dum conſcientiam noſtram culpis vacuam cernimus, habentes in illa bonum teſtimonium, vt 2. Cor. 1. ait, nam gloria
2. Cor. 1. noſtra, hoc eſt teſtimonium conſcientię noſtrę. ergo non foris gloriã quæramus, quia ſi ſic, intus euacuari a mercede merebimur. Iacob. verò

rò non fuit contrarius, dum lugentes eſſe monuerat: nã contemplans nos eſſe exules, & peregrinos ad patriam conſtitutos in hac lachrimarum valle, plorandum nobis eſt donec illuc perueniamus, vbi abſterget Deus &c. nõ erit luctus, nõ clamor, nõ dolor, ſed gaudiũ, &c. omniq; bono fruemur diuitijs incorruptibilibus, honore ſtabili, gloria vera, pulchritudine abſq; exemplo, ſanitate abſque defectu, ſcia ſine errore, ſolatio abſque meſtitia, fœlicitate ſine miſeria, luce ſine tenebris, & vita abſq; morte. Vel lugere debemus dũ intus ingredientes inuenimus nos noſtris criminibus offendiſſe tam pium, & miſeridem patrem Deum, propter quod proſtrati coram illo dicamus cum Eccleſia lachrimoſi, noſtris malis offendimus tuam Deus clementiã, effunde nobis deſuper remiſſor indulgentiam.

Tertius fructus eſt, quòd ſputo lucem tribuit, & aquis Syloe, quæ nil aliud denotantur ſpiritualiter, niſi per ſputum ſermo Chriſti, vt Io. 15. iam vos mundi eſtis propter ſermonem meũ: per aquas baptiſmus, quo lumen æternæ vitæ habemus hæc eſt illa aqua, qua irrigatur planta Domini, vt paulatim fructus afferat, & lumen cœli ei influat, vt Paul. 1. Cor. 13 ait, qui plantat, & qui rigat vnum ſunt. Io. 15. 1. Cor. 13.

Sed contra ibidem Paul. ait, neque qui plantat, neque qui rigat eſt aliquid: ſi non ſunt aliquid, quomodo erunt vnum?

Rñdeo, quod ſenſus ſecundus non intelligitur, ꝙ qui plãtat, & rigat non ſint aliquid in natura, quia ſecũdũ Boet. omne quod eſt, ideo eſt, quia vnũ numero eſt. Et quod eſt vnũ, illud eſt aliquid. ſed potius dicendũ eſt, quod illud, quod ſic eſt vnũ in propoſito, non eſt aliquid quo ad opus perfectæ geniture, cũ nulla creatura tantæ virtutis, aut poteſtatis eſſe videatur, vt ex ſe poſſit facere, quod illud quod plantatum, & irrigatũ eſt, incrementũ ſuſcipiat, augeat, & fructũ faciat, licèt ſe potens diſponere aliqualiter ad influxum ſuſcipiendũ cœleſtẽ pertinentẽ ad geniturã: vtiq; aliunde poſtmodũ venit, vt quod plantatũ, & irrigatũ eſt viuat, & augeat. & ſi in naturalibus hoc exiſtimat, qd dicendũ in plantatione rõnalis arboris. i. hoĩs, qui ab Ariſtotele dictus fuit arbor verſa? nam hanc arborẽ primo in Dei viridario radicẽ hr̃e nouimus: licèt poſtmodũ per miniſteriũ denunciantis verbũ in hoĩs mente plantet, quæ ſic plantata minime poſſet in crementum ſuſcipere ſine cuſtodia, & irrigatione illius cœleſtis agricolæ, qui de hac arbore loquens, Io. 15. dixerat, ſicut palmes non põt ex ſe fructũ fructũ facere, niſi mãſerit in vite: ſic nec vos niſi in me manſeritis. Profecto vana, & vacua venit æſtimãda exterior prędicatio verbi, niſi plãta per verbum plantata irrigetur interius ſancti ſpiritus aſperſione, qua fœcundatur, & fructum ſalutis poſtmodum parit. Io. 15.

Quartus fructus eſt, qđ cæci obedientiā cōmēdat, qui ad aquā miſſus obediuit. & notādū ꝙ nō ad aquas q̄bus ſępius erat vſus eū miſit, ſed ad nouā īueniēdā: aqua.n. qua vſi ſumus lux nālis eſt, & potius tenebræ, q̄ lux; ſed ad aquas nouas, q̄ intellī ad obſequiū verbi Dei captiuāt, & rōnē humanā à conſideratione rerū nāliū abſtrahūt, vt verbo Dei lucēti tanq̄ lucernæ in caliginoſo loco obtēperet: idq; ſequat.

Hæc eſt illa lux, qua Deus nos cōtinuè reſpicit, & qđ eſt Dei reſpicere, vt Aug. ait, niſi qđ nos ſua miſericordia proſequit, iō Hier. exclamat dicēs, Vide Dñe afflictionē meā, & vlterius vide Dñe, qa tribulor, ſic vidit tribulationes populi ſui in Aegypto, ſic Moſi dixit: vidi
Exod. 3. afflictionē populi mei in Aegypto; ſic Matthæū ſedere in Tholoneo, ſic diſcipulos laborātes in rem igādo; Magdalenā adulterā, Sammaritanā, & oēs peccatores ab ęterno ſua ęterna ſapiētia diuinitatis ſua volūtate: q̄ adeo efficax, q̄ impedire nō pōt: adeo recta, q̄ peccare nō pōt: adeo fidelis, vt decipere nequit: adeo firma, vt mutari nō valeat: adeo optima, vt machinari neſciat. idcirco quos oculis miſericodiæ ſuę vidit in æternitate p̄deſtinauit, & in tpe vocauit, & magnificauit, ſic diſcipulos, & fideles reſpiciēs ad ſe traxit dicēs, faciā vos fieri piſcatores
Matt. 4. hoim: pauperes erāt, & principes mundi effecti ſunt: viles erant, & reges, & prophetas eos fecit: ignorantes erāt, & martyres eccleſię ſuę cōſtituit. Indociles quidem, & varijs linguis loquuti ſunt. peccatores quidem, ſed electi ſunt: non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos. Exu-
Ioan. 5. les quidem, & vocati ſunt ad patriam: vocat nos Deus vocatione ſua
Luc. . ſancta. debiles erant, & miracula fecerunt, do vobis poteſtatem calcādi ſerpentes: inſcij erant, & miſteria cœleſtia nouerunt: omnia quæ-
Io. 15. cunq; audiui à patre meo nota feci vobis. Inſenſati erant, & aperuit il-
Luc. 24. lis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas. Inimici erant & ſerui, & iā non
Io. 15. dicam vos ſeruos, ſed amicos. ſpiritu carnis, & mundi pleni erant, &
Act. 2. repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto. pleni peccatis erāt, & aliorum peccata ſoluebant, quorum remiſeritis &c. Famuli erant, & dicite fratri
Io. 20. bus meis, audierunt. Teſtes malorum erant, & eritis mihi teſtes au-
Mat. 25. dierunt. Iudicandi erāt, & iudices aliorum facti ſunt, ſedebitis & vos
Act. 1. ſuper ſedes duodecim iudicantes. Ab Angelis iudicandi erant, & au-
Mat. 19. dierunt, neſcitis, quoniam Angelos iudicabitis.
2. Cor. 5.

Quintus fructus eſt, qđ Phariſæorum imprudentiā, & inuidiā reprehendit, & obiugat, qui toto conatu eo ferebant, vt totū hoc factū miraculū ſupprimerent: nā non contenti cæci illuminati, parentū, & vicinorum, qui eū nouerant, teſtimonijs, & aperta cōfeſſione audent horrenda quadā mentis cęcitate affecti calūniari. Quòd Sabbato Xps hoc feciſſet, quare impij de Chriſto pronunciāt ipſum nō eſſe à Deo,

&

& peccatorem. Qua propter cæcus intrepidè reſpondit, quia propheta eſt, & licèt is fuerit à parentibus, & conſanguineis derelictus ob Chriſti confeſſionem, & extra ſynagogam factus, tñ à Deo nõ derelinquitur: nã cęcus hic a genitoribus ferè oblitus, & a phariſęis reiectus, a Chriſto tamen ſuſcipitur. Hinc Dauid Pſal. 26. ait, quoniam pater meus, & mater mea dereliquerũt me, Dominus autẽ aſſumpſit me: Pſal. 26.
Ideo malignus, & impius non tangunt homines renatos, & ſic multas adduxere calumnias in cæcum, illæſus tamen exiuit ab eis, vt Io. 1. Epiſt. cap. 5. ait, generatio Dei cõſeruat eũ, & malignus nõ tãget eũ. 1. Io. 5.

Sed contra Luc. 22. Sathanas expetiuit Apoſtolos Deo natos, hæc eſt contradictio, quia Io. non vult hominem tangi, Chriſtus verò ante paſſionem alloquutus fuerat Apoſtolos d. Satanas expetiuit, vos vt cribraret ſicut triticum. Luc. 22.

Reſpondeo, quòd Sathanas ſemper quærit quem deuoret, non ceſſat à tentandis mortalibus, ideo Chriſtus diſcipulos aggreſſus eſt, & Petro inſinuat, dum ait, Simon, ecce Sathanas. 1. Pet. 5. 1 Pet. 5.

Nec obſtat, quod Io. d. quia licet Sathanas tentet credentes, & natos Deo, non tñ nocebit illis, quia ſemẽ Dei in illis manet. ſ. Chriſtus Saluator, qui vincit mundum: vicit quoq; Principes huius ſęculi; & dñium, quod ſuper hoĩem habebant, ab eis abſtulit: ideo ſi Sathan in capite nõ habuit quicquã, nec in mẽbris habebit. Fiũt. n. tẽtationes à Sathana nõ poteſtate eius, ſed permiſſu Dñi ad homines, aut pro ſuis peccatis puniendos, aut miſericordię Dñi probandos, & exercendos. Sed Deus tandẽ oculis miſericordiæ non ſinit eos tentari ſupra vires, ſed prouentum facit. Pugnemus ergo cũ cæco nato pro Chriſto cõtra inimicos, intellectu: quia Chriſtus totus eſt veritas, ego ſum via, veritas, & vita. pugnemus effectu, nam Chriſtus ſumma pulchritudo eſt, cuius pulchritudine ſol, & luna mirant. pugnemus guſtu, quia Chriſtus dulcedo eſt, guſtate, & videte &c. pugnemus odoratu, quia purus & ſuauis, quaſi balſamum aromatizans. pugnemus auditu, quia Xp̃s ſonorus eſt, ſonet vox tua in auribus meis, pugnemus tactu, quoniam Chriſtus ſubſtantia vitalis eſt, manus noſtræ contracta uerunt de verbo vitæ, & omnibus modis pro Chriſto pugnemus, quoniam eſt ſummum bonum, bonus es tu, & in bonitate tua. Ioan. 14. Pſal. 33. Eccle. 24. Cant. 2. 1. Ioan. 1. Pſal. 118.

Hãc bonitatẽ guſtauit Andreas ĩ cruce dicẽs, O bona crux, ſuſcipe diſcipulũ eius, qui pependit in te magiſter meus Chriſtus, ſic Paul. cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto, ſic Stephanus inter lapides, Dñe Ieſu accipe ſpm̃ meũ, ſic Apl̃i dicẽtes, nõ poſſumus, q̃ audiuimus, & vidimus nõ loq: ſic nos pugnare, & guſtare eũ dẽmus dicẽtes cũ propheta, quẽadmodũ deſiderat ceruus ad fontes aquarũ, &c. & cũ Simeone, Phil. 1. Act. 7. Act. 4.

Luc.2. Nunc dimittis ſeruum tuum &c. quia viderunt oculi mei, hunc ho-
diè guſtauit cæcus natus, & audacter pugnauit pro Chriſto cum ini-
micis, pugnate ſacerdotes cum irregularitatibus, nobiles cum ſuper-
bis, ſcolares cum vanis ſcientijs, artifices cum fraudibus, ſenes cum
exemplis malis, iuuenes cum inobedientijs, viduæ cum incontinen-
tijs, virgines cum impudicitijs, vxores cum infidelitatibus. Iudices
cum falſis ſententijs, aduocati cum falſis conſilijs, pauperes cum im-
patientia, diuites cum impietate, mercatores cum fraudibus, pugna
re pro Chriſto, exoptantes vitam cęleſtem, coronam militantium, &
præmium triumphantium.

1.Tim.6. Propter hanc gloriam Timot. pugnare cupiebat Paul. ideo ait, cer
ta bonum certamen, fidei apprehende vitam ęternam, in qua vocatus
es, & confeſſus bonam confeſſionem coram multis teſtibus.

2.Tim.1. Pro eadem ad eundem, 2.1. oſtendit cauſam, qua certandum ſit, di
cens, ſcio enim cui credidi, & certus ſum, quia potens eſt, depoſitum
meum ſeruare in illum diem: ſic in eadem ad eũdem, vt ſit bonus mi
2.Tim.2. les ſcribit d. labora ſicut bonus miles Chriſti Ieſu laborantem agri-
colam oportet primum de fructibus accipere.

2.Tim.4. Sic ad eundem, in eadem, cap.4. Ego enim iam delibor, & tempus
meæ reſolutionis inſtat, bonum certamen certaui &c. In reliquo &c.

Heb.4. Sic ad hoc prælium hortabatur Hebræos, vt ad coronam cito per
uenirent cap.4. ait, ingrediemur enim in requiem eius, qui credimus
quemadmodum dixit, ſicut iuraui in ira mea, ſi introibũt in requiem
meam, &c. feſtinemus ergo ingredi in illam requiem.

Heb.6. Et cap.6. ait, fortiſſimum ſolatium habeamus, qui confugimus ad
tenendam propoſitam ſpem.

Rom.8. Hanc coronam militantium ad Rom. 8. ſcribit d. & ipſi intra nos
gemimus, adoptionẽ filiorũ Dei expectãtes redẽptionẽ corporis nři.

2.Cor.5. Hanc requiem militantium ſcribit 2.Cor.5. dicens, nam & in hoc
ingemiſcimus habitationem noſtram, quæ de cęlo eſt ſuperindui cu-
pientes, ſi tamen veſtiti, & non nudi inueniamur.

Gal.6. De hoc præmio militantium ſcribit ad Gal.6. dicens, bonum autẽ
facientes non deficiamus: tempore. n. ſuo metemus non deficientes.

Hãc requiẽ, & habitationẽ militãtiũ proponit Corithijs, & nobis
oĩbus, vt audacter cũ cæco nato pro illa acquirẽda cũ inimicis pugne
2.Cor.5. mus: dicens, ſcimus. n. qm̃ ſi terreſtris domus vřa huius habitationis
diſſoluať, qđ ædificationẽ ex Deo hẽamus, domũ nõ manufactã, ſed
Ioan.11. ęternã ĩ cęlis: ad hãc nõ itur, niſi p Xp̃m, vt ipſe teſtať, ego ſum oſtiũ.

Certemus ergo fratres tota mẽte cũctisq; viribus pro Chriſto cũ
cæco, nec ſynagogã peccatorũ, & inimicorũ timeamus, nec hæretico
rum

rum verbis adhereamus, ſed Euangelio, quod a Chriſti ore prolatum eſt, credamus, eiq; inuigilemus, & armis ſpiritualibus ſacramentorũ Eccleſię Catholicę nos armemus, quibus hoſtes impugnabimus, & à Chriſto cum cæco nato adiuuabimur in omnibus in hoc mundo per gratiam, & in altero per gloriam. Laus Deo.

FERIA QVINTA
Quartæ Dominicæ.

Ibat Ieſus in ciuitatem, quæ vocatur Naim. Luc.7.

PAVLVS Apoſtolus conſolabatur 1. Timoth.5. viduas dicens, quæ autem verè vidua eſt, & deſolata, ſperet in Deum, & inſtet obſecrationibus, & orationibus nocte, & die: quantum verò valeant orationes, & obſecrationes viduarum deſolatarum apud Deum, qui pius eſt, & miſericors, oſtendit nobis Chriſtus hoc mane per hoc Euangelium. *Ibat Ieſus in ciuitatem &c.* 1.Tim.5.

Tres fructus nautæ in hoc portu Panormi ab arbore vitæ Chriſto, hoc mane dulciſſimos comedent. primus eſt, quod Chriſtus eſt Dominus mortis, & vitæ. Secundus eſt, quod Chriſtus lachrymis viduarũ deſolatarũ, & omnium in tribulatione poſitorum miſeretur. Tertius eſt, qđ voci potentiæ Xp̃i in ſuſcitatione nulla mors reſiſtere põt.

Primus ergo fructus eſt, qđ Chriſtus ſit Dñs mortis, & vitæ; & qđ ſit ille, qui in veteri teſtamento ſplendido quodã epitheto vocabatur pater orphanorũ, iudex viduarũ. Pſal.67. Exultate in conſpectu eius turbabuntur a facie eius patris orphanorum, & iudicis viduarum. Nam orphanum adoleſcentem imatura morte ſublatũ vitæ reſtituit, & viduã mariti, & filij morte deſolatã cõſolat', vtrinq; diuinitatẽ, potentiã, manſuetudinem, & miſericordiã declarans: tum etiam cur à patre in mundum miſſus eſſet oſtendit, nempe vt per mortẽ deſtrueret eum, qui habebat mortis imperium, i. Diabolum, Hebr.2. & liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxij erãt ſeruituti.

Sed nũc videamus, quid ſpiritus hodiè dicat Eccleſiæ in hoc Euãgelio. *Ibat Ieſus.* ſcilicet prædicando: vt prædicator egregius cœpit Ieſus prædicare, & dicere, pœnitentiã agite: appropinquabit. n. regnum cęlorũ, Mat.4. ſanãdo tanq̃ verus medicus, ſequuti ſũt eum multi, & Matt.4. ſanauit eos, Matt.21. Euangelizando tanquam pauperrimus, vulpes Matt.21. foueas habent, & volucres cœli nidos: filius autem hominis non

 habet,

Mat.8. habet, vbi caput ſuum reclinet, Matt.8. Ibat ad locum mortis vita ſuſcitatura mortuum ad preces viduæ mulieris, & hoc tactu pariter, & eloquio, &c.

Nayn, ad literã ciuitas eſt diſtans à monte Thabor per duo miliaria, ſignificat animam quæ diſtat à cœlo per duo miliaria, id eſt, inobedientiam duorum mandatorum, in quibus tota lex pẽdet, & prophetæ, ſcilicet, quia neque Deum, neque proximum diligit. Rex huius ciuitatis eſt ratio. Principes ſunt quinque ſenſus. Populus ſunt cogitationes & affectiones aïæ, cuius ratio puerilis eſt: pueriliter ſe gerit. Veh terræ cuius principes, ideſt ſenſus, mane comedunt, ideſt prę

Mat.12. ſentibus delectãtur: beata cuius rex nobilis eſt, nobilitate virtutis, & animi, quæ ſola moribus ornat. Hunc populum rex, ideſt ratio debet ſuis legibus diſponere, aut refrenare. hinc ſapientia. Eccle. 10. Veh tibi terra, cuius rex puer eſt, quia pueriliter viuit: & beata terra, cuius principes, ideſt ſenſus, veſcuntur in tempore ſuo, ideſt in æterno conuiuio, ieiunantes in hoc ſæculo.

Dicitur Nayn, quaſi commotio, nam quatuor affectionibus ſemper bene, vel malè mouetur: malè quidem mouetur antequã per gratiam Chriſtus ad eam accedit, dum in proſperitate gaudet, & in aduerſis triſtatur. Sapien. Eccleſiaſt. 11. In die bonorum ſperat diu viuere, timet temporalia mittere. Mundus mouetur in aduerſis per deſperationem, ideo ſapiens ibidem monet inquiens, in die malorum ne immemor ſis bonorum, & cætera. Poſtquàm autem Chriſtus ad animam acceſſit, dolet de commiſſis, gaudet in iuſtitia, timet de ſupplicijs, ſperat de gloria, Pſal.59. Commouiſti terram, & conturbaſti eam.

Eccl.11.

Pſal.59.

Ibant cum illo diſcipuli eius, ad literam. Diſcipuli diuerſis rationibus illum ſequebantur, quidam vt inſtruerentur: dicebat enim illis, diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde, Mat.11. quidam, vt accenderentur: Deus enim noſter ignis conſumens eſt. Deut.4. & Heb. 12. quidam vt remunerarẽtur. Ecce nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te, &c. ſpiritualiter autem, diſcipuli euntes cum eo virtutes, quæ nos de doctrina eius informant, & a paſſionibus vitiorũ curãt, ſunt. Vnde Dominus diſciplis ſuis ait, euntes autem prædicate dicentes, quia appropinquabit regnũ cœlorum, infirmos curate, mortuos ſuſcitate, leproſos mundate, Dęmones eijcite, Matt.10.

Deut.4.
Her.12.
Mat.19.
Mat.10.

Curant autem animas a quamplurimis infirmitatibus, ſcilicet ab infirmitate prauæ delectationis, a morte conſenſus, a lepra malæ operationis, a Dæmone contemptus, & conſuetudinis.

Et turba copioſa, ad lrã. Turbę ſequebant̃ diuerſis reſpectib⁹: qdã enim

enim ut proficerent, ut diſcipuli: unde dicit, acceſſerunt ad eum diſci
puli eius, & aperiens os ſuum docebat eos dicens, Beati pauperes, & Matth.5.
cæ. Quidam, ut repræhenderent, iuxta illud, cum introiſſet Ieſus do-
mum cuiuſdam principis Phariſæorum ſabbato manducare panem,
& ipſi obſeruabant eum, Luc. 14. Quidam ut comederent, ut egeni, Luc.14.
quibus Chriſtus dixit, quæritis me, non quia uidiſtis ſigna, ſed quia
manducaſtis ex panibus, & ſaturati eſtis, Io. 6. Spiritualiter, turba co Ioan.6.
pioſa, ſunt motus compunctionis. ſ. timor, pudor, dolor, indignatio,
hæc ſalutem turbant animarum.

Cum autem appropinquaret portæ ciuitatis: portæ animæ dupli-
ces ſunt, exterior & interior: exterior eſt quilibet ſenſus, per quem ho
mo interior ad exteriora egreditur, & peccatum ad animã ingredi-
tur. Vnde carnales ſenſus ſemper clauſi eſſe debent, quoniam Ieſus ia
nuis clauſis ad nos intrat, Ioan. 20. Interior porta eſt uoluntas: ad Ioan.20.
hanc enim Chriſtus accedit, & pulſat, ut aperiatur ei. ego ſto ad oſtiũ, Apoc.3.
& pulſo, expectans ad pœnitentiam. pulſat excitans uoluntatem. Mi-
randa dignatio ſtantis, pulſantis, & præſtolantis, ut ei aperiamus. Mi
randa etiam obſtinatio eius; quem benignitas, & manſuetudo ad pœ-
nitentiam adducit: cui enim oſtium obſtat, dignanter aſtat, & pulſat
beneficijs, flagellis, promiſſionibus, flammationibus, exemplis.

Ecce defunctus efferebatur. Defunctus iſte animã in peccatis mor-
tuam ſignificat. Sed aduertendum, quòd infirmitas ſpiritualis ſicuti
corporalis infirmitas occaſionem habet: nam anima primo diſtempe
ratur in primis motibus, ſeu in ſuggeſtione cum ſcilicet per corporis
ſenſus aliquid intrat, uel offertur: de quo mala cogitatio interius ge-
neratur. Secundò infirmatur uel languet in delectatione quando ſci-
licet calore delectationis affectionum contemperantia perturbatur.
Tertiò moritur in cõſenſu, quando relicta uita ſua, quæ Deus eſt, uni
tur per conſenſum prauæ delectationi. Quartò effertur in opere, cum
ſcilicet peccatum in corde conceptum incipit exterius apparere, &
ad notitiam plurimorum pro operatione membrorum producitur,
ergo rationabiliter anima dicitur mortua per defectum: nam ſicut
mortuus frigidus eſt, ita & peccator ſine igne diuini amoris: unde di
citur, Sicut frigidam fecit ciſterna aquam ſuam, ſic frigidam fecit ma
litiam ſuam iniquitas, Hierme. 5. Mortuus eſt putridus. ita peccator
per moram longam in peccato, per prauam conſuetudinem. compu-
truerunt iumenta in ſtercore, Ioel. 1. Peccator eſt fætidus ſicut mor- Ioel.1.
tuus: quia cor eius eſt ſicut latrina, in qua porci infernales delectabi
liter iacent: unde dæmones non petierunt mitti in columbas: quia
habent ſimplicitatem, nec in alias aues, quæ habẽt innocentiam, nec

in turtures: quia diligunt caſtitatem, ſed in porcos, qui amant immũditiam. Dæmones enim in cordibus ſimplicium, & innocentium habitare nequeunt, ſed in cordibus ſuperborum, carnalium, & raptorũ, iuxta illud, ſub umbra dormit, ideſt in corde raptoris, & auari: nam diuitiæ, ut umbræ fugiunt: in ſecreto calami, ideſt in corde ſuperbi, qui exterius nitidus apparet, intus uerò uacuus eſt. In locis humentibus, ideſt in cordibus luxurioſorum, qui ſemper in aquis ſordibus deliciarum natare cupiunt: de talibus dicitur Eſa. 3. peccatum ſuum ſicut Sodoma prædicauerunt, altius aſcendet fętor eius: quia ſuperbè agit. Cæcus eſt mortuus, ita & peccator: excæcauit enim illos malitia eorum, Sap. 2. Oculus habent, & non uidebunt, Pſ. 113. Mutus & ſurdus, pedibus & manibus contractus, ita & peccatores os habent, & non loquentur, aures habent, & non odorabunt, manus habent, & non palpabunt. Separatus a uita, ſic & peccator ſeparatur a Deo, qui eſt uita noſtra. Ponderoſus, ita & peccator per accidiam, & quia ponderoſus, omne graue tẽdit deorſum: ideo ad infernum demergit: unde Iob 21. & in puncto ad inferna deſcendunt. Si enim omnes montes eſſent plumbei, & ſuper aliquem iuſtum caderent, ipſum ad infernum minimè traherent: peccatum tamẽ adeo ponderoſum eſt, quod in momento ad infernum ducit, iuxta illud, Videbam Sathanam, ſicut fulgur de cœlo cadentem, Luc. 10.

Iob 40. Eſa. 3. Sap. 2. Pſ. 113. Iob 21. Luc. 10.

Porta, per quam mortuus offertur, eſt aliquis ex quinque ſenſibus: nam omnis, qui uiderit mulierem ad concupiſcendam eam, iam męchatus eſt in corde ſuo, uel talis mortuus per portã uiſus extrahitur, uel per aurem in detractionibus, uel per linguam litigijs & infamiæ, & ſic de alijs ſenſibus. idcirco ad has portas cuſtodię adhibẽda ſunt. ad portam uiſus ponenda eſt pactio mutua facere, ſcilicet quod cor non dirigat oculum ad aliqua illicita, & quòd oculus cordi aliqua uana non renũciet, & hoc eſt pactum inter oculum & cor: unde Iob 31. pepigi fędus cum oculis meis, ut ne cogitare quidem de Virgine. Ad portam auditus ponenda eſt ſæpes ſpinea, ideſt repræhenſio dura: unde dicitur Eccl. 28. Sæpi aures tuas ſpinis, & linguam nequam noli audire. Ad portam oris ponendum eſt oſtium, ut quando expedit, aperiat os, & quando non expedit clauſum teneat: ponenda eſt ſtatera, ut uera ponderata proferantur. ponendum eſt frenum, ut a seſſore animi lingua reuocetur. hæc doctrina habetur a ſapiente, Eccl. 28. & ori tuo facito oſtia, & ſeres auribus tuis. Verbis tuis facito ſtateram, & frenos ori tuo rectos.

Matt. 5. Iob 31. Eccl. 28. Eccl. 28.

Portitores duplices ſunt: interiores, & exteriores: interiores affectiones, exteriores peccatores: & horum aliqui portant ante, aliqui retrò

retrò:quidam apertè ante portant,& hoc uerę ſuggeſtionis, quidam exemplo prauæ actionis,quidam apertè retro portant, & hoc ueræ adulationis,qui te beatum dicunt,ipſi te decipiunt,Eſa.3. Sinite mortuos ſepelire mortuos ſuos, Luc.9. Gregor. mortuus ſepelit mortuũ, cum peccator peccatori adulatur;quidam portant, immò quaſi pellũtur a parte poſt facto auxilij,aut fauoris. Vel portitores ſunt alienę uitæ conſideratio,contra quos dicit ſapiens, non pecces in multitudine ciuitatis,ideſt exemplo multitudinis:quia non minus ardebis, ſcilicet qui cum multis ardebit,quam cum paucis uel ſolus.& Exod.23. dicitur, Non ſequeris turbam ad faciendum malum. Vnus portitor eſt amor poſſeſſionum,& rerum temporalium, quæ peccator iniuſtè poſſidet: in tantum enim peccator diligit acquiſita,& alia cupit acquirere, quòd ab eis ſepatare non ualet. ſed in hoc ſtultè agit cum talia ad detrimentum animæ cedant,teſte domino, Matth.16. Quid enim prodeſt homini ſi uniuerſum mundum lucretur,animæ uerò ſuæ detrimentum patiatur?ſcilicet in inferno perpetuo: quaſi dicat, nihil, Aut quàm dabit homo commutationem pro anima ſua? q.d. nulla.

Eſa.3. Eccl.7. Exod.23.

Alius portitor eſt uerecundia uicinorum, quando enim peccator intra ſe cogitat dicens,ſi mala acquiſita reſtituam, & pœnitentiam agere oportet,ſcilicet ieiunare,orare &c. abſque dubio uicini mei deridebunt me,& ſi in neceſſitate me uiderint,nequaquam ſubuenient; ideo potuit in miſericordia Dei, quam in diſcretione hominum confidam,cum ſcriptura dicat Daniel. 13. Sed melius eſt mihi abſque opere incidere in manus hominum, quàm peccare in cõſpectu Domini Dei mei. & Apoſtolus Heb.10. Horrẽdum eſt incidere in manus Dei uiuentis.

Daniel. 13. Heb.10.

Mater huius defuncti Eccleſia eſt, Chriſto per fidẽ copulata,& ab eo per gratias fœcũdata,quæ ſingulos unico amore diligit:quia apud illam non eſt perſonarum acceptio. Act.10. In ueritate comperi;quia non eſt perſonarum acceptor Deus. Hic dicitur filius per generationem,de qua, Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu ſancto &cæ; Ioan.3.& Petrus, Benedictus Deus,& pater domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſecundum miſericordiam ſuam magnam regenerauit nos in ſpem uiuam, 1.Petr.1. Dicitur autem unicus per fidei unitatem: unde Apoſtolus Rom.12. Ita multi unum corpus ſumus in Chriſto. & alibi Epheſ.4. Vnus dominus, una fides, unum baptiſma.

Act.10. Ioan.3. Rom.12. Epheſ.4.

Hæc mater dicitur uidua; ideſt a Chriſto uiro ſuo per corporalem præſentiam diuiſa,quouſque peregrinatur in terris, hoc corpore peregrinamur a domino, 2.Cor.5. Hinc eſt quod a multis contenditur, & conculcatur,& bonis ſuis exhæredatur,ſed cum hoc dicit Propheta,

2.Cor.5.

Baruch. 4. ta, Nemo gaudeat ſuper me uiduam & deſolatam, a multis derelicta ſum propter peccata filiorum meorum: quia declinauerunt a lege Dei. Iuſtitias autem neſcierunt, nec ambulauerunt per uias mandatorum Dei, neque per ſemitas ueritatis. Hęc uidua uidens filios ſuos ad
Hier. 31. mortem ire plorat: unde in figura dicitur, Rachel plorans filios ſuos
Gal. 4. &c. ſic & Paulus Gal. 4. plorabat dicens, Filioli mei quos iterum parturio, donec firmetur Chriſtus in uobis.

Turba, quę cōdolet, & compatitur, ſunt fideles, qui de peccatis in
Rom. 9. firmorum turbantur exemplo Apoſtoli, Rom. 9. condolentis, & dicentis, triſtitia mihi magna eſt, & continuus dolor cordi meo: optabā enim ego ipſe anathema eſſe a Chriſto pro fratribus meis. & ſapiens ait; nonne lachrymæ uiduæ ad maxillam deſcendunt, ideſt ad doctores, & prælatos, qui cibum ſpiritualem, ideſt ſacram ſcripturam ma-
Eccl. 35. ſticantes in detrimenta membrorum conuertunt, ut Eccl. 35. Virtuoſæ lachrymæ a maxilla aſcendunt ad cœlum. Dolete ergo, & plangite mortuum extra portam delatum, ideſt actus & mala opera noſtra: plāgite mortuum in domo, ideſt malam uoluntatem noſtram. Plangite mortuum ſepultum, ideſt peſſimas conſuetudines noſtras. Iſta enim tria mala ſignificata ſunt in tribus mortuis, quos Chriſtus ſuſcitauit,
Luc. 8. ſcilicet filiam Archiſynagogi in domo, adoleſcentem extra portam,
Luc. 7. & Lazarum in ſepulchro: ſemper tamen cum plantu uiuentium, ꝙ
Ioan. 11. & cogitationem, & uoluntatem malam, actus prauos, & conſuetudines iniquas nos flere debere ſignificat.

Secundus fructus eſt, ꝙ Chriſtus lachrymis uiduarum flectitur ad miſericordiam, conſtantem Eccleſiæ doctrinam confirmat: quæ docet, paruulis & mortuis prodeſſe poſſe ſacramēta, & preces: ea enim miſericordia eſt conditoris, & ſi iuſtiſſimo ſuo iudicio, non omnibus eam concedat, ut illis prodeſſe patiatur fidem alienam, quibus præter eam, quam ex origine trahunt, nulla poteſt, ut inquit Auguſt. perfidia imputari, & iſtis ſacrificia & oblationes proſint, quibus autem hæc proſunt, ad hoc proſunt, ut plenior fiat peccatorum remiſſio.
Luc. 7. Quid enim filio uiduæ proficit fides ſua, quam mortuus non habe-
Matth. 8. bat: huic tamen profuit fides matris, ut reſurgeret ſicut etiam baiulo
Matth. 15. rum fides profuit Paralitico, & mulieri Cananeæ filiæ dæmoniacæ. Ea enim eſt gratia communioni ſanctorum conceſſa, ut pro inuicem ſolicita ſint membra, & acceptum gratiæ cœleſtis uigore ſibi inuicē communicent. Quod uerò Chriſtus matri fletum prohibet, & loculum attingit, etiam non rogatus, grauiſſimis de cauſis agit.

Primò, ut doceat remouendam eſſe doloris cauſam, ſi quidem is aderat, qui mortuum in uitam reuocaret. Secūdò, ut omnibus certam

ſpem

ſpem faceret adeundi thronum gratiæ cum fiducia:quia ſi non rogatus ſubuenit,quid non facturus, ubi cum lachrymis preces offeruntur, Eſa.65.Tertiò,quòd accedit,& ſanctiſſimi corporis contactu loculum tangit,eam eſſe eius,qui peccato mortuus ſit,miſeriam docet, ut niſi ipſe miſericorditer ſubueniat, nunquam a morte peccati quiſquam reſurget:non enim ſumus idonei cogitare aliquid ex nobis, neque de Chriſto mater,& filius de morte conqueri poterant:quia Sapien.1.ait ſapiens, quoniam Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione uiuorum. Eſa.65. Sap.1.

Sed contra Eccl.11.ait,Mors, & uita a Deo ſunt: ſi Deus mortem non fecerat,cur ipſa eſt a Deo? Eccl.15.

Ad iſtam dico,ideo mors & uita ſunt a Deo:quia ipſe legem tradidit, ut ſeruantibus uitam conferat, & contemptoribus mortem minatur, quam Deus non fecit: cum non ſit uoluntatis eius perire hominem,ſed magis ut conuertatur,& uiuat. ſed immemor,ſuæ ſalutis mortem potius elegit: non ergo mortis inuentor fuit Deus, ſed peccatum,cui pro pœna mors æterna debetur,quam infert Deus in exequutionē iuſtitiæ legis,a quo Deo dicta eſt mors, non quia ex ipſo ſit, ſed quia homo peccauit,& mors dicitur pœna peccati: ſed melius,triplex eſt mors,ſcilicet animę,carnis,& utriuſque ſimul.Primam cauſat peccatum.Secundam diſſolutio elemētorum.ſed tertia,quæ mors inferni dicitur,confertur in ultionem offenſionis.Illam autem animę mors inferni ſubſequitur neceſſariò.nunquam fecit Deus: quia ſcriptum eſt, qui peccatum non fecit &c. pariter ſicut triplex mors dicitur,ſic triplex uita agnoſcitur,ſcilicet alia carnis, & animæ ante peccatum,alia carnis poſt peccatum,alia animæ & carnis poſt diſſolutionem elementorum.

Sed differunt,& conueniunt mors corporalis,& ſpiritualis; Differunt,quia illa corporis,eſt diſſolutio elementorum: iſta animæ eſt amiſſio ſummi boni,& acquiſitio perperui mali.Conueniunt enim in tribus, primò quia utraque eſt per ſeparationem uiuificabilis ab influente uita, nam corporalis eſt per ſeparationem animæ a corpore: ſpiritualis autem per ſeparationem animæ a Deo, ut ſupra diximus. Secundò quia ad neutram illarum eſt redditus ad uitam per naturā, ſed per potentiam diuinam,uel per gratiam.Tertiò quia reddit ſubiectum ſuum inhabile ad operationes debitas, ſed corporalis ad operationes humanas,& meritorias.Differunt etiam: quia corporalis corrumpit ſubiectum ſuum,ſed ſpiritualis relinquit. Secundò quia corporalis neceſſaria eſt,ſpiritualis uerò uolūtaria.Tertiò quia de corporali non eſt reditus ad uitam, nihil ſemel in die iudicij, ſed ſpirituali

morti

morti frequenter per pœnitentiam redditur uita.

Vidimus iam quomodo peccator mortuus diceretur, & quid per defunctum ſignificetur. Videndum nunc putemus, quonam pacto ſit mortuus reſuſcitatus, & quid per mortui ſuſcitationem ſignetur. Notandum, ad ſuſcitandum hunc adoleſcentem duo Chriſtum induxerunt. Primò confortatio uiduæ, quam cũ uidiſſet, miſericordia motus &c. Id enim compaſſionem quam ſupra animã peccatricem Chriſtus gerat, ſignificat. 2. Cor. 1. Benedictus Deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra.

2. Cor. 1.

Secundum fuit turbæ præſentia cum Chriſto cum uidua, quod factum eſt, ut illi uederent, & miraculi teſtes eſſent. Aduertendum eſt etiam, quod filia Archiſynagogi ſuſcitata eſt eiecta multitudine, in ſignum, quod peccator occultus debet pœnitentiam in occulto agere, ut Deum quem ſolum offendit placet. Adoleſcentem hunc præſente multitudine ſuſcitauit, in ſignum, quod peccator publicus publicam pœnitentiam agere debet, ut nedum Deum quem offendit placet, ſed ut proximum ædificet, quem ſcandalizauit. Lazarum quatriduanum ſimiliter præſente multitudine ſuſcitauit, in ſignum, quod peccator conſuetudinarius pœnitentiam manifeſtam, & diuturnam, ut Deum placet proximumque ędificet, facere tenetur, ut paulatim Deo appropinquet, a quo ſe nimium elongauit.

Suſcitaturus autem Chriſtus hunc mortuum, multa in eius ſuſcitatione confecit. Primò obuiauit illi, dum efferretur extra portam, & ad eum acceſſit ſpiritualiter. Chriſtus obuiat per recordationem cũ mentis conſpectui ſe reducit, & quaſi ante cogitationes intuitum ſe præſentat: ob id dicitur, Inuentus ſum a non quærentibus me; palam apparui his, qui me non interrogabant, Eſai. 65. & Ro. 10. Chriſtus, qui eſt uita, defuncto obuiat in porta ciuitatis, quæ eſt fœlix cœli porta Beata Virgo, uel Eccleſia, uel religio: non eſt hic aliud, niſi domus Dei, & porta cœli, Gen. 28. Secundò tetigit: hoc ſpiritualiter in peccatore facit per incuſſionem timoris. horrorem enim iudicij incutit, iuxta illud, & uenter meus intremuit ad tactum eius cantu. 5. & Pſal. 118. confige timore tuo carnes meas, hoc ſignatur in eo ingenio, cũ dicit, acceſſit & tetigit loculum, ideſt conſcientiam malè ſecuram, de qua dicitur, & ſunt impij, qui ita ſecuri ſunt, quaſi iuſtorum facta habeant, Eccle. 8. Tunc ſtant portatores: nam domino tangente conſcientiam peccatoris, metu futuri iudicij turba carnalium uoluptatum, & iniuſtarum laudationum ſtat in exemplum canis, uiſo baculo eleuato reſtat: uel loculus, in quo humanus ſpiritus fertur, eſt cor

Eſa. 65. Rom. 10. Gen. 28. Cant. 5. Pſ. 118. Eccl 8.

pus

pus;loculum iſtum tangit dominus,& ſuſcitat mortuum. Tangit autem tribus modis,infirmitatem dando,iuxta illud, Infirmitas grauis, ſobriam faciat animam, Eccle.31. Tribulationem mittendo, domine in anguſtia requiſierunt te, Eſa.26. Greg. mala quæ nos hic præmunt, ad Deum ire compellunt. Temporalia ſubtrahendo: unde dicitur, quod Ioab primò uocatus noluit uenire ad Abſolonem,cum aũt Abſolõ fecisset ſuccendi igne ſegetes eius, uenit non uocatus, 2. Reg. 14. alius uerò dicebat quanti mercenarij &c. ego autem &c. ſurgam, & ibo, & cæ. Luc. 15. Eccl.31. Eſa. 26. 2.Reg.14. Luc.15.

Tertiò uocauit, & alloquutus eſt: ſic ſpiritualiter uocat peccatorẽ multipliciter. nam aliquando per increpationem, & per excitationẽ. Per incarnationem, inſpirationem, per exteriorem prædicationem, per ueniæ promiſſionem. Paulum increpando uocauit, d. Saule, Saule &c. Act.9. ſic & hodie uocauit adoleſcentem dicens, adoleſcens, tibi dico &c. quaſi dicat, nec dum adhuc prudens, tibi dico ſurge &c. Notate quàm uelociter obediendum eſt ſaluatori uocanti, ut faciat hominem de familia ſua, nec expectanda ſenectus, ſed ſurgendum ab adoleſcentia: quia dicit, adoleſcens &c. Act.9.

Quartò ſuſcitauit. ſpiritualiter ſuſcitat peccatorem per compunctionem, infundendo ei gratiam compunctionis: tunc enim eleuat caput de puluere, ſed adhuc nondum omnino eſt ſolutus; unde dicitur, quod reſedit Glo. interna compunctione reuiuiſcens cęperit loqui, ideſt propriam iniquitatem confiteri Deo. Sed quia non ſufficit Deo confiteri, ſed & Eccleſiæ: ideo quem ſuſcitauit Deus per compunctionem, ultimò aſſignat matri Eccleſiæ per confeſſionem, cuius ſcilicet precibus motus ſuſcitauerat illum: unde Glo. ſuper illud, dedit illum matri ſuæ, dicit ſacerdotali iudicio ſocians communioni Eccleſiæ.

Eſt autem hic præcipuè notãdum, quare tàm imperioſè loquatur dominus huic adoleſcenti, & in ipſo omnibus huiuſmodi, & ei ſimilibus, propter quod nondum ab adoleſcentia habet bonas, & malas conditiones: mala nanque conditio adoleſcentiæ eſt, quod adoleſcẽs ignarus ueritatis eſt, & improuidus, non conſiderans quæ mala ſint, ſine qua bona non recolens præterita, non diſponens præſentia, non attendens futura pericula: auis autem ex improuidentia cadit in laqueum, piſcis in hamum: unde dicitur, quòd lapidantes Stephanum depoſuerunt ueſtimenta ſua ſecus pedes adoleſcentis, qui uocabatur Saul, Act.7. ſi enim circunſpexiſſet miracula Chriſti futura, non ſolũ ueſtes illorum cuſtodiſſet, ſed eorum malitiam turbaſſet. in exemplũ eſt etiam Roboan, qui fuit filius Salomonis, & adhærens conſilio iuuenum maximam partem regni amiſit, 3. Reg.12. Adoleſcens ſuper Act.7. 3.Reg.12.

bus

bus, laudis auidus maiorum præcepta contemnit propriam uoluntatem ſequitur,& quicquid facit,bonum eſſe aſſerit,& defendit: unde dicitur, loquutus ſum ad te, in abundantia tua dixiſti, non audiam, hæc eſt uia tua ab adoleſcentia tua: quia non audiſti uocem meam,
Hiere.22. Hiere.22.talibus dicitur,lætare ergo iuuenis in adoleſcentia tua, & in bono ſit cor tuum in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in uijs cordis tui, & in intuitu oculorum tuorũ, & ſcito quod pro omnibus his
Eccl.11. adducet te Deus in iudicium,Eccl.11. Adoleſcens calidus,& feruidus complexione,ideſt auarus:uidens enim ſe fortem uiribus,quia ſanus eſt, diu uiuere ſe ſperat: & ideo cum multo labore totaliter ſe dat ad lucrum,& ad pecuniarum acquiſitionem. ſicut autem cum multo labore,& feruore quærit diuitias, ſic eas cum multo dolore dimittit: unde cum dixiſſet dominus adoleſcenti, Vade & uende omnia quæ
Matth.19. habes &c.Matth. 19. ſtatim abijt triſtis &c. exemplum. Cum leo rapuit prædam non poteſt abſque periculo mortis ab eo tolli. Adoleſcens eſt lubricus, & laſciuus, uanus, & ad mundi delectabilia pro-
Eccl. 11. nus,iuxta illud Eccle.11.Adoleſcentia enim, & uoluptas uana ſunt. alibi, ſenſus enim & cogitatio humani cordis in malum pronæ ſunt ab adoleſcentia ſua,Gen.8.Cum enim ętas feruida ſit,& fortis,adhuc cibaria multa, & uina fortia adduntur,quod nihil aliud eſt, niſi ligna
Luc.15. igni addere.igitur in exemplum eſt filius prodigus,Luc. 15. Filius adoleſcentior,qui tulit portionem ſubſtãtiæ,& abijt,& conſumpſit uiuendo luxurioſè.

Adoleſcentia etiam habet & bonas conditiones, nam adoleſcens in addiſcendo promptus eſt contra errorem ignorantiæ.Vnde hæc ętas eſt calida,& per calorem apta eſt ad capiendum, & retinendum: ſic ſi incipiunt Deo ſeruire,diuinis mandatis ſatis incumbũt:unde di-
Pſ.118. citur Pſ.118. in quo corrigit adoleſcentior uiam ſuam in cuſtodiendo ſermones tuos.In exemplum eſt,quod aues,quæ paruulæ capiuntur,domeſticantur, & diſciplinantur in tantum, quod ferè humana uerba proferunt: & ſi ab homine uocentur reſpondent. ſi bruta itaque in iuuentute doceri poſſunt;multo magis homines rationales.

Adoleſcens feruidus eſt in amando: ſi enim Deum incipit amare,
Cant. 2. fortiſſimè eum diligit: unde dicitur Cant. 2. Adoleſcentulæ dilexerint de nimis. ſenſus eſt, quod ſic ardenter probantur amare, quod aliquando modum excedere uidentur. Agnes amore Dei guttur expoſuit,Agatha mammillam exhibuit,Cæcilia caput tradidit,Catherina corpus impendit.

Adoleſcens fortis eſt in operando: unde dicitur 1. Ioan. 2. ſcribo uobis iuuenes,quoniam fortes eſtis,& uerbum Dei manet in uobis, &

& uiciſtis malignum.i. mundum,uel diabolum: unde de carne dicitur,mulier moleſta erat adoleſcenti,& ille recuſabat ſtuprũ, Gen. 39. Gen. 39.
Adoleſcens humilis eſt in conuerſando:unde 1.Tim.4. Nemo adoleſcientiam tuam cõtemnat, ſed exemplum eſto fidelium in uerbo,in conuerſatione,in charitate,in fide,in caſtitate &c.obid Propheta Pſ. 118. Adoleſcẽtulus ſum ego & contemptus &c. Cum autem dicitur adoleſcens,de malo adoleſcẽte intelligit,ac ſi dicat,o ignare,o improuide,qui acta mala non conſideras,nec doles. Adoleſcens.i.ſuperbe, humanæ laudis auide, qui maiorũ præcepta ſpernis, qui uoluntatem tuã propriam ſectaris, qui mala quæ agis bona iudicas, & pro bonis defendis. Adoleſcẽs.i.o feruide,o auare,o tenax,o nimis cupide,qui totum ad lucrum undequaque factum te dediſti. Adoleſcens.i.o laſciue,o lubrice,o guloſe, qui omni conatu carni inſeruire intendis. 1.Timot.4. Pſ.118.

Tibi ſcilicet adoleſcenti dico,ſurge:quia ſcilicet conſuetudo eſt altera natura:cum ſteterit diu, difficulter reuertitur ad rectitudinem, niſi forte uirtute ignis retorqueatur in partem contrariam, donec ad quandam medietatem reducta fuerit: ſic & homo diutius malis deditus uias ſuas non deſerit, quibus a iuuentute aſſueuit, niſi diuino igne fuerit reuocatus, Prouerb.22. Adoleſcens iuxta uiam ſuam ambulans,etiam cum ſenuerit non recedet ab ea.Surge,ne aſſueſcas malis,ne uitam in longum malam trahas,declina a malo, & fac bonũ: quia, quod noua teſta capit inueterata ſapit. Præcipitur enim Deuter.33,ſicut dies iuuentutis tuæ,ita & ſenectus tua &c. Surge quia & ſi tu per te cadere poſſis, nunquam tamen per te ſine meo adiutorio ſurgere poteris.Cadere enim eſt opus impotentiæ;Surgere autem eſt opus omnipotentiæ:ſic Paul. Epheſ.5.Surge,qui dormis,& exurge a mortuis,& illuminabit te Chriſtus. quia enim diuina inſpiratio excitat dormientem:ideo dicitur,Surge qui dormis. Et quoniam uiuificat morientem:ideo dicit,& ſurge a mortuis.Et quia illuminat ignorantem:ideo dicit,illuminabit te Chriſtus.In ſignum huius Chriſtus dicitur uia,quia excitat dormientem,ut ſurgens per uiam uadat,quæ ad cœlum tendit.Dicitur ueritas: quia ignorãtem deducit ne deuiet. dicitur uita:quia uiuificat morientem,ut ad ęternam uitam tandem, tanquam ad terminum deducat.Io. 14.Hinc Eſa.dicit, Conſurge,id eſt ſimul ab omnibus uitijs ſurge. Surge ergo:quia Deus diu te expectauit conquerens per Hierem. 18. dicens, noluerunt reuerti attendentes bellum undique circunſtans,cum tamen iacendo nullus bene pugnet,& tamen militia eſt uita hominis ſuper terram. Surge: quia tempus breue eſt:niſi enim modo ſurgas, & pœnitentiam agas, ut in perpetuum pereas neceſſum erit: tempus uerò hoc breuiſſimum eſt Prouer. 22. Deut. 33. Epheſ.5. Ioan.14. Eſa.51.

 momen-

momẽtaneum, curſu uelociſſimum, tranſitorium, quia neſcit homo
Matth.25. diem neque horam, Surge quia hora eſt de ſomno ſurgere: ſtultiſſi-
Rom. 13. mum enim eſt inter hoſtes crudeles dormire, in fructibus uelle quie-
ſcere. nullus eſt in mari tam malus, qui uidens uentum inſurgere, & nauem perire Dei miſericordiam non imploret: ſed nunquid nos in fluctibus non ſumus? utique ſtultitia noſtra magna eſt, ſi ad Deum nõ clamamus, ſi non ſurgimus, ſi dormiamus.

Surge, quia uia pœnitentiæ chariſſimi longa eſt; nam pro ſo-la malitia culpæ non poſſet homo ex ſe Deo ſatis facere omni tempo-re uitæ ſuæ. Cum igitur quaſi infinita mala ſint noſtra, quando fiet pœnitentia? arctus enim eſt locus, breue eſt omne tempus, corpus eſt debile, & onus eſt graue. Quid igitur facimus? quid expectamus? qua-re non ſurgimus? Cyconia, hyrundo tempus ſuum cognoſcunt: nos
2.Reg.19. uerò tempus noſtrum non ignoſcimus. Surgite cum Helia, comedite panem ſubcineritium, ſcilicet pænitentiæ: grandis enim uobis reſtat uia: hoſtis crudeliſſimus eſt, iacens illum debellare non ualebis. Sur-ge, miſericordiam Dei implora.

Vt autem te ſurrexiſſe oſtendas, duo ſigna in te eſſe debent, quæ no tat Euangelium. ſ. ſeſſio, & locutio: unde non dicit, quod ſteterit, uel iacuerit, ſed quòd reſedit: nam in ſtando totum corpus laborat, in ia-cendo totum quieſcit. In ſecundo partim laborat, partimq; quieſcit. Stant qui pro temporalibus nimis laborant. Iacent, qui bonis operi-bus nimis torquent. Sedent qui & labori, & quieti contemplatio-nis inſiſtunt. Reſide igitur o homo, ideſt da te Deo per deuotam ora-tionẽ, da te proximo per laborioſam operationẽ, da te tibi ipſi per hu-milem recogitationẽ. Hoc eſt dictum, uita tua ſit humilis partim acti-ua, & partim contemplatiua. Secundò oſtende te ſuſcitatum in lo-quutione. i. omnia peccata, & circunſtantias confitere, dicens cũ Pro
Pſ.31. pheta, Confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino, Pſ.31. lo quere: ſicut. n. prius uerba mundi loquebaris, ſic nunc uerba Dei: nã lo
Matth.26. quela manifeſtum facit, ſicut dictum eſt Petro. igitur qui alia mun-di, diaboli, inferni loquendo te Babylonis ciuem oſtendiſti, iam uer-ba cœli incipe loqui, linguagium regni cęleſtis, & diuinæ laudis, & ſu pernæ Hieruſalẽ te ciuem oſtende, & tandem de ſuſcitatione gratus Deũ ſuſcitatẽ filialiter timẽs lauda, age gratias, ipſum magnifica, qui te ſuſcitauit inquirens de uita, & inueniens mala opera diſſolue ope-ra Diaboli: Inquirens de fama, & inueniens te dæmonibus ſocia-
Ioan.12. tum, fuge ipſos: quia princeps huius mundi eijcietur: quia Deus pro-
Luc.1. pter hoc, qui eſt pro omnibus uiuis & mortuis, uiſitauit nos oriens ex alto.

Tertius

Tertius fructus eſt, quòd uoci potentiæ Chriſti in ſuſcitatione nullatenus mors reſiſtere poteſt: mox enim ubi iuſſerit ſubſiſtunt mali baiuli cupiditatum, quibus effertur ad tumulum æternæ damnationis. In Chriſto mortuus non erat, ſed extra Chriſtũ: nam qui Chriſto moriuntur fide mortua moriuntur: ideo Iac. Fides ſine operibus mortua eſt. qui cum Chriſto mortui ſunt innocentiam baptiſmatis nunquam amiſerunt, ſed caſtitati inuigilauerunt. Virgines enim ſunt, & ſequuntur agnum, quocunque ierit: ex hac uita ad alteram migrãt. Qui moriuntur propter Chriſtum, ſunt qui pro fide pugnant, & ſanguinẽ, & uitam effundunt: de quibus ſcriptum eſt, tradiderunt corpora ſua propter Deum ad ſupplicia. Qui in Chriſto moriuntur, fidem uiuam cõſeruauerunt, & quantum in ſe eſt, a malo declinant: & ſi cadunt, cito ſurgunt, Eſa. 5. & paſcẽtur agni, iuxta ordinem ſuum. Qui extra Chriſtum moriuntur ſine fide, perierunt, ut Pagani, Iudæi, Hæretici. ſic adoleſcens hodie ſine Chriſto mortuus eſt: attamen ſine Chriſto ſuſcitari non potuit: ideo miſericordia motus dedit illum matri ſuæ. Vide quo nam modo de uiduis Deus curam habeat: quia miſericordiam eius mouent: ſic & tu de illis curam habere coneris, non de malis, quibus, ut Samaritanis dici poſſet, quinque enim uiros habuiſti, & hunc quem habes non eſt tuus uir. Iaco. 2. Apoc. 14. Eſa. 5. Ioan. 4.

Sed de illis loquor, de quibus Paul. 1. Timo. 5. ait, Viduas honora, quæ uerè uiduæ ſunt, ſi qua autem uidua filios, aut nepotes habet diſcat primum domum ſuam regere, & mutuam uicem reddere parentibus. Hoc enim acceptum eſt coram Deo: quę autem uerè uidua eſt, & deſolata, ſperet in Deum, & inſtet orationibus, & obſecrationibus nocte, ac die; nam quæ in delitijs eſt, uiuens, mortua eſt, & hoc præcipuè, ut irreprehenſibiles fiant. 1. Tim. 5.

De illis loquor, de quibus Paul. ulterius ait, Vidua eligatur nõ minus 60. annorum, quæ fuerit unius uiri uxor in operibus bonis teſtimonium habens, ſi filios educauit, ſi hoſpitio recepit, ſi ſanctorum pedes lauit, ſi tribulationem patientibus adminiſtrauit, ſi omne opus bonum ſubſequuta eſt. 1. Tim. 5.

De illis loquor, de quibus ulterius Paulus ait, quæ omni repræhenſione dignæ ſunt, nec curam de eis habere debemus; adoleſcentiores uiduas, ait Apoſtolus, deuita: cum enim luxuriatæ fuerint, in Chriſto nubere uolunt, habentes damnationem: quia primam fidem irritam fecerunt. Volo autem iuniores nubere, filios procreare, matres familias eſſe, nullam occaſionem dare aduerſario. Iam. n. quædam conuerſæ ſunt retro poſt Sathanam: ſi quis fidelis habet uiduas, ſubminiſtret illis, ut nõ grauetur eccleſia, ut ijs, quę uerè uiduæ ſunt, ſufficiat. 1. Tim. 5.

Declara per ordinem, quia una & eadem eſt authoritas. Chriſtus uerò uiduæ miſeriam reſpexit, & miſericordia motus filium eius ſuſcitauit: ſic tu ad opera pietatis miſericordia moeuaris, & de mammona

Luc.16. iniquitatis amicos tibi facito, ut cum deficias, æterna tabernacula lætanter te ſuſcipiant: ſic Deus tibi concedat per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

FERIA SEXTA

Quartæ Dominicæ.

Erat quidem languens Lazarus. Ioan. 11.

1.Theſ.4. PAVLVS Apoſt. cupiens Theſſal. certiores reddere de generali reſurrectione corporum in 1. epiſto. cap. 4. ait illis, Nolumus autem uos ignorare fratres, de dormientibus ut non cõtriſtemini ſicut & cęteri, qui ſpem non habẽt. Si.n. credimus ꝙ Ieſus mortuus eſt, & reſurrexit; ita & Deus eos qui

1.Cor.15. dormierunt per Ieſum adducet cum eo, & 1. Cor. 15. ait, Chriſtus ſurrexit a mortuis primitiæ dormientium: quoniam quidem per hominem mors: & per hominẽ reſurrectio mortuorum. & ſicut in Adam oẽs moriuntur: ita & in Chriſto oẽs uiuificabuntur. Et ut hanc potẽtiã, ſuam mundo Chriſtus oſtẽderet multos mortuos ſuſcitare conſtituit, & ſi ſcriptura de tribus tm̃ mentionem faciat; inter quos Lazarũ quatriduanũ uitę reſtituit, ut in Euange. hodierno apparet. quieſcite. Quinque fructus in uiridarijs floridiſſimis fœlicis urbis Panhormi nautæ in portu Euangelij colligunt, & comedunt. Primus eſt, ꝙ Chriſtus quos diligit caſtigat. Secundus eſt, ꝙ omnes qui in monumẽtis ſunt audiunt uocem eius. Tertius eſt, certitudo reſurrectionis corporum. Quartus eſt, ꝙ uerbis & miraculo Martham, & Magdalenam, & omnes fideles in fide ipſius confirmat. Quintus eſt, ꝙ magnã potentiam ſuam magna uoce demonſtrauit.

Heb.12. Primus igitur fructus eſt, quod Chriſtus quos diligit caſtigat, Hebr. 12. Nam Lazarum Martham, & Mariam quãquam diligeret, patitur tamen illum graui infirmitate affligi, morte opprimi, & ſorores ex nimio dolore fratris morte conſternari: nec ante accedit, quam cũ gloriæ ſuæ expedire iudicauit. Sic etiam Chriſtus ſuos qui eius fauore clemẽtia, & benignitate ſibi nimiũ confidunt quandoq; deſerit, ut ſe ſuaſq; uires, quid ſine Chriſto poſſint experiant, ſed mox lãguit natura ſine gratia, immo moritur: quia nihil niſi ad peccatũ ualet, ſi lateat ueritatis uia: ubi uerò fidei lumen animũ illuſtrauit, tum ſi quæ irruant

irruant aduerſa,non aliò quàm ad animarum, & corporum uerũ me dicum Chriſtum humilem piarum orationum nuntium mittunt,iux ta illud, Ad dominum cum tribularer clamaui &c.Pſal. 119. & 122. Pſ.119. & 122.
hoc enim eſt,Ecce quem amas infirmatur. huc enim dirigit fides, ut de Dei bonitate confidat, & ei licet omnia cognoſcenti neceſſitatem tamen ſuam aperiat:quia credit Deum ponere lachrymas in conſpectu ſuo, & uomitus noſtros non eſſe ab eo abſconditos. Vide Auguſtinum epiſt.121.cap.9. Cæterum ne quis ſibi perſuaderet Deum,ſtatim ut oraret,aut in oratione,aut fatali quadam neceſſitate aſtringi, frequenter etiam chariſſimis aut differt, aut negat quæ petuntur:ut enim gratiæ donum eſt ipſa oratio, ita eſt & orationum effectus: proinde Chriſtus negat hanc infirmitatem mortalem, ſed ad gloriam Dei, ut patris prouidentiam commendaret, qua res humanas dirigit, & diſpenſat: & ut uerificetur illud Eſai. 40. Videbit omnis caro pariter quod os Domini locutum eſt.& Eſa. 52. Viderunt omnes fines terræ ſalutare Dei noſtri. Aug. Eſa.40. Eſa.52.

Sed contra idẽ 26. tollatur impius ne uideat claritatem Dei: ergo non omnis caro, contra ſecundam, Apoc.1.& uidebit eum omnis oculus,& qui eum pupugerunt. Apoc.1.

Reſpondeo, ꝙ forſan de fidei uiſione,prima intelligenda eſt, qua quia patre trahuntur, hanc gloriam uidere merentur, ut Ioan.1.& ui dimus gloriam eius &c.& ſaluator Luc. 10.beati oculi,qui uidẽt quę uos uidetis,& Eſa.40. ait, reuelabitur gloria domini, hæc eſt remiſſio delictorũ per Ieſum Chriſtum,& uidebit omnis caro nõn ſolũ Iu dęi,ſed & gentes ſalutare Dei.i.Ieſum Chriſtum. Magi.n.ab oriẽte ue nerunt, Centurio uidet gloriam Dei, Samaritana, Cananea: diſ. latro. Luc.10. Eſa.40. Matt.2. Matt.8.

Ad aliam dico.ſ.tollatur impius,ne uideat gloriam Dei. execratio eſt impiorum, qui uerbum Dei, & dona contemnunt, & iuſto Dei iudicio prodeantur,& gloriam Dei non uidebunt. Matth.15.

Secundus fructus eſt,quòd omnes qui in monumentis ſunt audiẽt uocem eius: quia uoluit Chriſtus re ipſa comprobare, quod dixerat fore, ut omnes qui in monumentis ſunt,audirent uocem filij Dei. no luit ſanare, ut languidum, & paraliticum in lecto, & puerum Centurionis in domo,nec mortuum in cubiculo, ut filiam Archiſynagogi, Matth. 9. nec delatum iam extra portas tantùm,ut uiduæ filium, Luc.7.Sed iam fętidum in monumento, ut oſtenderet nullum a Deo deploratum eſſe peccatorem,qui non poſſit potentia redemptoris ad gratiam reuocari. Ioan.5. Matt.9. Luc.7.

Spectabat enim hoc facto diſcipulorum confirmationem in fide ſtatuere, & Iudæorum cæcitatem confundere, ne quid excuſationis ſupereſſe illis poſſet.porrò cum rudes, & imbecilles haberet diſcipu-

 los,

los,qui a morte non ſecus,atque ab angue abhorrent, immo ab ipſa dæa,in qua illi ſæpius mors erat intentata,quod nondum miſterium crucis intelligerent,aut Dei conſilium in ratione humanæ ſalutis.tentat Chriſtus ipſorum animos,ſignificans,timore periculi temporalis non debere nos a beneficijs abſtinere,admonens hominum malitiā, impietatem,& improbos conatus,tum diuina potētia impediri,frāgi ac mutari,tum etiam ex ipſa humanæ naturæ inſtabilitate,iuxta horarum uarietatem. Proinde etiam de peſſimis quandoque bene ſperandū:indicat præterea Chriſtus redditur ſui cauſam,ſcilicet Lazari amici ægritudinem,& mortem,cui amicitiæ,& hoſpitalitatis iure præſentiam ſuam negare nec debuit,nec potuit:atque ideo etiam miraculi beneficio ſe ei ſuccurrere debere,niſi ingratitudinis notam ſubireuellet.quod uerò ait,amicus noſter: ſignificat ueram membrorū Chriſti unionem,ueramq; ſanctorum communionem,qua fit ut is qui Chriſti amicus eſt,is ſit & omnium fidelium:Chriſtus autem tanquam caput unitur eis, & influit uitam tum animæ,tum corporis is qui petit fide,ſpe,& charitate, ut Dauid tanquam membrum electū

Pſ.21. in tribulatione clamauit ad eum,Pſ.21.& cum clamarem ad eum,exaudiuit me.

Sed contra in eodem Pſ.ait,Deus meus clamabo per diem,& non exaudies.Mirum quippe eſt,quod in eodem pſalmo Propheta domini ſpiritus ſancti flamine inſpiratus contrarium adducat: declara.

Reſondeo,quòd ſententiæ non ſunt intelligendæ de Dauid carnali,ſed de Dauid miſtico,qui ex perſona ueteris hominis,cuius mortalitatem portabat,uerbis delictorum clamare ſe dicit die & nocte, & non exaudiri.Verba enim delictorum ſunt, & non iuſtitiæ,cum clamatur ad dominum per diem,ideſt in proſperitate, ut hæc ipſa proſperitas non mutetur:& cum clamatur nocte, ut aduerſitas non proſperetur.hæc itaque petitio longè eſt à ſalute:inde ſequitur non ad inſipientiam mihi,ideſt nec hoc facias ad inſipientiam mihi, ſed potius ut ſapientia,qui uelis me clamare non uerbis delictorum, & deſiderio temporalis uitæ,ſed uerbis conuerſionis,quoniam cor cōuerſum, & contritum tu non deſpicis. ex his igitur uerbis conuerſionis,& iuſtitiæ exauditum commemorat ſe dicens,non ſpreuit neque deſpexit precem pauperis,neque auertit faciem ſuam à me, & dum clamarem ad eum exaudiuit me,ideſt non illius,qui uerbis delictorum clamans ad Deum uitam iſtam,ideſt proſperitatem tranſire dolebat, ſed precem pauperis in cruce clamantis exaudiuit.Clamauit itaque ſuperius uerbis delictorum ex perſona ueteris hominis infecti, & ulcerati,& exauditus non fuit.

Clamauit poſtmodum iam exuta uetuſtate carnalis hominis, & exauditus eſt pro ſua reuerentia: oportuit enim prius inimicitias diſſolui, quas uetus homo habebat contra tribunal iuſtitiæ, quod ultionem & ſanguinem petebat, ut poſtmodum illo placato per ſanguinẽ crucis eius preces effundẽs benignè exaudiretur. uide ergo quãta claritate Chriſtus te amplexus fuerit, ut te redimeret a morte, moriuoluit. Heb. 5.

Tertius fructus eſt certitudo reſurrectionis corporũ: Chriſtus monet utique fugiendam eſſe ambitionem, & iactantiam: nam ante miraculum hoc aggreditur ambas ſorores, & ſingulari quadam mãſuetudine de reſurrectionis miſterio docuit.

In primis autem Martham non ſolum occulta inſpiratione, ſed etiam externa uocatione ad ſe uocat, quod ſciret eius ægritudinẽ, magnatum, & principum uiſitatione, qui uenerant ad ipſius conſolationem, augeri potius, quam minui: nam humana ſolatia plerunque friuola ſunt, & inania, Eſa. 55. quare appenditis argentum non in panibus, ideſt cur Deo neglecto aliunde ſolatium quæritis? ipſe enim eſt qui conſolatur in omni tribulatione noſtra, 2. Cor. 1. ad Hebr. 4. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius &c. Complectitur autem hic dialogus Marthæ, & Chriſti de maximis miſterijs fidei, & religionis noſtræ conſolationem, doctrinam, & inſtructionem, dum docet ſe eſſe reſurrectionem, ideſt reſurrectionis cauſam, 1. Theſ. 4. Si enim credimus, quod Ieſus mortuus eſt &c. & uitam, ideſt uitę cauſam, Io. 10. ego ueni ut uitam habeant, & abundantius habeant, & Io. 14. ego ſum uia, ueritas, & uita: & temporariam, & æternam. ergo ſi infirmitatis, mortis, paupertatis, & miſeriæ terror animum deijciat, non moueatur. Iuſtificatio enim, ſine qua æterna uita non contingit, ab ipſo tantum confertur, qua fit ut pacem habeamus cum Deo, Rom. 5. ſi tamen ea quę ad hanc comparandam amplectamur fidem, ſcilicet quæ per charitatem operatur. Horum Chriſtus non a Martha ſolum, ſed ad omnibus fidelibus cognitionem, & fidem ſtipulatur. per hanc autem fidem, etiam qui mortuus fuerit uiuet per pœnitentiam, & remiſſionem peccatorum. Videmus autẽ in hac muliere, quibus incremẽtis adoleſcat in homine fides ex auditu uerbi Dei, & gratia ſpiritus ſancti mentem illuſtrante, nam quem ante credidit tantũ, ut ſanctum, qui precibus a Deo, quod uellet impetrare poſſet, & hominem, qui niſi præſens operari poſſet, hunc iam agnoſcit ut filiũ Dei non adoptiuum, aut aliorum more per gratiã, ſed naturalem, Matt. 16. eadem eſt Petri confeſſio. Facta autẽ hac fidei proteſtatione abijt, & uocat ſororem ſuam, uera.n. charitas non ſua tantum ſalute contẽta eſt, ſed proximi quoque ex animo deſiderat. Vnicuique enim man- 2. Cor. 1. Heb. 4. 1. Theſ. 4. Ioan. 10. Ioan. 14. Rom. 5.

dauit Deus de proximo ſuo, Eccl. 17. quia ſciuerat mulier futurum illud Pauli uerum. 1. Cor. 13. ſi habuero fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil ſum: quoniam fide firmãs diſcipulorum cœtum Chriſtus eis ſpopondit, quod ſi haberent tantã fidem, quantum eſt granum ſynapis, monti iubentes dicerent tranſi hinc, qui mons ſtatim locum mutaret.

Heb. 12. Sed contra Paulus declarans fidei robur, oſtendit eſſe nullius ualoris ſine charitate: nihilominus ſcribens ad Heb. 12. eo fidem extollit, ut Enoch fidei iuribus trãſlatum fuiſſe aſſeueret in tantum, ut mortẽ euaderet: nec non multos patres ibidẽ memorat, quos fides admirãda cõpulit facta dicens, Qui per fidẽ uicerunt regna, operati ſunt iuſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones. Fides itaq; etiam ſi ſola ſit, inanis cenſenda non uidetur.

Reſpondeo, fides duplex: ſine charitate, & charitati iuncta. ſola nullius eſt ualoris, quæ ficulneæ non producenti fructũ comparatur: coniuncta uerò charitati facit omnia. fides. n. iuſtificãs, ait Aug. aut actualiter per dilectionem operatur, aut ſaltem parata eſt operari: in Martha aũt operatur, quæ non ſibi ſoli, ſed acceptam fidem uoluit.

Quartus fructus eſt, ꝙ poſt eandem cum Magdalena repetitã fidei doctrinam, interea dũ, ut cupiebat, Chriſtus accurrit magnatũ turbę, qui futuri miraculi teſtes eſſent, ubi eam iam accẽdiſſent ſpe futuri, & uera fidei confeſſione confirmaſſet, conſpectis ſororum, & Iudæorũ lachrymis infremuit ſpiritu, turbauit ſemetipsũ, & lachrimatus eſt. qui effectus in Chriſto non putati, ſed ueri, ſicut in nobis ex principijs naturę oriebantur, ſed alia rõne in nobis etiam contra arbitriũ rationis erumpunt. Chriſtus aũt ex arbitrio rationis admiſit, nã ſumma in illo erat harmonia partium ſuperiorũ & inferiorum; & affectionibus ubi & quando uoluit, eſt uſus. His aũt demonſtrauit Chriſtus quã grauiter cõmoueatur aduerſus peccati, mortis, inferni, & Diaboli tyrãnidẽ, qua a principio oẽs oppreſſit, ita ut humanæ naturæ miſeriam per

Ephe. 2. petuò deploraremus: ſed propter nimiam charitatem uenit peccatores ſaluos facere, proinde rogat ubi poſuiſtis eũ, nõ quaſi ignorãs, ſed ut indiget quã longè ſit a peccatoribus ſaluus: & lachrymatur, ut eãdem charitatem nobis inculcaret, Heb. 4. Non. n. habemus pontificẽ, qui non poſſit compati infirmitatibus &c. Hos tamen tanti amoris affectus duritia Iudęorum ſiniſtrè eſt interpretata: dicebant enim, nõ poterat is, qui aperuit oculos cęci nati, facere &c. Verum aliud a Chriſto propoſitum fuit, q̃ ipſi intelligere poterant. His autem omnibus oſtẽdit Chriſtus quàm ſit magnæ molis hominẽ praua conſuetudine peccati mortuũ in uitam reuocare, nõ ex parte Dei, ſed ipſius peccatoris

ris difficultate, peruerſi difficile corriguntur, Eccle. 1. Si Chriſtus gauiſus eſt in morte Lazari amici ſui: quomodo nunc lachrymatus eſt. hæc enim ſunt impoſſibilia eodem tempore, & reſpectu eiuſdem; lachrimari, & gaudere nemo poteſt. Eccl. 1.

Reſpondeo, gauiſus eſt in morte, ſed non pro morte: nec eodem tẽpore, nec eodẽ loco. Gauiſus, inquã, dum diſcipulis moram traheret vltra Iordanem fluuium, vbi audita morte Lazari, ait, gaudeo propter vos. Lachrimatus verò in Bethania coram ſepulchro eius, ſed non eodem die, ſed ſequenti die gauiſus. itaque vt viſa Lazari reſurrectione diſcipulorum fides augeretur, & firmaretur in cordibus illorum: lachrimatus propter incredulitatem Iudæorum præſentium: quoniam nec reſurgente Lazaro Chriſto credituri erant, ſed miſterium huius gaudij, & lachrimarum inſpiciamus. Lachrimatur enim Dominus in morte Lazari, vt ſuis lachrimis mundi peccata deleat: ſi enim Petrus lachrimarum ſuarum fuſione valuit propria peccata abſtergere: quomodo non magis credimus lachrimis Domini mundi peccata fuiſſe deleta. deinde poſt Domini lachrimas multi Iudæorum crediderunt in illum. Mat. 26.

Gaudium verò Chriſti, quo gauiſus eſt: nõ ſic accipiendum, quod increuerit in eo, cum æterno gaudio plenus eſſet. Porrò Chriſti gaudiũ, in nobis gratia eius, eſt non in hoc mundo, ſed in illa ſempiterna gloria, in qua lætabimur cum ſanctis Angelis. lachrimarum in hoc mũdo cũ Χρο ꝛideo, beati, qui lugẽt, quoniam ipſi cõſolabũtur. Gaudent in hoc mundo illi, de quibus Iob. 21. ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. Et è contra de lachrimantibus Pſal. 125. qui ſeminant in lachrimis, in exultatione metent: audi Auguſtinum, vbi lachrimæ multæ, ibi ſpiritalis ignis accenditur, quæ tanto ſunt vberiores, quanto homo melior eſt. Lachrimandũ eſt nobis de peccatis, & de incolatu, vt Dauid Pſal. 119. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt: & etiam dicamus cum Hier. 9. quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrimarum &c. lachrimatus eſt ergo Chriſtus, vt hoc miſterium agnoſceretur. Mat. 5. Iob. 21. Pſal. 125. Pſal. 119. Her. 9.

Quintus fructus eſt, quod magnam potentiam ſuam magna voce demonſtrauit, quia fœtidum, & quatriduanum ex ſpelũca in vitam reuocat, ſeſe verum Deum manifeſtat, & ex fletu, & lachrimis hominẽ ſe demonſtrat; dedit enim voci ſuæ vocem virtutis, Pſal 38. vt non poſſit non eſſe efficax. Vox enim Euangelij eſt, qua auerſos Chriſtus vocat. Hac autem voce audita, prodijt à monumento peccati per cõtritionem ad iuſtitiam, a morte ad vitam: ſed ligatis adhuc manibus, & pedibus, quia funibus peccatorum aſtringitur peccato, Pal. 67.

prora.ſ.ablata operandi facultate: facies eſt ſudario ligata cęcitate, ſci
licet mentis appreſſa eſt, vt malum bonum, & bonum malum arbitre
Eſa.5. tur Eſa.5. Chriſtus autem licet ſua gratia præueniat, & illuminet pec
Mat.18. catorem, tamen non per ſe ſoluit, ſed per miniſtros Eccleſiæ: ſoluen-
di enim & ligandi eis poteſtatem dedit. Iubet lazarum ſua voce exci-
tari, quia gratia præuenit peccatorem, vt peccatum agnoſcat, & di-
ſpliceat: tolli ſudarium, ideſt vincula, authoritate clauiuũ miniſtris
conceſſarum. id eſt virtute ſacramentorum, per quæ Deus operatur
in cordibus fidelium, dum nos ſpernunt, quia fidei noſtræ ſunt in-
ſtrumenta, quibus Deus ſalutem operatur noſtram, vt ſignis humili-
bus humanæ mentis arrogantiam frangat, & in obſequio fidei capti-
uos teneat. Ideo Eſaias videns in ſpiritu mirabilia Chriſti ad ſalutem
Eſa.40. noſtram ait cap.40. Conſolamini popule meus.

Sed contra, Luc.6. Veh vobis diuitibus, qui habetis conſolatio-
nem veſtram. ſi ore prophetico Deus conſolari mandat, cur Chriſtus
vetuit?

Reſpondeo, quòd duplicem conſolationem habemus in ſacris lite
ris: alteram ſpiritus, & alteram carnis. primam conſequimur, dum fi
des in nobis bonis operibus confirmatur, dum lugentes in hac valle
Eſa.40. ſpem noſtram in Domino collocamus, vt inde de manu Dei accipia-
mus duplicia pro omnibus peccatis noſtris: hęc enim conſolatio gra
Phil.2. ta eſt patri totius conſolationis, de hac loquutus Paul. Phili.2. ſi qua
ergo conſolatio in Chriſto, ſi quod ſolatium charitatis, ſi qua ſocie-
tas ſpiritus, ſi qua viſcera miſerationis. Illam verò carnis vitioſam ap
pellamus, quam ſequuntur filij huius ſæculi: dum neglecto Deo vani
tatibus omnibus incurrunt. Diſcurre, vt fecerat ille, qui ſibimet lo-
Luc.12. quutus, Luc.12. ait, Et dicam animæ meæ, Anima habes multa bona
Luc.6. repoſita in annos plurimos: requieſce, comede, bibe, epulare. ſi ſic cõ
ſolantur, poſt hanc vitam, inferno gaudet, ideo Chriſtus: Luc.6. Veh
vobis diuitibus, qui conſolationem veſtram aliunde, quam in Deo
habetis, qui ſpem veſtrã ponitis in rebus fluxibilibus, & diuitijs cor
2.Cor.1. veſtrum apponitis: difficile eſt in regnum ingredi. Ideo Paul.2. Cor.
1. ait, per Chriſtum abundat conſolatio veſtra. hanc expectabat Si-
Luc.2. meon, Abraham, & omnes electi: cõſolatio ergo in Deo, ſed illa, quæ
eſt de rebus mundanis diſplicet Deo. & ſic patet, quam conſolationẽ
habere debemus, & quam abhorrere: de prima loquitur Chriſtus.

Sed hanc conſolationem a patre noſtro habebo, vt ait Paulus, 2.
2.Cor.1 Corin.1. Benedictus Deus, & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, pater
miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos
in omni tribulatione noſtra, quia nunquàm in aduerſitatibus nos de

ſerit

ſerit,& ſemper nos conſolatus eſt in omnibus operibus ſuis,in creatione,in regeneratione,& in æterna retributione. In creatione oſtendit miſericordiā,cum creatura ex ſe nihil ſit, Eſa.41.Ecce vos eſtis ex nihilo,& opus veſtrum ex eo, quod nō eſt abominatio, qui eligit vos. In regeneratione oſtendit miſericordiam, qua nos dilexit, vt filium ſuum vnigenitum daret, Rom.8. Deus filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati.In æterna retributione miſericordiam oſtēdit,præmians vltra condignum,& caſtigans citra demeritum. Eſa.41. Rom.8.

Eſt etiam pater totius cōſolationis. primo quia remittit peccata. Eſa.40.Conſolamini conſolamini popule meus,dicit Deus veſter,loquimini ad cor Hieruſalem,& aduocate eam, quoniam completa eſt malitia eius,dimiſſa iniquitas illius. Secundò cōſolatur nos mitigās flagella,Pſal.93.ſecundum multitudinem dolorum meorum in corde meo conſolationis tuæ lætificauerunt animam meam.Tertiò cōſolatur nos dans nobis in aduerſitatibus patientiam, Rom.15. Deus autem patientiæ, & ſolatij det vobis id ipſum ſapere in alterutrum ſecundum Ieſum Chriſtum,& Rō.15.Quæcunque enim ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt,vt per patientiam, & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus.Quartò cōſolatur nos,dās ſpem æternorum,quæ aliquando per fidem guſtare facit,Pſal.118.Memor eſto verbi tui ſeruo tuo,in quo mihi ſpem dediſti, hæc me conſolata eſt in humilitate mea, &c. Sic hodiè has ſorores Lazari conſolatur, dans vitam fratri earum. Eſa.40. Pſal.93. Ro.15. Rom.15.

Sed maiorem nos fideles conſotionem aſſequimur: quoniam de reſurectione corporum certi ſimus,vt Paul.Roma.8.ait, ſi quis autē ſpiritum Chriſti non habet,hic non eſt eius:quod ſi ſpiritus eius,qui ſuſcitauit Ieſum,habitat ī nobis,qui à mortuis ſuſcitauit Ieſum Chriſtum à mortuis viuificabit,& mortalia corpora veſtra propter inhabitantem ſpiritum eius in vobis:ſic 1.Cor.6. Deus verò & Dominum ſuſcitauit, & nos ſuſcitabit per virtutem ſuam: ſic 1.Theſ.4.Si enim credimus,quod Ieſus mortuus eſt, & reſurrexit: ita & Deus eos, qui dormierunt per Ieſum,adducet cum eo. Sic 1.Cor.15.reprehendēs incredulos ait. Si autem Chriſtus prædicatur quòd reſurrexit à mortuis: quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam reſurrectio mortuorum non eſt? Si autem reſurrectio mortuorum non eſt,neq; Chriſtus reſurrexit:ſi autem Chriſtus non reſurrexit:inanis eſt prædicatio noſtra:inanis eſt fides veſtra;inuenimur autem & falſi teſtes Dei: quoniam teſtimonium diximus aduerſus Deum,quod ſuſcitauerit Chriſtum,quem non ſuſcitauit,ſi mortui non reſurgunt. Si in hac vita tātum in Chriſto ſperantes ſumus,miſerabiliores ſumus omnibus hominibus. Pſal.118. 1.Theſ.4.

minibus. Nūc autem Chriſtus reſurrexit à mortuis, primitię dorimē tium: quoniam quidem per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum. & ſicut in Adam omnes moriūtur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur: ſtella enim differt à ſtella in claritate: ſic reſurrectio mortuorum, ſeminatur in corruptione, ſurget in incorruptione: ſeminatur in ignobilitate, ſurget in gloriam: ſeminatur in infirmitate, ſurget in virtutem: ſeminatur corpus animale, ſurget corpus ſpirituale. Ecce quomodo Deus conſolat nos tum in anima, tum in corpore. Eya fratres in omni tribulatione ad Dominum clamemus cum Propheta, ad Dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me, dicens: cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum: ſic nobis Deus concedat, Amen.

Pſal.119. Pſal.9.

SABBATVM QVINTVM Quadrageſimæ.

Dicebat Ieſus turbis Iudæorum, ego ſum lux mundi. Ioan. 8.

PAVLVS Apoſtolus cupiens in mentem Epheſeorū beneficium magnum, quod à Chriſto acceperat aducere, cap. 5. hęc verba protulit. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, vt filij lucis ambulate. Idem dixit 1. Theſ. 5. omnes enim vos filij lucis eſtis, & filij Dei: nō ſumus noctis, neque tenebrarum. igitur nō dormiamus, ſicut & cæteri, ſed vigilemus, & ſobrij ſimus. Hoc beneficium obtulit Chriſtus turbis Iudæorum, ſed ipſi ſpreuerunt illud, & malè fuit illis, vt habetur in Euangelio hodierno: dixit Chriſtus turbis, &c. ne autem, & nos tantum beneficium ſpernamus, & in tenebris moriamur, ſicut olim Iudæi, Sancta mater Eccleſia proponit hoc Euangelium nobis hoc mane. quieſcite.

Ephe. 5. 1. Teſ. 5.

Tres fructus nautæ fideles in portu huius Euangelij ab arbore diuina Chriſto capiunt ſalutiferos. Primus eſt remedium ſalutis conſequendæ. Secundus eſt cognoſcere horrendam Iudæorum cæcitatem. Tertius eſt cognoſcere diſcrimen inter Chriſtum iudicantem, & iudicem priuatum.

Circa primum, vt ſuauiſſimam Euangelij doctrinam inſinuat, cur, ſcilicet a patre æterno in mundum ſit miſſus, vt ſcilicet, qui erat apud patrem lumen de lumine, Deus verus, de Deo vero. Io. 1. Vnigenitus in ſinu patris mundo varijs opinionum, errorū, & ſuperſtitionum tenebris

Ioan. 1.

nebris obcecato lux fieret, ac vt illuminaret omnem hominem venientem in hunc mundum. Sed quid lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem fidei, & veritatis eo, quod mala eſſent ipſorum opera. Io.3. omnis enim qui male agit odit lucem: Io.3.
& non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius. noluit enim intelligere, vt bene ageret, Pſal.35. ſed Chriſtus factũ, diuitias, gloriã, Pſal.35.
hypocriſim, & ſuperſtitionem reprehẽdit, quibus tamen Iudæi ſuam volentes ſtatuere iuſtitiam, Rom.10. & gentiles commutantes gloriã Ro.10.
Dei in idolum, ſalutem ſibi pollicebant, quod ſit vera lux mũdi, oſtẽdit docens, nec per legem, nec per naturam, ſalutem hanc acquiri poſſe, ſed fide, ſpe, & charitate, quibus fit, vt ſi Chriſtum ſequamur, in tenebris non ambulemus, & lumen vitæ habeamus. Ioan.8.

Hæc enim dulciſſima eſt pijs omnibus Euangelij doctrina, noua lux orta timentibus. Et orietur vobis timentibus nomen meum ſol iuſtitiæ nomen Domini. Malach.4. quam mundus non poteſt accipere. M lach.4.
qui enim per ſapientiam nõ cognouit Deum, 1. Cor.1. placuit Deo per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credentes, idem veram hãc lucem per fidem amplectentes: quot quot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius, Io. 1. Cor.1.
1. quòd ſcilicet, lux ſit mundi, & tenebræ in eo non ſint vllæ, qui longè ſerenius, & ſplendidius animos illuſtrat, quàm lucidus hic ſol, dum ſupra noſtrum orizontem emergit: ſi quidem in nobis intellectum, voluntatem, & rationem perfundit radijs ſapientiæ, iuſtitiæ, & perfectionis, vt ipſum, qui factus eſt nobis à Deo patre. 1. Corinth. 1. Sapientia, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio ſequamur ambulantes in ſanctitate, & iuſtitia coram ipſo omnibus diebus noſtris, Luc.1. ille enim verè ſequitur Chriſtum, qui eius manſuetudinem, iuſtitiã, humilitatem, & cæteras virtutes imitatur, & accipit lumen gloriæ, quia Pſal.35. & in lumine tuo videmimus lumẽ. Diſcurre, ſed non vi detrahit ad ſe hęc lux, ſed ſponte, vt Rom.10. volentes ad Chriſtum trahimur. Io.1. Luc.1. Pſal.35. Rom.10.

Sed contra Io.6. Inuiti ad Chriſtum trahimur: ſi inuiti, quomodo volentes: nemo poteſt venire ad me, niſi pater, qui miſit, traxerit eũ. qui trahitur non ſponte in illum credit, ergo non voluntas, ſed violentia? Diſcurre.

Reſpondeo, quod ſicut nulla cauſa ſecunda poteſt producere aliquem bonum effectum, non concurrente prima cauſa, ita nullus hominum in filium poteſt credere, niſi pater illum traxerit, quoniam filius dicitur oſtium: quomodo pater quempiã thahit, ſi quis per me introierit, ſaluabitur: pater verò nihil operatur ſine filio, Io.5. Ioan.5.

pater

pater meus vſq; modo operať,& ego operor: qm̃ vt ait Auguſti. operamin iratis ad intra ſunt diuiſa, ad extra autem indiuiſa. Deus dicit nemo uenit niſi traxerit, id eſt nemo propria virtute ſuis viribus poteſt, niſi pater, qui miſit me, tanquam prima cauſa omnia mouens traxerit eum tractu amoris, beneuolentiæ, & quod fit amore, liberè fit, bene poteſt homo inuitè ire ad Eccleſiam, accipere ſacramẽtum etiã coactè, ſed in Chriſtum credere coactè non poteſt, niſi volẽs, quia nõ

Rom.10. corpore, ſed corde accedit ad Chriſtum, Rom. 10. corde enim creditur ad iuſtitiam. prontus igitur iſte interior non violentus, neque coactus, ſed benignus, & amoroſus procedens ab illa ſumma charitate a

Iaco.1. patre luminum, vt Iacob. 1. a quo omne datum optimũ, & omne donum perfectum deſcendit ad nos. Itaque Deus primo mouet rationalem creaturam, & trahit ad filium, & per filium: ſic tamen vt tractus in ſua voluntate remanet, vt credat in filium, aut non: ipſe enim pater luminum radium ſuper omnes æquanimiter expãdit, ſed in hominum poteſtate eſt hoc lumen recipere, ego ſum lux mundi, qui ſequitur me. Diſcurre. ſed dices: quomodo ſequar, ſi docet perdere ani-

Mat.10. mam in hoc mundo, Matthæ. 10. qui inuenit animam ſuam perdet illam.

Et è contrario, ibidem ait, qui perdit animam ſuam inueniet, eam ergo qui inuenit animam ſuam, non inuenit animam ſuam.

Reſpondeo, ſenſus eſt talis, qui vitam hanc temporalem inordinatè dixerit, ſine dubio inuentam eam perdit, dum illam vna cum aĩa deſtinauit ad infera: tunc enim res perditur quando non conſequitur ſuum finem: vt medicina, quæ non leuat morbum. vana dicitur patet de gratia Dei, quæ ſanitas eſt animæ, per vitam malam non acquiritur, ſed perditur.

Ad ſecundã ait, qui perdiderit animam ſuam, nõ abſolutè, ſed propter me, qui expoſuerit animam ſuam morti propter me, filium Dei non perdet: quia licet corpus morti ſuccumbat corporeæ, anima tamen inuenitur ad gloriam, ergo non perditur. Diſc.

Secundus fructus eſt cognoſcere horrendam Iudæorum cæcitatẽ, qui magna malitia, & pertinacia ſcripturis diuinis teſtantibus mi-

Ioan.7. niſtros ad capiendum Chriſtum miſerant, Ioan. 7. Nicodemo innocẽtiam Chriſti defendenti, & Chriſto ipſi ſeſe patri æqualem confiten-

Ioan.8. ti, Io. 8. reſtiterunt, conuincit Chr̃us eorũ blaſphemiã arguens, quia non verebantur ipſum veritatis authorem de mendacio arguere. Duo autem crimina impingunt Chriſto, ſcilicet, & quod de ſe ipſo teſtimonium perhiberet, & falſum diceret teſtimonium: quia enim ſemel inciderunt in lapidem offenſionis, & petram ſcandali, & mentis

cæcitate

cæcitate affecti pepigerant fœdus cum morte; & cum inferno fecerãt pactũ, nõ verentur manifeſtam virtutem etiam contra conſcientiam opprimere. Chriſtus autem, qui ſingulari clementia orat, nolens aliquem perire, ſed omnes ad agnitionem veritatis venire. 1. Timot. 2. manifeſtam calumniam aperta veritate confutat, ac ſuum de ſe teſtimonium docet patris ſui æterni, diuinorum miraculorum, ſcripturarum teſtimonijs confirmari: quibus & ſi deſtitueretur, ſuum tamen teſtimonium eſſe verum, quia Deus eſt. hoc enim tacitè ſignificat dũ ait, quia ſcio vnde veni, & quo vado: ideſt ſcio me eſſe filium Dei, exiuiſſe à patre, & veniſſe in mundum iterùm relicturum. Diſ. ergo teſtimonium Chriſti verum eſt, vt Io. 5. teſtatur. 1. Tim. 2. Ioan 15. Ioan. 5.

Sed contra idem ibidem teſtimonium meum non eſt verum, nonne ipſe de ſe teſtatur dicens, ego ſum via, veritas, & vita: quomodo non verum? Diſcurre.

Reſpondeo, profectò quando dicit teſtimonium meum non eſt verum, ad Iudæos incredulos referendum eſt: nam cum terreni, & carnales eſſent, non iudicabant verum a Chriſto, ideo dicit teſtimonium meum non eſt verum, ſicut vt vos putatis: vtique fulgorem ſolis non poterat ſufficere lippido eorum. Vel dicamus, & melius, quod patri obediens, omnem gloriam tribuit illi, de quo in propoſito loquutus ait, teſtimonium meum non eſt verum, ſi illud a me ipſo perhibeo: quia a me nihil habeo, ſed omnia mihi tradita ſunt a patre meo. & ideo teſtimonium meum verum eſt, quia a me ipſo non loquor, ſed quæ a patre audiui, &c.

Tertius fructus eſt, quòd oſtendit diſcrimen inter priuatum iudicium, quo mundus, & quo Chriſtus ipſe iudicat, oſtendens illud, ſecũdum faciem tantum, eſt erroneum, fallax, & impium eſſe: decipitur enim plerunque mundus externa ſpecie, quia non proficiſcitur a ſpiritu Dei: ſed vel ex amore, uel ex odio, vel ex inuidia, quibus effectibus: quandiu eſt impedita mẽs, fit: vt verum cernere nequeat. omnis enim corruptus iudex malè examinat verum, poteſt hic locus intelligi vel de priuato, quo quiſque proximũ facile iudicat iudicio, quod prohibet Paul. 1. Cor. 4. Itaque nolite ante tempus iudicare: vel de iudicio publico, quo illi, qui Dei miniſtri ſunt, pronũciant, quod rectũ, & iuſtum eſſe videtur: rectè iudicate filij hominum, Pſal. 57. Paralip. 19. cuius miniſtros vult eſſe ſapientes, & timentes Deum, alienos ab auaritia, & odientes munera, Exod. 18. quia non homini, ſed Dei exercent iudicium. Iſtud autem, quia ſecundum veritatem eſt, Ro. 2. verum, iuſtum, & rectum eſt: ſiquidem iuſtus Dominus, & iuſtitias dilexit, ſcrutans corda, & probans renes. 1. Cor. 4. Pſal. 57. Paralip. 19. Exod. 18. Rom. 2. Pſal. 10. Pſal. 7.

Quod

ræ penetratiua, aeris inſuper illuminatiua, & tenebrarum caliginis fugatiua, ac etiam vitæ animalium cauſatiua, & conſeruatiua, ſic certiſſimè Chriſtus per beatam incarnationem communicauit ſe hominibus, & ab oriente in occidentem, ideſt de cœlo ad terram ſe diffudit, & ſubito penetrauit occulta terræ, ideſt ſecreta virginis inuiſibiliter penetrauit. Aerem, ideſt mundum hunc, prædicando, & docendo ſua præſentia illuminauit, & ſic tenebras errorum, & hæreſum ef fugauit, Ioan. 1. & lux in tenebris lucet. Sed ſolum illi, qui mũdo corde ſunt: hanc lucem videre poſſunt, Matthæ. 5. Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Ioan. 1. Matt. 5.

Sed contra, Iob. 1. Sathan immundus corde affuit coram Deo: quomodo ergo ſolum mundo corde homines vident. Iob. 1.

Reſpondeo, quòd bene ſtat, quod iſte immundus ſpiritus fuerit coram Deo, ſed fructus non fuerit viſione beatifica, & luce illa diuina; profectò licet ille cum bonis Angelis coram Deo ſteterit, non idcirco lux illa diuina fuit illi ſplendens, & luminoſa, ſed tenebroſa: nam & de Dei facie illud dicitur, quod beatis, & ſanctis luminoſa apparebit, ſed reprobis obſcura, & terrifica: ſtat enim quod cęcus ſolis calore calefiat, qui tamen radijs ſolaribus non illuminatur, vt videat. Dicimus ergo quòd qui mundo ſunt corde, dum ſunt in hoc mundo, Deum vident per gratiam, illuminati a Chriſto per fidem, & illum abſque obſtaculo in patria aſpicient in ſpecie, quando videbũt illum ſicuti eſt: nec illuſtrati valuit Sathan, cum coram Deo affuit; quia Angelus tenebrarum dicitur. Hæc ergo eſt illa lux, qua, & nulla alia, Deum videre poſſumus, & præſertim inuiſibilia, quia argumentum eſt non apparentiũ, & ſubſtantia rerum ſperandarum. & Hebræ. vndecimo ait, Fide enim intelligimus aptata eſſe ſecula verbo Dei, vt ex inuiſibilibus viſibilia fierent. Non intelligeremus mundum à Deo ſolo verbo creatum, niſi fides doceret, & illuminaret. Eſaia capit. ſexto dicit, niſi credideritis, non intelligetis. Heb. 11. Eſa. 6.

Sed contra Paul. primæ Corinth. 13. ait, nunc autem manent ſpes, fides, charitas. Tria autem hæc: maior autem horum eſt charitas, inter Dei dona, quæ virtutes Dheologicæ appellantur, ſolam charitatẽ primarũ tenere docet Apoſtolus. Et ſuperius dixerat, ſi habuero omnem fidem, &c. charitatem autẽ nõ habuero, nihil mihi prodeſt &c. ergo fides nihil valet ex ſe: quomodo illuminat, & Deum videre facit, ſi charitas prior eſt maior, & nobilior?

Reſpondeo fides, duplex eſt: nuda, & ſola abſq; charitate: & tunc charitas ei præponitur, & hoc lumine fidei mortuæ Deum facilè

videre non poſſumus: eſt enim fides mortua, & charitas eſt eius vita. Alio modo veſtis nuptialis charitate veſtita operãs per dilectionem: & hoc pacto Deum videmus per eam, & charitas eam non excedit, quia fides charitatem ſolam antecibi, quia complectitur vtrunque. Dum ergo Apoſtolus charitatem præcellere fidem aſtruit, capit fidem ſolam, & nudam, quæ eſt ſimplex credulitas ſine dilectione.

Sed dices, ſi fides nuda charitate minor ſit ea, ergo & charitas nuda fide ęqualis erit, ergo non maior?

Reſpondeo, quòd Paulus intendit, quòd dilectio antecellit credulitatem: quoniam credulitas, ſine dilectione non confert ad ſalutem; neque dilectio, ſine credulitate: quia Hebræ. 11. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. ergo debent eſſe ſimul: ſed charitas antecellit, ſicuti manus hominis, & os ad porrigendum cibum, ſimul neceſſaria ſunt: nihilominus manus nobilius organum eſt ipſo ore: hoc euenit, quia manus multas obtinet perfectiones, quia facit pro omnibus membris: charitas verò cæteris maior daclaratur, quoniã quindecim fructus ipſa claudit, quos ſibi peculiariter vendicat, iuxta numerũ quindecim graduum, quibus ſcala templi diſpoſita cernebatur, quos ſacerdotes ſcandentes, quindecim laudes Deo Iſrael canebant, quas expreſsè Dauid in cantico graduum numerat: & hos fructus non retinuit Paulus.

Heb. 11.

1. Cor. 4. Primus. patiens eſt, benigna eſt, ideſt larga egenis. Nõ emulatur, ideſt non inuidet, nec triſtatur fœlicitate aliena. Non agit perperam, ideſt perfectè impendendo opera bona. Non inflatur, ex honore ſibi præſtito. Non eſt ambitioſa, vt quærat alteri pręeſſe. Non quærit, quæ ſua ſunt, ideſt non reperit ſua cum ſcandalo. Non irritatur, cum iniuria infertur. Non prouocatur ad iram. Non cogitat malum, vt alteri noceat. Non gaudet de iniquitate, id eſt non lætatur, dum videt aliquem in ſcelera ruere. Congaudet autem veritati, hoc eſt lætatur nimis, cum in operibus iuſtitiæ aliquem proficere cernit. omnia ſuffert aduerſa tolerando, omnia credit, quę veritas ſuadet: nam ſperat, quæ Chriſtus promittit.

Eſt alius fructus, ſcilicet, charitas nunquam excidit, quia in beatorum patria ſola charitas regit fides autem, & ſpes euacuantur: quia quod hic credimus, illic clarè videbimus, quia nunc in enygmatè per ſpeculum. non eſt ergo fides, neque ſpes in cœlis: nam quod hic ſperamus, ibi firmiter tenebimus: ſuccedit enim ſpei firma tentio. Charitas autem nunquàm deficiet: ideo longè præſtantior eſt. Cum ergo dicitur, fides illuminat, de illa, quæ charitati vnitur, intelligitur,

telligitur, quæ illuminat omnem hominem venientem, in adultis loquor.

Hæc eſt illa lux, quam Paulus Romanis prædicabat, capit. 12. Habentes autem donationes, ſecundum gratiã, quæ data eſt in nobis differentes, ſiue prophetiam, ſecundum rationem fidei: ſiue miniſterium in miniſtrando: ſiue qui docet in docendo, qui exhortatur in exhortando; qui tribuit in ſimplicitate, qui præeſt in ſolicitudine, qui miſeretur in hilaritate, dilectio ſine ſimulatione, odientes malũ, adhærentes bono, charitatem fraternitatis inuicem diligentes, honore inuicem præuenientes, ſolicitudine non pigri; ſpiritu feruentes, domino ſeruientes, ſpe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi inſtantes, neceſſitatibus ſanctorum communicantes, hoſpitalitatem ſectantes, idipſum inuicem ſapientes, ſi fieri poteſt, quod in vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes. Iſti ſunt effectus lucis, quos Paulus prædicauit Romanis. Ro.12.

De hac luce loquitur Cor.1.1. dicens, quia in omnibus diuites facti eſtis in Deo in omni verbo, & in omni ſcientia, ita vt nihil vobis deſit in illa gratia. 1. Cor.1.

De hac luce, loquitur eiſdem, capit. decimoquarto, Emulamini ſpiritualia, magis autem vt prophetis, & capit. decimoſecundo eiuſdem Epiſtolæ ait, De ſpiritualibus autem nolo vos ignorare fratres, & cætera. quia nemo poteſt dicere, Dominum Ieſum, niſi in ſpiritu ſancto diuiſiones verò gratiarum ſunt. Idem autem ſpiritus, & diuiſiones miniſtrationum ſunt. Idem autem ſpiritus. Alij quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ, alij autem ſermo ſcientiæ ſecundum eundem ſpiritum, alij fides in eodem ſpiritu, alij gratia ſanitatum, alij diſcretio ſpirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio ſermonum. Vnus autem & idem ſpiritus operatur. Iſti equidem ſunt effectus lucis Chriſti, & ſigna veræ fidei illorum, qui hanc lucem acceperunt: non autem phariſæi hanc lucem voluerunt. Ideo in tenebris, & in vmbra mortis ambulant. Quæramus ergo & nos hanc lucem puram, & non obſcuram, & tenebroſam, id eſt fidem viuam, charitati coniunctam, qua Chriſtum ſequamur vſque ad cœlum, vbi Deum facie ad faciem videbimus, Amen. 1. Cor.14. 1. Cor.12.

DOMINICA De Paſsione.

1.Cor.15. PAVLVS Apoſtolus, quantæ puritatis fuerit Chriſtus, etiam in quantum homo oſtẽdit Corinth. primæ 15. dicens, Primus homo de terra terrenus: ſecundus de cœlo cœleſtis. Iterum eiſdem dixit, obſecramus pro Chriſto, reconciliamini Deo, cum qui non nouerat peccatum, pro nobis pecatum fecit, vt nos efficiamur iuſtitia Dei in ipſo, ſecundæ
2.Cor.5. Conrinth. 5. Petrus autem dixit primæ Petr. 2. In hoc vocati eſtis,
1.Pet.2. quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius, qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Quia verò Chriſtus videbat ſe à Iudæis, principibus ſacerdotum, tanquam peccatorem repelli, & doctrinam eius ſalutarem abijci tanquam malam, dixit eis, vt in Euangelio habetur. *Quis ex vobis arguet me de peccato?* quieſcite.

Quatuor fructus rector nauis fidelibus nautis in portu Panormi Sacri Euangelij dulciſſimos porrigit. Primus ſuam ſanctitatem manifeſtans, dum dicit. *Quis ex vobis arguet me de peccato?*

Secundus fructus eſt, oſtendens ſe veracem eſſe, & ſe veritatem dicere, & cauſam reprobationis Iudaicæ peccatum eſſe aſſignans cum dicit, Si veritatem dico vobis, &c. ptopterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis.

Tertius fructus eſt, quod pro illata iniuria, vt nos doceret, repellit beneficium, dum dicit, non quæro gloriam meam, ſed honorifico patrem meum.

Quartus fructus eſt, quòd ſuam diuinitatem declarat, dum inter lapides ſe abſcondit, & de templo exiuit.

Circa primum oſtendit ſanctitatem, quæ ſemper fuit ſecum ex puriſſimis matris ſanguinibus genitus, Deus, & homo in terris ſine patre, in cœlis ſine matre: vt nos ſanctificaret, & ab omnibus inquinamentis expiaret, & inter alias cauſas paſſionis eius duæ ſurgũt in medium potiſſimæ. Prima Chriſti ſanctitas fuit: nam Iudęi videntes eũ, ad inuidiam moti ſunt: de qua ſanctitate Chriſtus dicit eis. *Quis ex vobis arguet me de peccato?* nam peccatum fit ex his, vel corde, vel ore, vel opere, omiſſione, origine. at Chriſtus nullo iſtorum modorum peccauit: nam de ſingulis inducendo Chriſtus corde non peccauit: ſemper

ſemper enim cogitationes mundas habuit, iuxta illud, Apocal. 1. Caput eius, & capilli erant candidi, ſicut lana alba & cætera. Capilli capitis mentis cogitationes demonſtrant, quæ in illo candidę, & puriſſimę fuere. Non peccauit ore: loquutiones enim diſcretas, & vtiliſſimas habuit, verba vitæ æterna habet: Io. 6. Nec peccauit opere, quia ſanctas habuit operationes. de his dicitur 1. Petr. 2. Peccatum non fecit &c. Non omiſſione; nullum enim factum bonum omiſit, quod facere debuit, vt Eſa. 5. quid eſt, quod debui vltra facere vineæ meæ, & non feci? Quaſi dicat, nihil aliud. Non peccauit origine, quia peccatū originale non contraxit, ſed natus eſt ſanctus, Luc. 1. quod enim ex te naſcetur, ſanctum vocabitur. Meritò ergo dicit in Euangelio. *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Apoc. 1. Ioan. 6. 1 Pet. 2. Luc. 1.

Secunda cauſa ſuæ paſſionis, fuit veritas doctrnæ, quam videbimus: ſed dices, ſi Chriſtus peccatum non fecit, vt ipſe hodiè atteſtatur, quomodo Dauid Pſal. 21. de ipſo loquens in ſpiritu ait, longè à ſalute mea verba delictorum meorum? Si Petrus teſtatur, & Chriſtus confirmat peccatum non habuiſſe, cur Propheta contrarium aſſert? Pſal. 21.

Reſpōdeo, id quod propheta dicit, de membris loquitur, quia quę de membris dicuntur, de capite dici videntur: & caput loquitur pro membris: nam nouerat nos futuros mēbra Chriſti: id circo dixerat, delictorum meorum. Sed quorum delictorum? niſi quia vetus homo noſter ſimul crucifigi debebat cum illo, vt ſic euacuaretur corpus peccati, ne vltrà ſeruiamus peccato.

Vel potius dicam, quòd prima non ita eſt in Hebręo, ſed litera ſic continet, vt dicat, longè à ſalute mea vox rugitus mei, ſiue clamoris mei: quaſi dicat, verba clamoris, quæ in agonia poſitus dixi tam horto, vt calix videlicet, a me tranſiret, quàm in cruce poſitus, longè fuerunt a ſalute mea, vt liberarer: iam enim decretum erat me moriturum. Aliter dicam, Verba delictorum, id eſt prophetarū, & patriarcharum in lymbo emittētium clamoroſas voces, vt omnino pro omnibus pati deberet, qui ſponte ſuper dorſum ſuum peccata, & delicta poſuit, offerens ſe oſtiam ſanctam tribunali iuſtitiæ: nam taliter peccata ſuorum fidelium ſua fecerat, ac ſi ipſe in propria carne illa commiſiſſet: id circo pro illis pati debebat, ſed fuit ſegregatus à peccatoribus.

Sed contra, Chriſtus natus eſt ex peccatoribus, vt Matth. 1. quia in ſua geneologia quædam mulieres peccatrices ſunt, videlicet Ruth moabites, Raab, & Berſabee, Vriæ Ethei vxor, quas ſcriptura valde reprehendit. Mat. 1.

Reſpondeo, ſic credimus Chriſtum ex peccatoribus natum, vt nõ fuerit cum illis particeps in aliquo peccato: quibus diſſimilis fuit nõ ſolum naſcendo, ſed viuendo, & moriendo. Alij enim homines cum peccato concipiunt, cum peccato naſcũtur, cum peccato conuerſantur in mundo, & in peccato, vt in pluribus, moriũtur, veniali ſaltem: Chriſtus verò ſine peccato conceptus, quia virtutes ſpiritus ſancti: ſine peccato natus, quia per clauſam portam: ſine peccato vixit in mũdo vt Petrus, & ſine peccato migrauit ad patrẽ. Natus ex virgine, ſine peccato concepta, reſeruata à maſſa infecta Adæ ſecundum carnẽ, vt tu ex illo poſtea naſcerereris ſecundum ſpiritum. Paul. verò Hebr.

Heb. 7. 7. in ſua ſententia ſecundum aliũ intellectum loquutus eſt: nã poſtquam prætulerat de ſacerdotibus antiquæ legis, addens quod morte prohiberentur, ne æterno fungerentur ſacrificio, ſtatim ſubintulit dicens: Hic autem, ideſt Chriſtus eo, quod in æternum maneat, ſempiternum habet ſacerdotium: ſubiungens conditiones huius ſacerdotis dicens, talis enim decebat, vt nobis eſſet Pontifex, ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus, ideſt à grege cæterorum ſacerdotum ipſum præcedentium, inter quos nullus fuit ſine peccato repertus aliter non fuiſſet idoneus interpellator: pro alijs peccatoribus ſi in peccatis viueret: meritò ergo ait, quis eſt vobis arguet me de peccato.

Secunda igitur cauſa fuit veritas doctrinæ, quæ incitauit Iudæos ad inimicitiam, quia veritas odium parit. Cõtingit enim de veritate, ſicut habetur de luce: ſicut enim lux oculis ſanis amabilis eſt, lyppis autem odioſa, ita veritas, &c. ſic de odore: odor recreat, & confortat: hominem, ſerpenti autem odioſus eſt, quia fugat illum: ſic palato ſano panis eſt ſapidus, infirmo verò inſipidus, & pęnoſus: à ſimili veritas ſuperbis odioſa eſt, ſicut lux oculis lippis: nam ſi humilitas ſuperbo prædicetur, hæc veritas tam fulgens, & clara, odioſa eſt illi,

Eccl. 13. Eccl. 13. abominatio eſt ſuperbo humilitas: cauſa autem eſt lippitudo ſuperbiæ, quę oculos intellectus claudit, ne lux iſta fulgeat, vt Grego. eam quam non inuenit humilem veritas fugit mentem. Veritas odioſa eſt carnalibus: ſicut odor ſerpenti: ſi enim eis odor puritatis,

Eccl. 21. & munditiæ diſplicet, vt Eccle. 21. audiuit luxurioſus, & diſplicebit illi: cauſa enim eſt, quia ad inſtar porcorum, & ſerpentum in fętore luxuriæ, quàm in odore caſtitatis ſtare malunt. Veritas odioſa auaris, ſicut panis palato corrupto: ſi enim contemptus terrenorum, & appetitus cęleſtium eis prædicetur, & ſi panis iſte doctrinę in ſe ſuauis ſit,

Eccl. 13. illis tamen execrabilis eſt, vt Eccl. 13. Execratio diuitum pauper: habent enim palatum infirmum, cœleſtium ſaporem ſentire nequeunt:

vnde Apoſtolus.1. Cor.2. animalis homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei. Et hæc de primo fructu.

Secundus fructus eſt, oſtendens ſe veracem eſſe, & ſe veritatem di cere. & cauſam reprobationis Iudaicæ peccatum eſſe aſſignans, cum dicit. Si veritatem dico vobis, & cętera. Notandum eſt, vt aiunt Theo logi triplicem in ſcriptura veritatem inueniri. Prima eſt veritas vitæ, de qua Eſa.38. ait, Memento quæſo: quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde deſecto, & quod bonum eſt in oculis tuis ſe cerim. Secunda veritas eſt doctrinæ, de qua dicitur Exod.18. Pioui de de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam & odiant animas, vt iudicent populum omni tempore. De hac dicit Io.16. Cum venerit ille ſpiritus veritatis docebit vos omnem veritatem, ſcilicet credibilem, operabilē, & deſiderabilem, &c. contrauenietibus autem huic veritati dicitur, Eſa. Veh qui dicitis malum bonum, & bonum malum. Tertia veritas eſt retributionis cuilibet pro meritis, de qua dicitur, Eſdræ 4. omnis terra veritatem inuocat, cum dicit, ego ſum veritas. verum eſt de veri tate vitæ: nam ipſe peccatum non fecit. verum eſt de veritate doctrinæ: nam & inimici eius dixerunt, Magiſter ſcimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces. Cum igitur Chriſtus nedum veritatem di cit, ſed ipſa met veritas eſt: nam multa ſunt, quæ inducunt hominem ad vedēdū alicui, amicitia, vtilia, pacifica: & qui facit, quæ dicit. Qui ſapiens eſt, & doctrina plenus. Qui vnde dicitur, quod iuſtus eſt, & ſi ne vitio. ſed quis magis diligit nos, quàm Dei filius? qui dicit in charitate perpetua dilexi te, Hiere.31. Vnde dicitur: ſicut mater vnicum amat filium, ita te diligam. 2. Reg.1. ſed quia probatio dilectionis exhibitio eſt operis.

Eſa.38. Exod.18. Io.16. Eſa.5. 3.Eſd.4. Io.14. Mat.22. Her.31. 2.Reg.1.

Videmus, an ipſe facto, & ſigno ſe amare probauerit. Primum ſignum amoris eſt ad imaginem ſuam nos creaſſe. Signum amoris rex ſeruis ſuis oſtendit, cum eos induit, ſicut ſe ipſum, vt nos imaginem noſtram deformauimus, idcirco deſcendit, & aſſumpſit carnem nobis ſimilem: vnde Apoſtolus Philip.2. habitu inuentus, vt homo, & Ioan.3. ſic Deus dilexit mundum, & Epheſ.2. propter nimiam chari tatem ſuam, qua dilexit nos, &c.

Paralip 2. Ioan.3. Ephe.2.

Secundum ſignum tolerantia paſſionis eſt, vt Io.15. maiorem hac dilectionem, nemo habet, &c. Magna eſſet charitas, ſi quis dimidiū bonorum ſuorū amico ſuo præberet. Maior, ſi pro eo carceribus man ciparetur. ſed maxima ſi ſe morti traderet, & amicum liberaret. Hæc Chriſtus confecit: nam ipſe prior dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Apoc.1. & Propheta Eſa.49. In manibus meis

Io.15. Apo.1. Eſa.49.

deſcripſi te in amorem, quo te proſequor.

Tertium ſignum familiaritas fuit, quia ſcietibus, & ignorantibus, nobilibus, & ruſticis, peccatoribus, & iuſtis voluntariè ſe debitorem conſtituit: & hodie ait, ero vobiſcum vſque ad conſumatione ſæculi.

Mat. 28.

Quartum ſignu amoris eſt largitas: dat enim pro paruis magna, vt Geneſ. 15. Ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis, Matt. 5. gaudete, & exultate: quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis. Dat pro paucis multa: vnde Sap. 3. In paucis vexat, in multis bene diſponetur. Dat pro contumelia honorem: vnde Eſa. 60. Pro eo quod fuiſti derelicta, & odio habita, ponam gaudium in generationem, & generationem.

Gen. 15. Mat. 5. Eſa. 60.

Dat pro terra cælum: vnde Iob 22. dabit pro terra ſilicem, & pro ſilice torrentes aureos: pro contemptu.n. terræ Dominus cœlum dabit firmiſſimum: vnde Eſa. 48. ego Dominus docens te vtilia. Quid vtilius, quàm commutare plumbum in aurum, aquas in vinum, lutum in balſamum, ſaccum in purpuram, paleam in granum, & terram in cælum.

Iob. 22. Eſa. 48.

Si veritatem dico vobis multiplicem, ſcilicet, quòd peccatu damnoſum eſt, quia accuſat peccatorem ipſum portantem, vt Hierem. 2. Arguet te malitia tua. Stultus eſſet, qui in domo ſua teſtes contra ſe ipſum nutriret, & paſceret: ſtultiſſimus peccator eſt, & miſer, qui in domo conſcientiæ peccata, quæ in die iudicij contra ipſum teſtimonium perhibebunt, fouet & nutrit, vt Iob 16. Ruge meæ teſtimoniu dicunt contra me, ideſt peccata, quæ in rugis latent, quæ non videntur, quę animam ſordidam reddent, & immunditijs plenam: in die iudicij apparebunt, & contra peccatorem accuſando de cogitatione, & opere teſtimonium reddent.

Hier. 2. Iob 16.

Si veritate dico vobis, quod peccatu ſpūalibus ſpoliat diuitijs, & paupertatem inducit: vnde Prouer. 10. Egeſtatem operata eſt manus remiſſa, manus autem fortium diuitias parat. manus remiſſa cuiuſlibet peccatoris eſt, qui diſſolutas manus, & paraliticas ad bene operandum habet: idcirco paupertatem ſpiritualem inducit: vnde Mala. 3. In paupertate, & penuria vos maledicti eſtis. Ideo dicetur, Diſcedite maledicti, &c. De hac paupertate mala ait Salomon, Nequiſſima paupertas in ore impij, bona eſt ſubſtantia, cui non eſt peccatum in conſcientia, Eccleſiaſti. 13. Impium enim habet paupertatem peccati in corde, id eſt in cognitione. In ore. i. in loquutione. In manu, ideſt in operatione.

Prouer. 10. Malach. 3. Matth. 25.

Si veritatem dico vobis, qđ peccatu aufert gratiā: auferet ab impij lux ſua. Tren. 1. Aufert inocentiā, iuxta illud, egreſſus eſt à filia Syon

Tren. 1.

omnis

omnis decor. Ducit ad pœnam, Trē. 3. Me adduxit in tenebras, & non in lucem. Tren.3.a.

Si ueritatem dico uobis, quòd peccatum in æternam damnationē præcipitat, ut Exod. 15. dicitur, ſubmerſi ſunt quaſi plumbum in aquis uehementibus. Peccator comparatur plumbo. primò, quia inquinat manus tangentium, ita peccator malo ſuo exemplo alios inquinat, ut Eccle. 13. qui tetigerit picem coninquinabitur ab ea. Secundò, quia pō deroſum, ſic peccator in peccatis, Eſa. 13. Onus Babylonis. Exod.15.b. Eccl.13.a. Eſa.13.a.

Si ueritatem dico uobis de inferno, quia pœnoſum eſt, Eſa. 33. quis poterit habitare de uobis cum igne deuorante. Eſa. 33.c.

Si ueritatem dico uobis de mundi gaudio, quod tranſitorium eſt: unde Iob. 21. Tenent tympanum, & cytharam, & gaudent ad ſonitum organi; ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendūt. Iob.21.b.

Si ueritatem dico uobis de cœlo, quod eſt amœnum, Eſa. 35. Gaudium, & lætitiam obtinebunt, & fugiet dolor, & gemitus. Si ergo tot ueritates dico uobis, quare non creditis? Si ueritatem dico uobis, quia poſitus ſum in ruinam multorum, ut ait Luc. cap. 2. quare non creditis? Eſa.35.d. Luc.2.c.

Poſſent reſpondere, & quare poſitus es in reſurrectione? quomodo in reſurrectione, qui poſitus eſt in ruinam? & quomodo in ruinam ſi uenis priores ruinas reparare? & quomodo in ruinam, ſi tanquam lapis angularis in fundamento locatus es ſuper quem omnis noſtra ædificatio creſcit in templum ſanctum in domino?

Reſpondet Chriſtus, poſitus ſum in ruinam ueſtram, & omnium reproborum, & in reſurrectionem electorum, iuxta illud, ego occidam, & ego uiuificabo; percutiam, & ego ſanabo; & non eſt qui de manu mea poſſit eruere. Deut. 32. f.

Vel in ruinam hominis ueteris, & animalis, & in reſurrectione noui, & ſpiritualis. nec dixit ſanctus ille Simeon Chriſtum poſitum in reſurrectionem omnium, ſed multorum in Iſrael, illorū ſcilicet, pro quibus paſſionis calicem bibere conſtitutū habuit: ideo in cœna ait, hic calix noui teſtamenti eſt, in meo ſanguine, qui pro uobis, & pro multis effundetur: quia Hebræi cæci facti, non ſcripti in libro uitæ ſecundum propoſitum, in Chriſtum credere noluere: ideo in eorum ruinam poſitus, arguit eos, ut ſint in excuſabiles. ſi ergo ueritatem dico uobis, quare non creditis?

Tertius fructus eſt, quòd pro illata iniuria, ut nos doceret repellit beneficium, dum dicit, non quæro gloriam meam, ſed honorifico patrem meum, & ut tutò poſſint ipſi fideles credere, ſpem omnem in eum collocare, ex ipſo dependere, ſi quidem ille unus ſit, quem propo

ſuit

ſuit Deus pater propitiatorem per fidem in ſanguinẽ ipſius,qui non ſuam,ſed patris ſui,ac omnium noſtrum gloriam,& ſalutem quęrit, rationem qua eam adipiſcamur proponens, quam hic collocat in cognitione fidei,& obedientia uerbi ſui,quod poteſt ſaluare animas noſtras,Iaco.1.quod auditu percipitur,fide quæ eſt ex auditu,Rom.10.
Iac. 1. Rom.10. creditur,at ſola fides non ſaluat: niſi enim obedientia ſubſequatur, inanis,& mortua prorſus erit fides.Poteſt hoc loco oſtẽdi diſcrimen uerbi Dei,& uerbi Sathanæ,quod illud conuertat corda,Hier. 23.ſapientiã præſtat paruulis,Pſ.18.& præſtat uitam,iſtud uerò adeo auertat,mẽtem obſcuret,& mortem afferat: aliaq; illud plurima affert cõmoda,iſtud uerò incommoda,ut patet in illis, qui ſemel receperunt illud,ut Saul,Caim,Iudas,& alij.
Pſ.18.

Chriſtus itaque hic ſummam totius Euangelij oſtendit,ut Apoſt. Rom.1.quod uirtus Dei eſt omni credenti ad ſalutem,& Io.5.qui uerbum meum audit & credidit ei, qui miſit me habet uitam æternam: ideo ait,qui ex Deo eſt,uerba Dei audit. propterea uos non auditis: quia ex Deo non eſtis: adeo ut Iudæi lapides tollerent in eum.
Rom.1. Ioan.5.

Notandum tres eſſe ſpecies ingratitudinis. prima non acceptare bonum collatum,& oblatum, tales fuerunt Iudæi, ſi ueritatem dico uobis quare non creditis? Secunda non reddere bonum pro bono. tales Iudæi: unde dicitur, Et uos inhonoraſtis me. Tertia reddere malum pro bono: quia & ſi iniuriatus Samaritanus, & dæmonium habens,adhuc docens eos, tulerunt lapides in eum,ut dici poſſit,Eſa. 1. Filios enutriui,& exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me: Tulerunt lapides,ut iacerent in eũ. Et ſunt illi,qui generaliter quotquot malas cogitationes aſſumunt, quaſi tot lapides in Ieſum mittunt, ſed particularius loquendo,quinque ſunt ſpecies hominum, qui Deum lapidant, quos omni mente contemplari conemur.
Eſa.1.

Primi ſunt, qui oblatam gratiam non recipiunt: unde Apoſtolus gratiæ Dei Heb. 12.quaſi dicat,Faciat unuſquiſque quantum in ſe eſt, ne uideatur deſpicere gratiam Dei: alibi uerò dicit, exhortamur uos ne in uacuum gratiam Dei recipiatis. 2.Cor. 6. Gratiam iuſtificationis,de qua dicitur,Iuſtificati gratis per gratiam ipſius,Rom.3.gratis dic, quia non eſt ibi aliquid noſtrum? quantum ad gratiam præcedẽtem, an diuitias bonitatis eius contemnis,&c.Rom.2. hanc gratiam non cognoſcunt, qui iſtam gratiam non proſequuntur bona opera faciendo: talis non erat Apoſto. qui dicebat, Gratia Dei ſum id quod ſum &c.ſed abundans &c.non ego.ſ.quid.in 1. Cor. 15. His itaque, qui gratiæ Dei obſtaculum opponunt, dicitur, aggrauauerunt aures ſuas ne audierent, & cor ſuum poſuerunt ut adamantem, Zachar.7. qui
Heb. 12. 2.Cor. 6. Rom.3. Rom.2. 1.Cor. 15. Zach.7.

qui tamen conuerti poſſent, ſi uellent: nam uolentibus dominus ſe offert d. Auferam ab eis cor lapideum &c. Ezech. 36. Ezech. 36.

Gratiam redemptionis, de qua ſcitis gratiam domini Ieſu Chriſti: quia propter nos egenus factus eſt, cum eſſet diues & cætera. 2. Corin. 8. Hanc cognouit Apoſtolus, qui dicebat, dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me, Galat. 2. Hanc non cognoſcunt, qui iterum in captiuitatem Diaboli ſe præcipitant, offendendo Deum diuerſis peccatis, de quibus dicit Apoſtolus, rurſum crucifigentes ſibimetipſum filium Dei &c. Hebr. 6. Gratiam glorificationis, de qua dicitur, gratia Dei uita æterna, Rom. 6. & 1. Petr. ult. Deus autem omnis gratiæ, qui uocauit nos in æternam ſuam gloriam in Chriſto Ieſu modicum paſſos ipſe perficiet, confirmabit, ſolidabitque &cæ. qui huius beneficij immemor eſt ille in uacuum gratiam Dei recipit, propter hoc dicitur, gratiam fideiuſſoris tui ne obliuiſcaris &c. Eccl. 29. 2. Cor. 8. Gal. 2. Heb. 6. Rom. 6. 1. Petr. 5. Eccl. 29.

Secundi lapidatores ſunt auari, uſurarij, qui de bonis quæ dedit illis inhonorant, paupertatem excoriando, & affligendo: unde conqueritur per prophetam Oſeam 7. Ego erudiui eos, & confortaui brachia eorum, & in me cogitauerunt maliciam &c. & per Iob dicit, quaſi nihil poſſit facere omnipotens. exiſtimabunt eum, cum ille impleſſet domos illorum bonis, Iob. 22. Ideo conqueritur dicens, quare atteritis populum meum, & facies pauperum commolitis &cæ. Eſa. 3. Iſti enim ſunt ſimiles Nabaal, de quo dicitur, emortuum eſt cor eius intrinſecus &c. 1. Reg. 25. Oſe. 7. Eſa. 3. 1. Reg. 25.

Tertij, qui lapidāt, ſunt ſuperbi, & obſtinati in malo: unde dicitur, ſuper dorſum meum fabricauerunt &c. Pſ. 128. De his dicitur, uim impiorum complantata lapidibus, Eccl. 21. lapidibus, ideſt peccatis. Iuſti enim lapidant uiam, ideſt Chriſtum, qui eſt uia &c. De numero iſtorum lapidantium ſunt, qui peccantibus nolunt indulgere, ſimiles Pharaoni, de quo dicitur, Induratum eſt cor Pharaonis, noluit dimittere filios Iſrael, Exod. 9. Hi omnes lapidant uiam &c. theſaurizant ſibi iram, iuxta illud Rom. 2. ſecundum duritiem ſuam &c. claudunt ſibi oſtium paradiſi: unde dicitur Thren. 3. Concluſit uias meas lapidibus quadris &c. Lapides quadri, ſunt peccata mortalia, quæ dicuntur, quadra propter quatuor ſcilicet. Pſ. 128. Eccl. 21. Exod. 9. Rom. 2. Thren. 3.

Primò, quia per peccatum Deum inhonoramus. Apoſtolus, per præuaricationem legis Deum inhonorat, Rom. 2. Secundò, quia peccatum malo exemplo noſtro proximum corrūpimus, iuxta illud Hiere. 23. Cōfortauerunt manus peſſimorū, ut non conuerteretur unuſquiſq; a malitia ſua &c. Tertiò, quia per peccatū ſe ipſum peccator deſtruit, & conſumit: unde Apoſtolus 2. Tim. 3. Mali autem homines, Rom. 2. Hier. 23. 2. Tim. 3.

& ſeductores proficient in peius errantes, & in errorem mittentes, &c. Quartò, quia peccatum ſibi ædificat domum in inferno: unde di-
Iob 27. citur Iob. 27. ædificauit ſicut tinea domum ſuam, ſicut tinea, ſcilicet ſemper corrumpendo, deſtruendo ſe ipſum in peccato. Congeries n. peccatorum eſt, ſicut maceria lapidum ſine cæmento, quæ ſubitò ruit
Eſa. 30. ſuper caput ædificantis, opprimens eum, iuxta illud Eſa. 30. ſubitò dũ non ſperatur, ueniet contritio eius, & comminuetur, ſic ut conteritur lagena figuli contritione prçualida, & non inuenietur de fragmentis eius teſta &c.

Quarti lapidant ueritatem, & iſti ſunt omnes mendaces, & præcipuè falſi teſtes, declarando eos adulatores, de quibus conqueritur do-
Pſ. 26. minus dicens, inſurrexerunt in me teſtes iniqui adulatores, de quibus in figura dicitur de Semei, qui mittebat lapides contra Dauid, 2.
2. Reg. 16. Reg. 16. Detractores qui fundibularibus diaboli mittunt lapides, &
4. Reg. 3. poteſt dici illud 4. Reg. 3. magna pars ciuitatis a fundibularijs percuſſa eſt.

Quinti lapidãt uitam, quales ſunt ſimulatores, & hypochritę, quibus dominus improperat, d. ueh uobis hypochritæ, qui ſimiles eſtis
Matth. 23. ſepulchris dealbatis, Matt. 23. ſimiles ſunt hi Iudæis cuſtodientibus ſepulchrum domini, quod tamen erat uacuũ: quia ab his omnibus abſcondit ſe Deus: unde dicitur, Ieſus autem abſcondit ſe. Ecce qui mittunt lapidem in Chriſtum, & propter beneficium reddunt mala: diſ. tuo modo.

Quartus fructus eſt, quod ſuam diuinitatem declarat, dum inter lapides ſe abſcondit, & de templo exiuit: & hoc quia patrem, cui natura æqualis eſt ſecundum diuinitatem, maior eſt ipſo Abraham, & antequam Abraam fieret eſt. His argumentis ſicut uehementer pupugit perfidos Phariſæos, ita magnopere ſuos fideles conſolatur, qui ex fide cognoſcunt ſe illi fidere, qui Deus ſit, & uelit ſeruare, ut meritò
Pſ. 26. cum Propheta Pſ. 26. dicat, Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo: Dominus protector uitæ meæ. hæc autem cognoſcere ſingularis miſericordia eſt, quæ gratis præuenit, & illuminat intellectum: ita iudicij ſui propria malitia obcæcatos Iudæos relinquere, ut magis, ac magis impingerentur in lapidem offenſionis, & petram ſcãdali, ideſt ut contumelijs, calumnijs, & iniurijs adhærent comminationes, & uerbera.

Mali enim ſemper proficiunt in peius, nec ante deſiſtunt, quàm quampiam uoluntatem conceperint, ſicuti impij, qui hac Chriſti doctrina ſuauiſſima non ſunt conuerſi, ſed magis commori; ſed illa Dei potentia, & miſericordia, quam ſingulari conſilio hic exhibuit Chriſtus, ut

facile

facilè poſſit impiorum conatus elidere,& eneruare, ne noceant quan tum uelint;& ſicut ſeſe hic defendit ne lapidibus obrueretur,ita & ſuos nouit de tentatione, & periculo eripere, dum expedire iudicauerit: quia ut ait Propheta Pſ.58.miſericordia domini præueniet me. Pſ.58.

Sed contra Pſ.22.ait,Miſericordia domini ſubſequitur me.Reſpō Pſ.22. deo, quod miſericordia domini aliquando præuenit nos, aliquando ſubſequitur: præuenit quidem,dum dona ſua naturalia gratis confert,pariter & gratuita, & hoc abſque ullis meritis noſtris, dum lumen ſuæ gratiæ abundanter expandit ſuper nos, ut bona cogitare ua leamus.Subſequitur uerò, dum bona cogitata opere complemus,& adiuuat nos:quia ſine me nihil poteſtis facere: idcirco ſancta mater Eccleſia ſpiritu ſancto inſpirata ſupplex rogat dicens, Actiones noſtras quæſumus Domine aſpirando præueni,& adiuuando proſeque re,ut cuncta noſtra oratio,& operatio a te ſemper incipiat. ſenſus er go præmiſſarum eſt, quòd Deus ſua miſericordia præuenit nos gratiam conferens,& illa eadem ſubſequitur,ut opus perficiamus. Hæc autem miſericordia præueniens, quamuis donum Dei ſit,eſt tamen minus perfectum,& uarijs naturæ caſibus expoſitum.

Sed illa ſubſequens,qua ſtatim nullo mediante iuſtificamur,eſt do num perfectum,deſcendens a patre luminum:per quam Dei dilectionem,& remiſſionem peccatorum ſubſequimur. De hac miſericordia Auguſt. ait, Miſericordia domini aliquando nolentem præuenit, ut bonum uellet:& uolentem adiuuat,ut proficiat:ſubſequitur operantem,ut perſeueret. & hoc eſt illud Pauli Philip.2.Deus eſt,qui operatur in uobis uelle,& perficere pro bona uoluntate.Hac igitur miſeri Phil. 2. cordia ſuos defendit a lapidibus mundi,dæmonis,& carnis, & facit eos Deo inſeruire toto corde, & eum deſiderare. ſic pater Adam tot ſacrificijs,& precibus Deo inſeruiebat, & Chriſtum uenturum exoptabat,ſic Abel,Noe,Abraham,Moyſes,Iob,& Dauid, qui a lapidibus inimicorum erepti ſunt a Deo,& ei toto corde inſeruiebant.Sed multo magis moderniores, ut Stephanus, & ſtatim uidit cœlos aper tos. Latro ſtatim cum Chriſto paradiſum ingreſſus eſt: ſic gloriatur Paulus ad Epheſ. cap.5. ſcribens, Chriſtus enim caput Eccleſiæ, ipſe ſaluator corporis eius, qui dilexit, & tradidit ſemetipſum pro ea, Epheſ.5. ut illam ſanctificaret,mundans eam lauacro aquæ uiuæ in uerbo uitæ, ut exhiberet ſibi glorioſam Eccleſiam non habentem maculam, neque rugam.

Hoc eſt illud ſacramentum, quod ſcribit 1. Timot. 3. inter Chriſtum & Eccleſiam d.ſacramentum hoc magnum eſt:ego autem dico in Chriſto & Eccleſia.

De

Heb.3. De hac defenſione ſcribens ad Hebr.3.oſtendit, quod multo magis nos defendit Chriſtus a lapidibus, quã Hebræos defendebat Moyſes: nam iſte dominus, ille uerò famulus,& ſic ait:& Moyſes quidem fidelis erat in tota domo eius tanquàm famulus in teſtimonium eorum, quæ dicenda erant, Chriſtus uerò tanquam filius in propria domo, quæ domus ſumus nos.

Heb.12. De hac defenſione lapidum inimicorum, & de loco, in quo defendimur, ſcribit ad Hebr.12. dicens, non enim acceſſiſtis ad tractabilẽ montem,& acceſſibilem ignem,& turbinem, & caliginem, & procellam,& tubæ ſonum,& uocem uerborũ &c.ſed acceſſiſtis ad Syon montem,& ciuitatem Dei uiuentis Hieruſalem cœleſtem, & multorum milium angelorum frequentiam, & eccleſiam primitiuorum, qui conſcripti ſunt in cœlis,& iudicem omnium Deum, & ſpiritum iuſtorum & perfectorum, & teſtamenti noui mediatorem Ieſum, & ſanguinis aſperſionem melius loquentem quam Abel.Hę ſunt igitur defenſiones, quibus Chriſtus defendit ſuos: ſic hodie a ſcribis,& Phariſæis ſe defendit armis diuinitatis: quia abſcondit ſe ab eis: ſic ſe abſcondit a male operantibus. exiuit a templo, templum Dei ſumus nos: exit enim Chriſtus: cum peccatum nos intrat. Duo enim contraria ſimul in eodem tempore ſe nequaquam compatiuntur. quæ enim conuentio Chriſti & Belial?ubi Chriſtus, ibi puritas: ubi peccatum, ibi Sathan. Eijcite ergo fratres Principem huius mundi, ut in uobis ſicuti in capite Chriſto quicquam non habeat,& Chriſtum ſuſcipite, parate domus pompis magnis: quia ad uos nedum filius, ſed totæ tres perſonæ uenire cupiunt:& ad eum ueniemus,& manſionẽ apud eum faciemus; parate memoriam, in qua pater manebit per beneficiorum recordationem: parate intellectum, in quo filius regnabit per fidei illuminationem: parate uoluntatem, in qua ſpiritus ſanctus habitare conſtituit per dilectionem Dei,& proximi. Claudite oſtium ne inimici ingredi poſſint; ut hi tres ſemper uobiſcum manere uolint, & omnia quæ intrà uos munda ſunt purgent, & igne diuini amoris comburentur, & a lapidibus aduerſariorum uos cuſtodiant.

Luc.23. Iam enim in cruce poſitus uos patri commendauit dicens, Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum, ideſt electos meos; qui ſpiritus meus, & caro mea sũt, Os de oſſibus meis,& caro de carne mea: quaſi diceret, defende eos a lapidibus dæmonis, qui continuè circuit quærens quem lapidet,& deuoret: & quos dediſti mihi, non perdidi ex eis quenquam, ſed ſeruaui eos,& ero cum illis uſque ad conſumationem ſeculi. non exiet ergo a templo animæ, niſi coactè: ſemper.n. nos amore, & dilectione proſequutus eſt, nos ſui ſimiles conſtituerit,

rit,& pro nobis carnis,& peccati ſimilitudinem ſumpſerit. Vide fide lis,quàm magna eſt Chriſti in lapides defenſio?ut enim ſeruum redimeret,ſe ipſum tradidit: ſic hodie ne nos lapidibus obrueremur, lapides in ſe mittere ſinit. Eya agite fideles, & inuocate eum, ut malitia noſtra compleatur: dicite illi,ut euntes diſcipuli in Emaus,mane nobiſcum Domine,& non cum Phariſæis,recede a nobis, uiarum tuarũ ſcientiam nolumus. Hic eſt ille in quo ſunt omnes theſauri. Hic eſt ille,per quem omnia facta ſunt. Hic eſt ille,cuius uerbo cœli firmati ſunt. Hic eſt ille,cuius uocem Lazarus quatriduanus in ſepulchro audiuit. Hic eſt ille, qui oculis cæci lucem præſtitit. Hic eſt ille,qui uocat ea quæ non ſunt,tanquam ea quæ ſunt. Hic eſt ille,in quo benedictæ ſunt omnes gentes. Hic eſt ille,in quo eſt ſalus,& reſurrectio noſtra. Hic eſt ille,in quo oportet nos ſaluos fieri. Hic eſt ille, in quo omne genuflectitur cœleſtium,terreſtrium,& infernorum. Hic eſt ille,qui pro nobis factus eſt iuſtitia,ſanctificatio,& redemptio. Hic eſt ille,per quem lupus fugit, ignorantia euanuit, tenebræ euacuãtur,& lux apparet. Hic eſt ille,qui infernum ſpoliauit,dæmonẽ ligauit, ſanctos patres traxit,legem adimpleuit,cœlos aſcendit, & ad dexteram ſedit. Hic eſt ille, qui mundum gubernat, electos ut pupillam oculi cuſtodit,impios reprobat,& pacem cum patre,& ſpiritu ſancto fidelibus præſtat. Non eſt mirum ergo,ſi hodie a lapidibus ſe eripuit, & abſcondẽs ſe,a templo illæſus exiuit: ſed uæh illis, a quorum templis Chriſtus exiuit: quid enim boni eſſe põt, ubi Chriſtus abeſt? & quid mali euenire poterit, ſi Chriſtus aderit? derelinquetur enim domus illorum deſerta,& fidelium domus omnibus gratijs replebitur. Rogemus,ne in die iudicij a nobis ſe abſcondat, ſed rapiamur cum alijs obuiam ei,ut ad dexteram cum agnis collocemus,& uocem illam,uenite benedicti,audire mereamur. Sic nobis deus gratiarum largitor, & miſericordiarum oſtenſor concedat nunc, & ſemper per infinita ſecula, Amen.

Luc.24.
Ioh.21.

FERIA SECVNDA Paſſionis.

Si quis ſitit,ueniat ad me,& bibat. Ioan.7.

PAVLVS Apoſtolus manifeſtè declarat ſuis fidelibus Corinthijs,in 1.epiſto.cap.2.quantæ ignorantiæ, & imprudentiæ ſit homo uetus,& carnalis dicens, Animalis homo non percipit ea,quæ ſunt ſpiritus Dei: ſtultitia enim eſt 1.Cor.2.

eſt illi,& non poteſt intelligere: quia ſpiritualiter examinantur. Quãtæ uerò perfectionis ſit homo ſpiritualis, oſtendit nobis idem Paulus in eodem loco dicens, ſpiritualis autem iudicat omnia, & ipſe a nemine iudicatur. Iterum ſpiritus omnia ſcrutatur, & iam profunda Dei. Quia uerò Iudæi carnales erant, non percipiebãt Chriſti uerba, ut habetur in præſenti Euangelio: & ne excuſationem haberẽt, clamat quoque Chriſtus in eodem Euangelio dicens, Si quis ſitit, ueniat ad me, & bibat.

Quatuor fructus nautæ in portu Panormi ſacri Euangelij a uiridarijs amæniſſimis colligunt. primus eſt acerbus, oſtendens iudiciũ. Secundus eſt dulcis, oſtendens miſericordiam. Tertius eſt mixtus, oſtendens iudicium, & miſericordiam. Quartus eſt ſuauis, oſtendens charitatem Dei erga omnes.

Circa primum iudicium, oſtendit quo impium magiſtratum, qui fidei doctrinam, gratiam Euangelij, & miracula a Chriſto facta in cõfirmationem utriuſque opprimere nitebatur: perſtringit magna uerborum acrimonia, quibus niſi prorſus in reprobum ſenſum dati fuiſſent, meritò debuerant reſipiſcere: nam cum magiſtratus tam ciuilis quàm eccleſiaſtici officium ſit Rempublicam regere, & tueri non tã armis, quàm prudentia, & iuſtitia, & æquitate, item paſcere, & docere operibus, uerbo Dei, & exemplo, 1. Pet. 5. hoc enim alimento ſi de-
1. Petr. 5. Hier. 12. 23. ſtituantur oues, pereunt. Hier. 12. 23. Ezech. 34. Hi impij magiſtra-
Ezech. 34. tus miſſis miniſtris quibus in Reipub. defenſionem uti debuerant, ad ſeditioſos, maleficos, homicidas, plagiarios, & neneficos tollẽdos. Hos armata manu in Chriſtum, Dei filium, pacis authorem: qui nulli nocuit, & omnibus profuit, mittunt inuidia: quia audierunt turbã murmurantem, quibus reſpondit Chriſtus, ***Vado ad eum, qui miſit me, & ubi ſum ego, uos non poteſtis uenire.*** Videndum eſſe puto quò iturus eſt, & quare a multis inueniri non poteſt, nec ad eũ accedere poſſunt, & hoc multiplici ratione.

Nam aliquando ratio eſt ex parte temporis, quia quærunt eum, quando inueniri non poteſt: quia ſcilicet non quærunt de die gratiæ,
Cant. 3. ſed in nocte peccati. teſtes ſponſa domini Cant. 3. non innenient: ipſa enim dicit, per noctem quæſiui &c. Non quærunt continuè, ſed incorruptè: ideo monentur per Prophetam, Pſ. 104. Quærite Dominũ,
Pſ. 104. & confirmamini, id eſt per patientiam, quęrite faciem eius ſemper, id eſt ut uideatis eum facie ad faciem. Non quærunt tempeſtiuè, neque
Cant. 5. ſolicitè, ſicut fecit illa, de qua dicitur, Peſſulum oſtij mei aperui dilecto meo: at ille declinauerat atque tranſierat. Anima mea liquefacta eſt, ut dilectus locutus eſt: quæſiui, & non inueni illam: uocaui, & nõ

reſpondit

reſpondit mihi, Cant. 5. Inuenerunt: ideo dicitur Luc. 13. qui enim ſunt remiſſi in opere, ſeu negligentes, non inuenerunt: ideo dicitur Luc. 13: contendite intrare per anguſtam portam: quia multi, dico uo bis, quærent intrare, & non poterunt. Luc.13.

Tales ſunt, qui quærunt poſt mortem, aut quærent in die iudicij: qui. n. nunc non quærunt, licèt tunc quærent, non inueniẽt. unde minatur dominus; tunc inuocabunt me, & non exaudiã: mane conſurgent, & non inuenient me: Prou. 1. Eſa. 21. Venit mane, & nox, ſi quæritis, quærite: conuertimini, & uenite. Nonne ſtultum eſt quærere medicinam poſtq; infirmitas facta eſt incurabilis? Nonne ſtultũ eſt quærere portũ quietis, poſtquam nauis diuinæ miſerationis fuerit confracta? Nonne ſtultum eſt quærere uuas in uinea in medio hyemis? Vtiq; ſtultũ eſt. dicite nonne poſt mortẽ, & in die iudicij infirmitas erit incurabilis. Inſatiabilis fractura tua, peſſima plaga tua & c. Dicite, & cogitate: nonne tunc nauis diuinæ miſerationis fracta erit? Non. n. ſuſcipiet pœnitentes aliquando, ſi tamen pœnitere poſſet: unde dicitur; uoca nomen eius abſq; miſericordia, Oſe. 1. Nonne tunc hyems erit? utiq;: propterea monet dominus, Orate. n. fratres, ut non fiat fuga ueſtra in hyeme uel ſabbato, Mat. 24. In exẽplũ: quia epulo non quæſiit, quando debuit, ſed nimis tardè non inuenit, imo nec guttã aquæ obtinere potuit; ſunt & nobis in exẽplũ fatuæ uirtutes: quia nimis tardè quæſierunt: ideo non inuenerunt, ſed iã clauſam ianuam diuinæ miſericordiæ repererunt, Matth. 15. Qui igitur uult inuenire medelam, requiem, & fructum uitæ, ſolicitet & c. Prouer. 1. Eſa. 21. Hier. 30. Oſe. 1. Matth. 24. Luc. 16. Mat. h 15.

Aliquando rõ eſt ex parte loci: quia quærunt in locis, ubi non põt inueniri. ſ. in foro mundanæ negociationis: hic. n. eſt concupiſcentia oculorũ. Et quia ipſe nõ eſt negociator animaliũ: ideo non inuenitur in tẽporalibus, Oſe. 5. In gregibus ſuis, & in armentis uadent ad quærendũ dominum, & non inuenient: ablatus eſt ab eis, in dominũ præuaricati ſunt & c. Armenta. n. & greges, quæ relinquũt ſtercora in ouili, ſignificant tẽporalia, quæ in ſe ſunt ſtercora, & inde generatur ſtercus peccati in uentre cõſcientiæ Phil. 3. Paulus omnia hæc, ut ſtercora arbitrabatur, ut Chriſtũ lucrifaceret, & iuxta Iob. 28. Mare loquit, non eſt mecum. Mare mundũ plenum aqua diuitiarum, tumultu, ſolicitudine, ſtrepitu earũ in lecto carnalis uoluptatis, ſeu in delitijs carnis. Hic. n. eſt concupiſcentia carnis. de iſto Cãt. 3. In lectulo meo per nocte quæſiui, & nõ inueni: lectulus iſte uoluptas eſt, & delectatio carnis in quo lectulo quicunq; iacet, non poteſt inuenire Chriſtum. Nã teſte Iob 28. Nec inuenitur in terra uiuentium & c. lectulus noſter floridus eſt, ut dicitur Cant. 1. Floridus. i. odore uirtutũ plenus, non in- Oſe. 5. Iob. 28. Cant. 3. Iob. 28.

ueniunt aliqui, quia quærunt illum in choro pompæ ſecularis, ſeu fauore parentum, & amicorum. Vbi n. eſt ſuperbia uitæ tales fuerunt illi, de quibus dicitur, exiſtimantes autem illum eſſe in comitatu, uenerunt iter diei, & requirebant eũ inter cognatos, & notos: unde ſubditur, & nõ inuenientes eũ, regreſſi ſunt in Hieruſalẽ, Luc. 2. ſi Chriſtus
Luc. 2. nõ eſt inuentus inter ſuos, nec tu inuenies inter tuos &c. qui aũt uult
Luc. 14. eſſe diſcipulus Chriſti, ipſemet Chriſtus docet eũ, q. qui non odit patrem ſuum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc & animam ſuam, non poteſt meum eſſe diſcipulus &c. Hæc n. omnia maximum impedimentum præſtant ad generandum Chriſtũ. Aliquando rõ eſt ex parte modi gerendi, nã aliqui quærunt, & non inueniunt: quia non ſicut debent. Aliqui. n. quærunt medio corde in
Sap. 1. uagatione rõnis, & ideo non inueniunt, & ideo dr̃ Sap. 1. In ſimplicitate cordis quærite illũ, quoniãm inuenitur ab his, qui non tentant illũ. Aliqui aũt quærunt in obliquitate intẽtionis, & tales nõ inueniũt: nam intẽtio talis aut eſt maligna, qualẽ habuit Herodes, qui quæſiuit ad perdendum: futurum eſt. n. ut Herodes quærat puerum ad perden
Matth. 2. dũ eum, Mat. 2. Herodes interpretatur glorians in pellibus, & ſignificat hypochritã, qui gloriatur in pelle exterioris cõuerſationis: talis. n. quærit Ieſum exterius bene conuerſando, ſed interius quantũ eſt ex ſe occidit expellendo eius gratiã, & ideo ſicut Herodes non meretur inuenire eũ &c. Aut eſt curioſa, qualẽ habuit alter Herodes, q ex mul
Luc. 23. to tẽpore cupiebat uidere Ieſum: & tñ cum uidit, ſpreuit illũ cũ exercitu ſuo; per iſtam aũt ſignificantur illi, qui ad tẽpus credunt, & tẽpeſtate recedent, & propterea de quolibet tali dicitur, quærit deriſor ſa
Prou. 14. pientiã, & non inuenit, Prou. 14. ſapientias. ſ. de qua Apoſt. nos prædicamus Chriſtũ crucifixum, Iudæis quidẽ ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam: ipſis autem uocatis, Iudæis atq; Græcis Chriſtum Dei uir-
1. Cor. 1. tutem, & Dei ſapientiam, 1. Cor. 1. aut eſt carnalis, qualem habebant illi, quibus dominus dixit: quæritis me, non quia uidiſtis ſigna, ſed
Ioan. 6. quia manducaſtis ex panibus, & ſaturati eſtis, Io. 6.

Sunt. n. multi, qui quærunt Chriſtũ: non habent unde ſuſtentẽtur, & propterea intrãt eccleſias, religionem, uel honeſtè ſe gerunt: de quibus dicit dominus per Prophetã, & uiolabant me ad populũ meum
Ezech. 13. propter pugillũ hordei, & fragmen panis, Ezech. 13. Qui. n. in habitu exteriori ſanctitatẽ prætendunt, dñm uiolãt propter pugillum ordei: nã propter temporalia acquirenda hæc faciunt. & tales meritò nõ inueniunt: receperunt. n. mercedem ſuã. Cum itaque nos perdiderimus Chriſtũ non ſolũ corporaliter, & ad tẽpus, ſed ſpũaliter, & perpetuò:
Pſ. 118. quia lõgè a peccatoribus ſalus, & in paradiſo non quæratur: quia ibi

non

nõ perdit in inferno, & ſi perditus ſit, tñ recuperari non põt: ideo ibi nõ quæritur: in hoc uerò mundo, & perdi, & recuperari põt: ideò dũ ſumus in hac uita prudenter quæramus Chriſtum Ieſum, & quæramus. quando quærendus eſt. ſ. nunc uiuentes ſani: nunc dico, quia iuxta Pſ. 101. Quia tempus miſerendi eius, quia uenit tẽpus eius &c. nũc quia omnis qui petit Mat. 7. accipit, & qui quærit inuenit: nunc, dum inueniri põt, Eſa. 55. ambulemus dum lucem habemus, Io. 12. Nam dicit Sapiens, Si læſeris eum iniuſtè in fugam conuertetur, & ſi extollens diſceſſerit, quæ quæras, & in qua uia quæras illum, neſcis, Eccle. 33. ſcitis fratres, ꝙ qui fugit difficulter rehabet. ſolicitetis ergo. ſolicitat aũt qui bene operatur: unde dicitur, bene conſurgit diluculò, qui quærit bona &c. Prou. 11. quæramus ubi eſt quærendus: inter doctores exempla matris ſuæ, Luc. 2. Ideo monet Sap. Eccl. 6. Si uideris ſenſatum euigila ad illum, & gradus oſtiorum illius exterat pes tuus. Senſatus eſt prædicator, cuius oſtium debet frequentare peccator: ibi .n. peccator inueniet Chriſtum Dei ſapientiam: unde dicitur, inter iuſtos morabitur gratia, Prou. 14. In cubiculo cõſcientiæ per deuotam orationem, ſicut docet dominus dicẽs, Cum oraueris intra in cubiculum tuũ, & clauſo hoſtio ora patrẽ tuum in abſcondito, & pater tuus qui uidet in aſcõdito reddet tibi &c. Mat. 6. Hinc Daniel dixit, adhuc me loquente in oratione mea, ecce uir Gabriel, quẽ uideram in uiſione a principio citò uolãs tetigit in tempore ſacrificij ueſpertini, Dan. 9. Angelus iſte ſignificat Chriſtum Ieſum, angelum magni conſilij quẽ inuenire merentur, & per gratiam habere oẽs orantes pro corde, & propoſito ſancto, iuxta illud Pſ. 131. Inuenimus eum in cãpis ſyluæ &c. locis. ſ. apertis ad orationem &c. quæramus iuxta ſepulchrum per memoriam mortis, ſicut Magd. de qua dicitur, Ioan. 20. Venit Maria Magdalene annuncians diſcipulis: quia uidi dominum. ſic & meretur Chriſtum inuenire, qui uigore ſuæ mortis memoriam habet.

Quæramus ſicut eſt quærendus. ſ. toto corde: in toto corde meo exquiſiui te, Pſ. 118. qui. n. ſic quærunt inueniunt: ideo dicitur, ne acceſſerit ad illum duplici corde, ne fueris hypocrita in conſpectu hominum, Eccl. 1. Nam ut dicitur Iac. 1. Vir duplex animo inconſtans eſt in omnibus uijs ſuis, & non extimet quod aliquid accipiet a Domino.

Ad quærendũ autem debet mouere utilitas rei inuentę: nihil. n. nobis utilius eſt Ieſu Chriſto qui eſt ſalus. Salus inquã uiuifica: unde dicitur, qui me inuenerit, inueniet uitam, & hauriet ſalutem a Domino Prou. 8. Eccl. 24. Salus uoluptuoſa: uita. n. ſine ſapientia non eſt uoluptuoſa, nam ſapientia facit appreciare rem pro ſui ualore: nam lumen intellectuale eſt, ſine quo nullum habetur gaudiũ: unde Tobias, quale

Pſ. 101. Matt. 7. Eſa. 55. Ioan. 12. Eccl. 33. Prouer. 11. Luc. 2. Eccl. 6. Prou. 14. Matt. 6. Daniel. 9. Pſ. 131. Ioan. 20. Pſ. 118. Eccl. 1. Iac. 1. Prou. 8. Eccl. 24.

le gaudium mihi erit, qui in tenebris ſedeo, & lumen cæli non uideo.
Tob.5. Tob.5. ideo dicit Sap. Beatus homo qui inuenit ſapientiam, Prou.3.
Prou.3. Salus honorifica: habebit.n. gloriam annexam. unde dicitur, tu autē
Pſ.3. domine ſuſceptor meus es, gloria mea, & exaltans c.3. Pſ.3. Salus ſuf-
ficientiſſima: quia cū diuitijs, & copia, iuxta illud amicus fidelis pro-
Eccl.6. tectio fortis, Eccl.6. & qui inuenit illum, inuenit theſaurū, & in Euan
Matt.13. ge. ſimile eſt regnum cœlorum theſauro abſcondito in agro &c. Mat.
13. Salus ſatiatiua: remouet.n. ab anima anxietatē expectationis. unde
Hier.6. dicitur Hiere.6. Interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit uia bona, &
ambulate in ea, & inuenietis refrigeriū manibus ueſtris. Salus aſſecu-
ratiua: quia expellit omnem timorem hoſtis: unde dicitur, uenite ad
Matt.11. me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiā uos, Matt.11.

Ad quærendum moueat damnum, qđ incurrunt, qui perdunt, nā qui perdit Ieſum cadit a uita mortuus, a ſapiētia cæcus, a gloria ignominioſus, a ſufficientia pauper, a refrigerio æſtuans, a requie uacillās, a ſatietate ſitibundus, a ſeueritate timidus.

Ad quærendum debet mouere inuitatio, ſeu uocatio ipſiuſmet hodie clamantis, & dicentis, ſi quis ſitit &c. quaſi dicat, ò auari, qui me perdidiſtis, & propterea inſatiabiles facti eſtis, & ſiti tāta ardetis. O laſciui, ò carnales, qui me perdidiſtis, & propterea malas, & immūdas uoluptates ſititis. O ſuperbi, ò ambitioſi, qui me perdidiſtis, & propterea honorem, & gloriam mundi ſic affectatis: Venite, uenite ad me, & ſitim omnem extinguetis, uenite inquam, priuſquam uadam, quia ubi ſum ego, uenire non poteritis: quia uado ad eum qui me miſit.

Ioan.8. Sed contra Io.8. qui me miſit, mecum eſt, & non reliquit me ſolū, quo iturus eſt Chriſtus, ſi cum patre ubiq; eſt, etiam dum eſſet in mūdo? quo inquam iturus eſt, qui ſua præſentia totum replet, an forſan extra uniuerſum iturus eſt?

Reſpondeo, quòd loquitur ſecundum aſſumptam naturam, qua aſcenſurus erat ad patrem, a quo ut primum deſcenderat in mūdum ueniens, & talis eſt ſenſus, Vado ad eum, ideſt in proximo, prædicationis meæ expleto officio aſcendo ad patrem: uel dicam reuertor aſcendendo ad eum, qui me incarnari conſtituit uos diſcipulos corporali præſentia relicturus. Vadit ergo ſaluator ad patrem, ut cum illo in excelſis ſedeat, quem in terris poſitus ſemper ſecum habuit in operando. Vadit inquam, ut pro nobis interpellet ſtans ante patrem, ut pec-
Ioan.12. catoribus dimittatur. Vadit ut ſpes noſtra firma ſit eundi ad illum, qui conuerſus ad patrem ait, Volo pater, ut ubi ſum ego, illic & cæ-
Ioan.16. tera. Vadit ut mittat ſpiritum ſanctum: quia ait, ſi enim non abiero,

paraclitus

paraclitus non ueniet ad uos &c. ſi non aſcendiſſet ad patrem, uana eſſet ſpes noſtra. aſcendẽdi ad illum. Vadit ergo Chriſtus ad patrem, quia nemo poteſt alius ad patrem aſcendere, niſi Chriſtus, ut nobis cœlorum ianua aperiat, Io. 3. nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcẽdit de cœlo filius hominis, qui eſt in cœlo. Ioan. 3.

Sed contra 4. Reg. 2. Helias per turbinem aſcendit in cœlum, ergo non ſolus Chriſtus: quia ante ipſum Helias in curru igneo aſcendit. 4. Reg. 2.

Reſpondeo non eſt arbitrandum ibi modo eſſe Heliam, ubi futuri ſunt ſancti, quãdo peracto diei opere denarium ſunt accepturi diuturnum: quia & hoc obtinere nequimus, niſi cum ex hac uita migraturi ſumus tranſlati in æternam, quanquã modo melius habeat Propheta, quàm ſi in hac uita eſſet: ipſe enim non morte, ſed tranſlatione migrauit: licet nondum obtinuerit, quod pro bene geſtis illi debitum eſt.

Sequentes tamen communem opinionem dicamus, quod Helias non empyreum, ſed æthereum duntaxat aſcenderit cœlum, ubi ſeruatur uſque ad Antichriſti tempora.

Ad aliam dico, quod ille cum Chriſto aſcendit, qui in terra poſitus didicerit prius deſcendere per humilitatem: quia primus aſcenſionis gradus humilitas dicitur, ut docuit Chriſtus in Euangelio, qui ſe humiliat, exaltabitur: & clarius dixit, niſi efficiamini ſicut paruuli &c. quam ſcalam ipſe primus erigens aſcendit, dum formam ſerui accipiẽs fuit nobiſcum uiator, qui taliter poſt gradus humilitatis perambulauit, ut uſque ad crucis mortem extiterit humilis, ob quod ſe ſequentibus ait, diſcite a me &c. Luc. 14.

Secundus fructus eſt, quod miſericordiam, quam oſtendit ferendo patienter impios conatus, cum poſſet propria uirtute, ut olim Datan & Abiron num. 16. uiuos ſubmergere, aut turbis trucidando prodere maluit ſua patientia inuitare ad pœnitentiam, ut ſignificaret doctrinam Euangelij non eſſe ſanguinariam, non ſpirare ſeditiones, & cædes: non excitare in republica tumultus, ut hæretici faciunt, qui uarijs cladibus imperia, regna, magiſtratus, reſpublicas, & ciuitates opprimunt prætextu bonitatis, & ueritatis. Non ſic Chriſtus, Apoſtoli, diſcipuli, & martyres, quorum ſanguine aſperſa credit Eccleſia. In illis enim non murmur reſonat, nõ querimonia, ſed corde tacito mẽs bona conſcientia conſeruat patientiã. Chriſtus itaque non ad arma, gladios, ſaxa, uel cædes confugit, ſed ad potentiam uerbi Dei, quæ facile omnes aduerſarias poteſtates coercet, & reprimit, ut 2. Cor. 10. Nam arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt, ſed potentia Dei ad deſtructionem munitionum, conſilia deſtruentes &c. Cæterum quia Exod. 16.

indigni erant miniſtri, qui nullam ueritatem audirét, ſed calumniari potius, ideo obſcurè illis proponit mortem non ipſorum, ſed ſuo arbitrio ſe ſubiturum, & inſuper diuinitatem quoque ſua indicat, dum

Amos 1. ait, Vbi ego ſum, uos non poteſtis uenire. quia ut ait Amos cap. 1. ſuper quatuor ſceleribus non conuertam eum declarat.

Exod. 20. Sed contra Exod. 20. Ego ſum dominus Deus tuus fortis, & faciés miſericordiam in millia his, qui diligunt me. ſi in millibus teſte Moſe, cur ultra tria ſcelera Deum non conuerti, ait Amos?

Reſpondeo, quòd ſententia Moſis ſic intelligitur, Deus parcit in millenario numero, hoc eſt in uirtute pietatis, & clementiæ: millenarius enim numerus ſemper deſignat clementiam in remiſſionibus. Vel dicamus in millibus, ideſt toties quoties peccator conuertitur, ponitur numerus finitus pro infinito.

Ad aliam dicunt Hebræi, quod Deus agnoſcere, remittere, & condonare dicitur noxiā uſque ad tertium peccatum eiuſdem ſpeciei, tertiò commiſſum, ultra uerò tertium non conſueuit ignoſcere, nec conuerti, ſed uult quod magna contritione, uel alio pari bono opere redimamus peccatum, licet non fiat hoc abſque ſua clementia hoc permittente. ſit ergo ſenſus, non parcit ultra tertium. i. non concurrit tāta uirtute ſicut antea, ſed hæc indiſpoſitio non in Deo, ſed in nobis imputatur.

Cum itaque hodie dicit, quæretis & non inuenietis. Hoc dicit ſine dubio diffidentibus, arrogantibus, inobedientibus, ac negligentibus dicit &c. Nimirum eſt fratres, cū dicatur, quærite dominum dū

Eſa. 55. inueniri poteſt, inuocate eum dum prope eſt &c. Eſa. 55. & pſal. dicat prope eſt, ideſt propitius dominus omnibus inuocantibus eum in

Pſ. 144. ueritate, Pſ. 144. & Sapiēs dicat, quis inuocauit eum, & deſpexit illū?

Eccl. 2. quaſi dicat, nullus, Eccl. 2. & Apoſtolus dicat, dominus enim prope

Phil. 4. eſt, Phil. 4. nunc autem dum quæritis me, & non inuenietis.

Aduertendum igitur eſt, quod iſtud uerbū, Dominus propè eſt, eſt uerbum timoris, & uerbum amoris: uerbum timoris malè uiuētibus, non.n. eſt aliquis fur, ita temerarius, & præſumptuoſus, qui mirabiliter non timeret, ſi diceretur ei, dominus propè eſt, Iudex eſt in.

Cum igitur iudex, & dominus noſter non longè ſit ab uno quoque

Act. 17. noſtrum: quia dicitur Act. 17. in ipſo enim uiuimus, & mouemur, &

Heb. 4. ſumus, & iuxta Apoſtolum, omnia autem nuda, & aperta ſunt oculis eius, Heb. 4. & proteſtetur nobis dicens, Putasne Deus è uicino, Ego ſum, dicit Dominus, & non Deus de longe? ſi occultabitur uir in abſconditis, & ego non uidebo eum: quaſi dicat, immo uidebo, dicit do

Hier. 23. minus, nunquid non cœlum & terram ego impleo &c. Hiere. 23.

Hoc

Hoc igitur ſtante cauere debemus ab offenſa diuina, & uerecundari, & erubeſcere, committere turpia in præſentia tanti Regis, de quo dicit ſponſa, en ipſe ſtat poſt parietem noſtrum, proſpiciens per feneſtras &cæ. Cant. 2. cuius tamen oppoſitum nonnulli faciunt, iuxta illud, Quin potius confuſione non ſunt confuſi, & erubeſcere neſcierũt Hiere. Specialiter autem erubeſcere deberent, tria hoĩum genera. ſ. Cant. 2. Hier. 6.

Auari, qui publicè præſtant ad uſuram, de quibus dicitur, confundantur omnes iniqua agentes ſuperuacuè, Pſ. 24. Confundi debent uſurarij: quia iniquè agunt contra præceptum domini ſcilicet mutuũ date, nihil inde ſperantes &cæ. Luc. 6. Confundi debent: quia ſuperuacuè agunt, ideſt ad ſuperfluitatem, non ad neceſſitatem congregant. Pſ. 24. Luc. 6.

Luxurioſi, qui publicè concubinas nutriunt, & concubinæ, quæ publicè nutriuntur, quibus dicitur, frons mulieris mætetricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere, Hierem. 3. De talibus conqueritur Dominus. Quia iuxta me diſcooperuiſti, & ſuſcepiſti, adulterum: dilataſti cubilectum &c. Eſa. 57. Hier. 3. Eſa. 57.

Manifeſti pauperum oppreſſores, & innocentum proſequutores, & proximo ſuo publicè detrahentes: unde dicitur, erubeſcant impij, & deducantur. ſ. de pœna in pœnam. Deducantur in infernum, muta fiant labia doloſa, Pſ. 30. & Iob. 19. arguens de hoc inimicos ſuos, d. non erubeſcitis opprimentes me &c. Licet igitur omnes peccatores erubeſcere deberent de peccato ſuo, ſpecialiter tamen iſti: & cum tententur, & ad aliud peccatum committendum inſtigantur, dicant illud Eſai. prope eſt iuſtus meus, egreſſus eſt ſaluator meus, Eſa. 51. Nõ ſolum dico hi erubeſcere debent, ſed & timere: & maximè obſtinati æternam pœnam, quoniam dominus, & iudex propè eſt ad puniendum eos: ideo dicitur Matt. 24. Si dixerit malus ſeruus in corde ſuo. moram facit dominus meus uenire, & cœperit percutere conſeruos ſuos: manducet autem & bibat cum ebrioſis: ueniet dominus ſerui illius in diei, qua non ſperat, & hora qua ignorat, & diuidet eum, partemq; eius ponet cum hypochritis, illic erit fletus & ſtridor dentiũ. unde & per Sapien. minatur horrendè, & cito apparebit nobis &c. Sap. 6. Durum iudicium nullam excuſationem acceptando: iudiciũ duriſſimum in his qui præſunt fiet, iuxta illud, quod dicitur Iob. 41. Non parcam ei uerbis potentibus, & ad deprecationem compoſitis, &c. Durius nullus preces ſanctorum exaudiendo: unde proteſtatur Noe, Daniel, & Iob, ſi fuerint in medio eius ipſi inſtituta ſua, liberabit animam ſuam. ſuas dicit, quaſi dicat, non alienas: Duriſſimũ quia nulla appellatio, ipſo dicente, cœlũ & terra tranſibunt, uerba autem Pſ. 30. Iob 19. Eſa. 51.

Matth.24. mea non prætetibunt &c. Matth. 24.

Eſt etiam uerbum illud, uerbum amoris, & conſolationis, & hoc bene uiuentibus. Laborantes enim in uinea multum gaudent, quando uident dominum uenientem, & ſecum laboris præmium deferentē: ideo ad conſolationem pœnitentium, & domini mandatis obedientium dicitur Apoc. 1. Beatus qui legit, & audit uerba Prophetiæ huius, & ſeruat ea quæ in ea ſcripta ſunt; tempus enim prope eſt &c. quaſi dicat, Fęlices ſunt illi, qui diligenter uerba Dei audiunt, Luc.11. & in corde ſuo cuſtodiunt, ut faciant, quoniam in proximo euangelicam remunerationem expectant. dicit ergo Apoſtolus, dominus prope eſt: q.d.

Si ignorantes eſtis, propè eſt dominus ad erudiendum: unde dicitur, Sed iuxta te eſt ſermo ualde in ore tuo, & in corde tuo, ut facias il Deut.30. lum, Deuter. 30. Deus enim paratus eſt erudire cor ad intelligēdum, os ad loquendum, manus dirigere ad operandum. Si in afflictione eſtis, patientes eſtote: quia dominus prope eſt ad animandum: nam ut dictum eſt Act. 17. Quamuis non longè ſit ab unoquoque noſtrum.

Si tentamini, patientes ſufferatis, quoniam dominus prope eſt ad Pſ.144. defendendum pugnantes, & eum in ueritate inuocantes, Pſal. 144. Si tribulamini a proximis ueſtris patientes eſtote, & conſolamini, quoniam dominus prope eſt ad conſolandum patientes, & ad eri- Pſ.90. piendum Pſal. 90. Cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum &c. & hoc eſt quod dicitur Eſai. 25. Quia factus eſt fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione ſua, ſcilicet aduerſitatum ſpes: a turbine, ſcilicet dæmonum: umbraculum ab æſtu. ſ. concupiſcentiarum carnalium &c.

Si alienis miſerijs compatientes doletis, conſolamini: quia domi- Pſ.33. nus prope eſt, iuxta illud, his qui tribulato ſunt corde, Pſ. 33. Dominus enim prope eſt, ut cuſtodiat ſacrificium ſuum ſpiritum contribu- Pſ.50. latum. ſ. Pſ. 50.

Si iuſti eſtis, & pęnitentes, perſeuerate, & conſolamini gaudentes, quoniam dominus prope eſt ad remunerandum uictores: unde dicitur, prope eſt, ut ueniat tempus eius, & dies eius non elongabuntur, Eſa.14. Eſai. 14. Et alibi, ecce uenio cito, ne ſcilicet dilatum tædium pariat, & merces mea mecum eſt, ut ſcilicet certitudo remunerationis ad laborem accendat: Dare unicuique ſecundum opera ſua, ne malus, ſci- Apoc.22. licet impunitatem ſibi permittat, Apoc. 22. alibi, noli timere, ſed uiriliter age, & confortare: quia ego protector tuus ſum, & merces tua Gen.15. magna nimis, Gen. 15. Volens itaque Apoſtolus a nobis omnem negligentiam, & malitiam repellere, & ad bona opera monere, & inducere

cere dicat Dominus prope eſt, in quibus verbis duo inſinuat de ſaluatore noſtro.

Primò excellentiſſimam potētiam, cum dicit, Dominus: & qualis Dominus, vtique quia potens, timeamus: quia ſapiēs, credamus: quia nobilis, & dignus reuereamur, honoremus, & adoremus, & in conſpectu eius inhoneſta tractare excellentiſſimæ potentiæ, profundiſſimæ ſapientiæ, inenarrabilis dignitatis erubeſcamus.

Secundò intimam in omnibus, quæ fiunt præſentiā, cum dicit, prope eſt, vt fortes ſimus, & patientes in tribulationibus, proſequutionibus, quoniam Dominus prope eſt, ad adiurandum, conſolandum, & retribuendum

Tertius fructus eſt, quòd miſcet Chriſtus clementem hanc miſericordiam, ne impunitatem peccandi, ſibi aliquis polliceretur terribili quadam comminatione futuri iudicij, dum ait, quæretis me, & nō inuenietis, & vbi ſum ego vos non poteſtis venire: cui enim nec ad gloriam, nec ad patrem, nec ad iuſtitiam peruenire licet. huic haud dubiè eſt terribilis expectatio futuri iudicij, & ignis, quæ conſumptura eſt aduerſarios, ſed hæc eſt excæcata carnis natura, vt Dei iudiciū, & ſeueritatem non agnoſcat, ſed rideat, aiunt impij, quò hic iturus eſt, quia non inueniemus, nunquid indiſperſionem, &c. quibus ſatis declararunt nimiam mentis cæcitatem: cæcitas enim ex parte contigit in Iſrael exigentibus, id ipſorum meritis, quia nunquàm niſi deſertus deſerit Deus: quos verò deſerit, hi dātur in reprobum ſenſum, in deſideria cordis, & paſſionis ignominiæ, Roma. primo. Hoc videre licet non ſolum in his Iudæis, quorum olim erant adoptio, gloria, teſtamentum, legis latio, obſequium, & promiſſa, Roma. 9. cum nunc his hominibus acciderint, ſed etiam in omnibus impijs Chriſtianis, qui verbis fatentur ſe noſſe Deum, factis autem negant, ad Titum primo: & in hæreticis, qui veritatem Dei in iniuſtitia detinent adulterantes verbum, Roma. 1. & 2. Corinth. 4. ait, Ioan. 3. loquens de electis contra obſtinatos, nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cęlo, cap. 3.

Rom. 1. Ro. 9. Tit. 1. Ro. 1. Io. 3.

Sed contra, Ioan. 12. Vbi ſum ego, illic & miniſter meus erit: ſi iſti ſunt miniſtri, iam ſunt miniſtri Chriſti, & creaturæ eius: quare dixit non poteſtis venire. Io. 12.

Reſpondeo, primò aſcendit, id eſt nemo mortalis cœleſtis effici poteſt, niſi ſit membrum illius, qui deſcendit de cœlo, vt in ſuis membris iterum ſcanderet cœlum, quia fideles ſunt, membra Chriſti, Epheſ. quinto. Membra ſumus corporis eius, quos mortificauit in carne, & viuificati in ſpiritu aſcendunt cum illo, quia caput

pur non eſt ſine membris.

Vel dicamus, quod aſcendere, & deſcendere pertinet ad animam intellectiuam, quám de cęlis deſcendere dicimus, dum vnitur corpori organizato: nec philoſophus hæſitauerat, dum illum de potentia materiæ, ſicut cæteræ formæ minimè educendam credidit, ſed de foris illam venire iudicauit. hæc enim ſi bene ſe iuſerit manere in corpore, proculdubio vnde venerat reuertetur.

Vel dicamus, nemo aſcendit in cœlum, ſcilicet, per ſe ſolus, quia ea poteſtate, qua animam ſuam poſuerat tradens ſe morti, illa eadem ſurgens ex mortuis aſcendit cœlum. Ceteri verò, qui cęlum aſcenſuri ſunt, non per ſeipſos, ſed illius præſidio aſcendent: & hoc docuit Chriſtus diſcipulos dicens. Iterum veniam, & accipiam vos ad me ipſum, & vbi ſum ego, & vos ſitis: ſic eſt de vno quoque fideli dicẽdum, iudicauimus: hi verò impij miniſtri non aſcendent, qnia & ſi creaturæ Chriſti ſint, tamen vocationem Chriſti ſpreuerunt, & onerati ſunt.

Quartus fructus eſt, quod in nouiſsimo feſtiuitatis die Chriſtus ſtando in templo, & clamando immemor omnis iniuriæ non deſinit inuitare ad ſuauiſsima Euangelij flumina ſitientes: argumentum eſt magnæ bonitatis, & clementiæ, nolens aliquem perire, ſed omnes ad veritatis cognitionem venire inſigni metaphora omnia beneficia ſpiritus ſancti proponit, & qua ratione haberi queant oſtendit, ſcilicet dum ſitientes, laborantes, & onerati ad oſtium accurrãt ſuppoſito faſtu propriæ iuſtitiæ, & agnita infirmitate naturæ, quæ medico indiget, quia ſana non eſt, Matt.9. Exigit autem pro tanto hoc beneficio Chriſtus non aurum, vel argentum, vt Eſa.55. Sed fidem, bonam voluntatẽ, & obedientiã mãdatorum, quæ licet nemo afferre poſsit, niſi ab ipſo Chriſto acceperit: vt enim initiũ fidei, quæ prima datur, per quam cætera impetrantur, non niſi ex Deo habemus, ita nec initium bonæ voluntatis, quia tamen liberi arbitrij ſumus, quo fit, vt ſæpius hæc bona reijciciamus, neque cogere videatur, acceſſum libertati noſtræ relinquit.

Eſa.55. Apo.22. Qui ſitit, & eſurit, Eſa.55. Apoc.22. veniat, non pedibus corporis, ſed affectu cordis, nec migrando, ſed amãdo, & bibat, & comedat. igitur ſi afflictio, paupertas, mors, conſcientia, & iudiciũ Dei præmiat, bibe per fidem ex fonte ſcripturarum clamantium cum ipſo, ſum in

Pſal.90. tribulatione, Pſal. 90. ſcit pater veſter, quod his omnibus indigetis,

Mat.6. Io.11. Matth.6. Ego ſum reſurrectio, & vita, Ioan.11. eum qni venit ad me

Ioan.6. non eijciam foras. Ioan.6. non miſit Deus filium ſuum in mundum,

Ioan.3. vt iudicet mundum, Ioan.3. Ideo inquit Chriſtus, qui credit in me,

non

non inani aut imaginatia fide, ſed ſicut dicit ſcriptura flumina de vētre eius fluent aquæ viuæ, quia neſcit molimina ſpiritus ſancti gratia, qua fideles non tantum in baptiſmo, vbi cupioſiſſimè hanc percipiunt, ſed in vera perfectaque pœnitentia perfunduntur, vt ferantur ad omnia pietatis, & bonorum operum exercitia: viuit.n. in eis Chriſtus, Galat. 2. cuius ſpiritu diffunditur charitas in cordibus ipſorum, Gal.2. qua impellente diligunt Deum ex toto corde, ex tota mente, ex tota Rom.5. anima, &c. & proximum, ſicut ſe ipſum. Matth. 22. Mat.22.

Hæc vera ſunt flumina, quæ de cordibus fidelium fluunt, quibus irrigatur Eccleſia, ſanctificatur ab operibus mortuis, defenditur aduerſus hæreticos ſchiſmaticos, qui ſuauiſſima hæc flueta, quæ non ſecus, vt aquæ Syloe fluunt, cum ſilentio guſtare nequeunt, eo quod delectentur turbidis, & lutoſis fluminis Nili aquis, ideſt falſarum opinionum, & hæreſum. Deus ergo eſt, & Chriſtus, qui iuſtificatur, vt Eccle. 18. Deus ſolus iuſtificari dicitur, & non obſtinati, neque hæretici: immo nullus ſine Chriſto poteſt iuſtificari. Eccle.18.

Sed contra, Rom. 2. factores legis iuſtificabuntur. Rom.2.

Reſpondeo, quod aliter iuſtificatur Deus, & aliter factor legis: nam Deus cum ſit ſumma iuſtitia in abſtracto, a ſe ipſo iuſtificatur, & non ab alio: quia hæc Iuſtitia non eſt ei accidens, vt in creaturis, ſed eſt realis, & ſibi conſubſtantialis, vt ait Auguſtinus, iuſtitia Dei illa dicitur, qua non ſolum ipſe iuſtus eſt, ſed etiam nos iuſtificat.

Ad ſecundam dico, quod hoc donum iuſtificationis non factori legis, quaſi ex ſe habeat, ſed Deo tribuendum, qui gratis voluit iuſtificare, Rom. 8. nouerat Paul. d. ſic autem hominem iuſtificat Deus, vt non ſecundum electionem propoſitum eius maneat, ſed ex propoſito electio, id eſt non quia inuenit Deus opera bona in hominibus, quæ eligat, ideo manet propoſitum iuſtificationis ipſius, ſed quia illud manet vt iuſtificet credētes, & quod homo ex ſe non habeat oſtēdit propheta, qui Pſal. 142. ait, quia nō iuſtificabitī cōſpectu tuo omnis viuens. colligimus, quod Deus ſua clementia nos iuſtificat, non ex meritis noſtris, vt non glorietur omnis caro in cōſpectu eius, 1. Cor. 1. quos verò ipſe iuſtificabit, nemo condemnare poterit, Rom. 8. Pſal.142. 1 Cor.1. Rom.8.

Hanc verò philoſophiam Chriſtianam non cognouerunt Hebręi, ideo miniſtros, vt Ieſum apprehēderent miſerunt. Erant enim ignorantia excecati, vt carnales, quæ ſunt Dei inſpicere nequeūt. Ideo Paulus ſcribens ad Rom. 16. vt eos ſapientes haberet, ait, ſed volo vos ſapientes eſſe in bono, & ſimplices in malo. Nō enim an ſit me Chriſtus baptizare, ſed euanzelizare non in ſapientia verbi, vt non euacuetur crux Chriſti. Verbum enim crucis pereuntibus quidem ſtultitia Rom.16.

eſt.

eſt ijs autem qui ſalui fiunt, id eſt nobis Dei virtus eſt: ſcriptum eſt .n.perdam ſapientiã ſapientium,& prudentiã prudẽtum reprobabo.

1.Cor. 2. De hac ſapientia primæ Corint. 2.ait, ſapientiam autem loquitur inter perfectos, ſapientiam verò non huius ſęculi, neque principum huius ſæculi, qui deſtruuntur, ſed loquimur Dei ſapientiam in miſterio, quæ abſcondita eſt, quam prædeſtinauit Deus ante ſęcula in gloriam noſtram, quam nemo Principũ huius ſęculi cognouit: ſi enim cognouiſſent, nunquam Dominum glorię crucifixiſſent.

1.Cor.14. 2.Cor.3. De hac loquitur, 1.Cor.14. ſi quis ignorat, ignorabitur. Nos verò omnes reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem tanquam a Domini ſpiritu.

Ephe.1. De hac ſapientia gloriatur Paul. cum Epheſ. 1. Gratia enim Dei abundauit in nobis in omni ſapientia, & prudentia, vt notum faceret nobis ſacramentum voluntatis ſuæ.

Philip 3. Propter hanc ſapientiam, omnia tanquàm nihil exiſtimabat, Philip.3. Veruntamẽ exiſtimo omnia detrimentum eſſe propter eminentem ſcientiam Ieſu Chriſti Domini mei. Hanc non habebãt Hebræi, nec cognoſcebant ſe indigere, & ſitientes eſſe, ideo Chriſtus, vt in excuſabiles fierent viuę vocis oraculo clamat ad omnes, ſi quis ſitit, id eſt indiget ſcientia, veniat ad me, Amen.

FERIA TERTIA Paſſionis.

PAVLVS Apoſtolus, ne Corinthij, & fideles omnes gloria huius mundi inflarentur, optimè docet qua gloria gloriari debemus, ſecundæ Corinth. 10. dicens, qui autem gloriatur in Domino glorietur: non enim qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt: ſed quem Deus commendat: hoc autem dixit, vt ipſe teſtatur, quia legerant

Hier.9. Hieremiam cap.9. dicentem, hæc dicit Dominus, non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, & non glorietur fortis in fortitudine ſua, & nõ glorietur diues in diuitijs ſuis, ſed in hoc glorietur, qui gloriatur, ſcire, & noſſe me, quia ego ſum Dominus, qui facio miſericordiam, & iudicium, & iuſtitiam in terra. Hęc enim placent mihi ait Dominus. Hoc quoque documentum obſeruauit, & dedit nobis Chriſtus, vt in Euangelio hodierno patet. quieſcite.

Quatuor fructus fideles in portu huius Euangelij, & ſacrę ſcriptu

ræ

ræ dulciſſimos,& omni laude dignos comedunt. Primus eſt quòd feſta huius mundi fugienda ſunt,& ad feſta Dei currendum eſt. Secundus eſt, quòd nemo poteſt duobus Dominis ſeruire, mundo, & Deo. Tertius eſt, quòd docet, quæ ſit mundi natura, ſcilicet amare ſibi ſimiles. Quartus eſt, quod docet, vt quæ ad gloriam Dei pertinent non faciamus ad gratiam hominum.

Circa primũ, feſta huius mundi fugienda ſunt: ibi enim peccata, vaniloquia, ebrietates,& crapula non deſunt,& ne in errorem inducamur, cum hoc nomen æquiuocũ ſit, prius diſtinguendum eſt, Dico igitur quod ſcriptura multa feſtiuitatum genera docet, nã quoddam inimicum eſt Deo,& ſanctis omnibus, ad quod nullo modo accedendum eſt: hoc autem feſtum carnale,& beſtialium hominum tantum eſt, de quo dicitur 1. Rég. 30. Ecce Illi diſcumbebant ſuper faciẽ vniuerſæ terræ comedentes, & bibentes, & quaſi feſtum celebrantes diem, & hoc pro præda & ſpolijs, quæ cæperãt de terra Philiſthinorum,& de terra Iuda. 1.Reg.30.

Notandum autem quod diſcumbere ſuper faciem terræ notat luxurias, in qua totus homo diffuditur,& ĩ terra iacet, Sapiẽtię 2. Nullum pratũ ſit, quod non pertranſeat luxuria noſtra. Alius, effuſi eſtis ſuper herbam, ſicut vituli ſuper herbã, & mugiſtis, ſicut tauri. Hier. 50. & bibebant, notatur peccatum generale: de quo dicitur Exod. 32. Her.32. In hoc autem, quod comedebant. Facto enim Idolo dixerat; cras ſolemnitas Domini eſt, &c. ſedit populus manducare,& bibere. In hoc verò quòd prędam hoſtium acceperãt, notatur rapina, hoc eſt carnalium hominum vacare luxurię, ebrietati,& rapinę, ſcilicet rerum alienarum, ſed heu, quoniam hoc feſtum alibi conuertetur in vigiliam æternam, iuxta illud, quod minatur Thobię. 2. Dies feſti veſtri conuertentur in lamentationem,& luctum; ad hoc feſtum nunquàm aſcendit Ieſus, nec diſcipuli eius: nec mirum. In tali. n. die feſto perdit Ieſus, Luc. 2. per quod innuit, ꝙ homo elongat à Deo, & gratiã eius, perdit in hoc feſto peccatorũ: vnde in perſona illius, qui aliqñ habuit Chriſtũ dñ 3. Reg. 20. Dũ aũt ego turbatus huc illucq; me verterẽ, ſubito non cõparuit, &c. Dũ. n. turbat homo per diuerſa peccata,& huc illuc, quæ ſe vertit p ſollicitudinẽ, ſubito pdit Chriſtũ, ſibi per grãm cõmiſſum. In hoc feſto occidit Ioan. in die natalis Hærodis, Mat. 14. In quo innuit, quod hõ in tali feſto incurrit mortẽ ſpũalẽ, in cuius figurã filij, & filiæ Iob edẽtes & bibentes, & q. feſtum celebrantes moriuntur: domus enim occidit,& occidit,& oppreſſit illos, vt dicitur Iob 1. In hoc feſto ſuſpenditur piſtorum magiſter in patibulo, quando fuit celebratus dies natalitius Pharaonis, vt dr Ge. 40. & in hoc fi Luc.2. Mat.14. Iob.1. Gen.40.

guratur,

guratur, quod peccator in hoc feſto meretur æternam pœnam, & ſu-
Iob.21. ſpendium æternæ damnationis. hoc eſt, quæ dicit Iob 21. tenēt thimpanum, & cytharam, & gaudent ad ſonitum organi: ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt; tunc enim impletum erit illud ceſſauit gaudium timpanorum, quieuit ſonitus lætantium,
Eſa.24. conticuit dulcedo cytharæ, &c. Eſa. 24.

Quoddam eſt feſtum, quod eſt gratum Deo, ad quod eſt aſcendendum, quaſi occulto, & illud eſt feſtum ſpirituale ſtatutum a ſanctis pa-
Heſt.ult. tribus: vnde de quolibet feſto ſanctorum dici poteſt. 1. Heſt. vltimo. Vnde & vos inter cæteros feſtos dies, hanc habetote diem, & celebrate cum omni lætitia: ſecundum autem quod ſtatuti ſunt dies ad celebrandum de cauſis.

Primo, vt tali die homines vacarent diuinæ laudi, orationi deuotæ, & doctrinæ ſanctæ cum alijs diebus occupentur operibus huius
Numer.10. mundi. Vnde dicitur Numer. 10. ſi quando habebitis epulum, & dies feſtos & calendas, canetis tubis ſuper holocauſtis, & pacificis victimis, vt ſint vobis in recordatione Dei veſtri, &c. per tubas intelligitur diuina laus, deuota oratio, doctrina Euangelica.

Secundò diuinum auxilium ſperemus, cum in tali die recolamus auxilium collatum illi ſancto, puta quod liberauit Agnetē de incendio, Clemētem de mari, &c. & ſic de alijs, &c. Ideo ſperandum eſt nobis: propterea dicitur. Ad eloquium veſtrum corda eorum erigite, vt memores ſint, quia tentati ſunt patres noſtri, vt probarentur, ſi verè
1.Mach.2. colerent Deum ſuum. hoc idem 1. Mach. 2. dixit Mathatias filijs ſuis, Nunc ergo filij æmulatores eſtote legis, & date animas veſtras pro teſtamento patrum veſtrorum, & mementote operum patrum, quæ fecerunt in generationibus ſuis.

Tertiò animandum ad pugnandum ſuo exemplo: ſi enim debiles perſonæ vicerunt mundum, carnem, & diabolum, quanto magis fortes potuerunt vincere? nonne pueri, & puellæ ſuperauerunt tyranos, impios, & carnifices crudeles: vnde Apoſtolus, infirma mundi elegit
1.Cor.1. Deus, vt confundat fortia, 1. Cor. 1. Hoc figuratum eſt cum dicitur, egreſſi ſunt autem pueri principum prouinciarum in prima fronte,
3.Reg.20. ſcilicet ad pugnandum. 3. Reg. 20.

Quartò, vt impetremus diuinum auxilium ſanctorū precibus: ſanctè enim beatificati poſſunt dicere nobis illud, Nos ergo in omni tēpore, ſine intermiſſione, in diebus ſolēnibus & cæteris, quibus opor-
1.Mach.12. tet, memores ſumus veſtri in ſacrificijs, quæ offerimus. 1. Macha. 12.
Iob.5. Vnde monemus voca ergo ſi eſt, qui tibi reſpondeat, & ad aliquem ſanctorum conoettere, Iob 5. contra perſequutores bonorum per auxilium

xilium cœleſte iudicium.

Quintò, vt imitentur ſanctorum veſtigia: vnde Apoſtolus, imitatores mei eſtote fratres, & obſeruate eos, qui ita ambulant, ſicut habetis formam noſtram, Philip. 3. In continuus enim ſolemnitatibus habemus formam vitæ ſanctorum, ideo dicit Angelus imitari non pigeat, quæ celebrare delectat &c. Ad iſtud feſtum eſt aſcendendum vita, moribus, & reuerentia feſtiuitatis: & ſicut corporaliter aſcẽdimus hoc tamen debemus facere quaſi in occulto, ſcilicet, non ſtipati ſocijs non cum ſtrepitu, & clamoribus: in quibus irritatur Deus, quæ tamen mille, & mille faciunt contra: quos dicit Eſai. 1. Calendas veſtras, & ſolẽnitates veſtras odiuit anima mea, &c. Ideo minat Amos 8. Conuertam feſtiuitates veſtras in luctum, & omnia cantica veſtra in planctum, & inducam ſuper omne dorſum veſtrum ſaccum, & ſuper omne caput caluicium, &c. in hoc potiſſimè peccant mulieres in diebus, &c. nam quia in choreis, & cãtu: ideo promittitur eis luctus, quia in apparatu veſtimentorum: ideo induet ſaccũ, ſcilicet, in morte: quia in ornatu capillorum, ideo patientur caluitium. Philip. 3. Eſa. 1.

Quoddam & Tertium feſtum, eſt feſtum Dei, & ſanctorum omnium, quod nunquàm interrumpitur, ſed continuè celebratur: & eſt feſtum cœleſte, & æternum, ad quod præcipit nobis aſcendere, & qđ omnibus modis eſt aſcendendum: & de iſto dicitur, Reſpice Syon ciuitatem ſolemnitatis, Ciuitas ſolemnitatis eſt æterna beatitudo &c. In hac autem ſolemnitate ſancti feſti fiunt illa, quæ conſueuerunt fieri in ſolemnibus: nam quieſcent à laboribus. A modo iam dicit ſpiritus, vt requieſcant à laboribus ſuis. Non enim laborabũt amplius, neque metent, neque congregabunt in horrea, &c. Vnde dicitur. Dabo patrem in finibus veſtris, dormietis, & non erit, qui exterreat. Induentur nouis veſtibus: vnde dicitur, Auferte veſtimenta ſordida ab eo: loquitur de viro iuſto, cuius veſtimentum ſordidum eſt, corpus animale, quod corrumpitur: ſed veſtimentum mutatum erit in corpus glorificatum, quod non deficiet aliqua diuturnitate: ſicut ſcriptum eſt Deut. 8. Veſtimentum tuum, quo operiebaris, nequaquam vetuſtate defecit. Eſa. 33. Apoc. 14. Deut. 8.

Figuratur in Ioſeph, de quo dicitur, eductum Ioſeph de carcere tonderunt, ac veſte mutata obtulerunt ei: & Ioſeph in carcere, ſignificat iuſtum in monumento, qui in reſurrectione tondetur: quia aufertur ab eò omnis pœnalitas: & veſte mutata, id eſt carne glorificata, offertur ab Angelis regi ſæculorum. Delicatioribus veſcentur cibis, iuxta illud, quod dicitur de conuiuio Aſſueri. Alijs, atque alijs vaſis cibi inferebatur. Sed quales ſunt illi? proculdubio panis Angelorum Gen. 14. Heſter. 1.

Iob.1. lorum, quem qui guſtauerit mortem, non videbit in æternum. Et hoc eſt, quod dicit Eſa. Ecce ſerui mei comedent: & vos eſurietis. Ecce ſerui mei bibent, & vos ſitietis. Ecce ſerui mei lætabuntur: & vos confundemini. Hæc eſt ſolemnitas, de quà dicitur, Canticum erit vobis, ſicut vox ſanctificatæ ſolemnitatis, & lætitia cordis; ſicut qui pergit cum tibia, vt intret in montem Domini ad fontem Iſrael, Vbi (dicit Auguſt.) eſt gaudium ſine triſtitia, æternitas ſine labe: ſerenitas ſine nube.

Nunc autem nullum aliud feſtum ſolemnizatur, ad nullum aliud aſcenditur, nullum aliud feſtum fit, niſi feſtum carnis, & mundi: qđ tamen potius eſt fugiendum: & hoc propter multa. Primò, quia intempeſtetiuum, ideſt incongruum, & inutile: nam hoc feſtum fit tempore uigiliæ: nam cito præſens eſt vigilia ſolemnitatis æternæ. In hac autem vigilia eſt ieiunandum: iuxta illud. Conuertimini ad me, in toto corde veſtro, in ieiunio, &c. Eſt lugendum: ideo ſubdit in fletu, &
Iob.6. platu. Et Dominus ipſe dicit, Beati, qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. Eſt vigilandum etiam, vt tandem veniatur ad feſtum, iuxta il-
Mat.28. lud Euangelij, Beati ſerui illi, quos cum venerit Dominus inuenerit
Luc.1. vigilãtes, &c. Sed qui facit feſtum ante tempus ęternæ ſolemnitatis, inueniet vigiliam inferni. Stultum enim eſt feſtare extra patriam, & in auxilio, extra quam ſumus nos, quouſque ſumus in hoc mundo:
Heb.13. Non enim habemus hic manentem ciuitatem, ſed futuram inquiri-
Pſal.33. mus. Ideo Dauid dicit, Aduena ego ſum apud te, & peregrinus, ſicut
Luc.6. omnes patres mei. Hinc minatur Dominus. Veh vobis, qui ſaturati
Iob.7. eſtis: quia eſurietis. Ecce vigilia. Intempeſtum, quia militia eſt vita hominis ſuper terram. Fit tempore guerræ, & ante Iuſtitiam, & dum eſſet armis inſiſtendum: quia mundus, caro, Dæmonia, diuerſa mouẽt pręlia; & quia nullum non obſeruant, hoc ideo ab hoſtibus improuiſè capiuntur: ſicut dicit ſapiens, Sicut piſces capiũtur, homo, & aues
Eccl.9. laqueo comprehenduntur: ſic capiuntur homines in tempore malo, cum eis extemplò ſuperuenerit. Fit hoc feſtum de requie, ante labo-
Iob.5. rem, & tempore, quo eſſet laborandũ, & operibus inſiſtendum: nam homo naſcitur ad laborem. Ideo monet Apoſtolus. Dum tempus habemus, operemur bonũ. In medico enim pręſentis vitę ipſum lucrari, vnde homo viuat in ęternum. Eſt enim vita iſta, ſicut dies ad annũ: ſicut tempus ad ęuum, &c. & qui otiatur nunc, tandem trãſibit ad la-
Pſal.48. borem, iuxta illud. Et laborabit in ęternum, & in pœnis. Laborandũ inquam: quia apud inferos non inuenitur cibus. Ideo monet Sapiens.
Eccl.9. Quodcunq; facere poteſt manus tua, inſtãter operare: quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcĩa erunt apud inferos, quò tu perperas?

Secundò

Secundò renuendum eſt hoc feſtum mundi, quia inhoneſtum.: nam meliores deprimuntur,& peiores exaltantur: Vnde Sap. Eſt malum. quod vidi ſub ſole,quaſi per errorem ingrediens a facie principis:poſitum ſtultum in dignitate ſublimi; & diuites ſedere deorſum. Vidi ſeruos in equis,& principes ambulantes ſuper terram,quaſi ſeruos. Eccle. 10. Hoc idem quotidie malum videmus. In hoc feſto male ſeruitur: nam illi,quibus amplius apponitur, magis eſuriunt. Diuites eguerunt, & eſurierũt. Et alibi. Auarus non implebitur pecunia. Hinc dicebat Hierony. Auaro tam deſt quod habet,quàm,quod non habet: quia nec de eo quod habet gaudet: immo multotiens: nec tangere præſumit. In hoc feſto multi infirmantur: cibi enim corrupti ſunt,& venenati: vnde dicitur, In multis enim eſcis erit infirmitas: & propter crapulam multi obierunt:qui autem abſtinens eſt, adijciet vitam. Et multi (teſte illorum conſcientia) redeunt de choreis & feſtis vulnerati corde,& mente,&c. Pſal.33. Eccl.5. Eccle.37.

Tertiò,quia periculoſum: nam (experientia teſte) ſæpe, ac ſæpius videmus,quòd in hoc feſto ſunt multa iurgia: iuxta illud. Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt. Quandoque enim ludentes ob obulum litigant,ſe inuicem irritant,& quandoque a ſcintilla augetur ignis: quia ſe occidunt,&c. ſimiliter in choreis, in torneamentis, in conuiuijs ſępe contingit. Ideo dicit Sapien. melius eſt vocari ad olera cum charitate, quàm ad vitulum ſaginatum cum odio, & cætera. In hoc feſto ſunt multæ ſeditiones: exemplum de Abſalon, qui inuitauit Amon, vt occideret eum, vt dicitur, ſecundæ Reg. 13. Ideo monet Sap. ne comedas cum homine inuido, & ne deſideres cibos eius. In hoc feſto multa infortunia contingunt: nam ſicut in diebus Noe, ita erit & aduentus filij hominis, ſicut enim erant in diebus ante diluium comedentes, & bibentes, nubentes, & nuptui tradentes, vſque ad eum diem, quo intrauit Noe in arcam, & non cognouerunt donec venit diluuim,& tulit omnes. Itam erit, & aduentus filij homnis, & cætera. quaſi velit dicere. Sicut, illis comedentibus, & bibentibus, feſtantibus, ſuperuenit diluuium: ſic multotiens talibus agentibus feſta mundi, contingit aliquod infortunium: ſimiles porco comendenti ſub ſecuri eleuata ad percutiendum illum. Vnde dicitur: Adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum, & ira Dei aſcendit ſuper eos. Prouer.13. Eccle.11. Prouer.18. 2.Reg.13. Gen.6. Mat.24. Pſal.77.

Hæc cogitantes, poteſtis ipſimet iudicare, quam fatuũ ſit ſic feſtare, carnalibus .ſ. vacare mundi negocijs, vaniloquijs, ludis, ebrietatibus vanitatibus,&c. Hinc.n. oĩa mala corpori, & animæ contingũt. Eia fratres,& filij ſabatizetis, ſanctè agatis, ſanctè iuuatis: cogitatus,

actus,verba,vanitates,& inutiles diſcurſus abijcite: orationibus, cō templationibus, verbi Dei prædicationibus vacate: gratiam Deo, pro datis beneficijs agite: de peccatis commiſſis, de bonis amiſſis do lete, pœnitentiam agite, & feſtum gratum Deo celebrabitis. Et in oculto, ideſt ad Dei laudem, non ad pompam. Et ad hoc feſtum cordium,& corporum deſcendet Dominus,qui in medio veſtri erit, ad iuuans,gratiam conferens, vt tandem feſtum æternum attingere valeatis: vbi ſolum boni,veſtiti veſte nuptiali charitatis præmiantur,&
Matth. 22. ingrediuntur: & vbi nulla eſuries,vbi non venenum infirmitatis: ſed
Apoc.7. manna, ſeu theriaca perpetuæ ſanitatis apponitur, vbi nullum periculum, nullum iurgiū, continua pax, nulla ſeditio, nihil infortunij; vbi totum gaudium, totum lætitia,totum exultatio, & ſempiternū iubilum:vbi immortalitas,vbi omnium bonorum plena,perpetuaq; ſecuritas,& ſatietas.

Secundus fructus eſt,quòd oſtendit exemplo ſuo Christus,quales eos eſſe oporteat, qui carnem ſuam crucifixerunt, alienos a delectationibus mundi, ſcientes, quòd qui voluerit amicus eſſe huius ſeculi,inimicus Dei conſtituitur: amicitia enim huius mundi Deo eſt ini-
Iacob.4. mica.Et quòd mundus tranſit, & concupiſcentia eius. Proinde ip-
1.Io.2. ſos debere fugere de Babylone: ne iræ,vel fornicationis vino inebriē
Apo.18. tur: ſed vt mundet ſe ab omni iniquinamento carnis, & ſpiritus:
2.Cor.7. perficientes ſanctificationem in timore Dei.Parati, quocunque tempore iuſſerit Deus, ferre mundi iniurias, afflictiones, contumelias, perſequutiones,& cruces: ſcientes, quòd per multas tribulationes
Act.14. oportet nos intrare in regnum Dei, & etiam quòd non ſine patris vo luntate hæc accidant: non tamen pro mūdi arbitrio, qui ſemel extinctos vellet,quos odit.

Reſpondit autem Chriſtus magna modeſtia, tempus ſuum nō dū aduenisse, vt decretum erat, vt per paſſionem,& crucem non ſolū Iu-
Eſa.1. deæ,ſed toti mundo innoteſceret,q.d. Hæc feſtiuitas mihi abominatio eſt, in qua ſcilicet omnis viget malitia; veritati obſiſtitur, diuina voluntas non ſeruatur. Tempus autem veſtrum ſemper eſt paratum. Qui nihil aliud niſi honores, diuitias, gloriam mundi inſomniatis: vos qui etiam cum Deus blaſphematur, cum ueritas opprimitur, & mala inſurgunt, ſemper ridetis ſecuri. Quibus verbis apertè diſcernū tur,qui ſunt Chriſti,& qui ſunt mundi: quia illis mundus crucifixus
Gal.6. eſt,& ipſi mundo. Iſti autem tenent tympanum,& cytharam, & gaudent ad ſonitum organi; ducunt in bonis dies ſuos,& in pūcto ad in-
Gal.5. ferna deſcendunt. Ideo Paul. Qui Chriſti ſunt, carnē ſuam crucifixerunt cum vitijs,& concupiſcentijs.

Sed

Sed contra, Nemo.n.vnquam carnẽ ſuam odio habuit &c.declara.

Reſpondeo,ꝙ quatuor diligenda ſunt ordinatè. Primum,quod ſupra eſt,i.Deum.Secũdũ,quod nos ſumus.Tertiũ,qđ iuxta nos.Quartũ,quod infra nos. Ait Aug. quantumlibet homo à veritate excedat, manet tamen illi dilectio ſui: ideo non poteſt niſi ſe, & corpus ſuum diligere. ad hunc ſenſum ait Paul. Nemo unꝗ carnẽ ſuã odio habuit.

Ad primum dico,quòd carnem crucifigere nil aliud eſt,quàm veterem hominem mortificare cum ſuis concupiſcentijs, abnegare ſe, & mori peccato, vt poſtea in nouitate vitæ ambulemus, & iuſtè viuamus,& non carni. Si ergo cupimus ſeruare carnem in vitam æternã, oportet in hoc mundo illam odiſſe: quia,qui odit animam ſuam &c. Mat.16. Profectò ſic carnem odiſſe, eſt illam fructuosè diligere, & cuſtodire ad gloriam. Senſus ergo talis eſt, ſcilicet, nemo carnem ſuam odio habuit, vt illam à vitijs expurgatam nollet perpetuò ſeruare,& cuſtodire in vitam æternam.

Tertius fructus eſt, quòd quando ait. Non poteſt mundus odiſſe vos, me autem odit: docet eleganter, quę ſit propria mũdi natura, ſcilicet amare ſibi ſimiles. quia enim mundus totus in maligno poſitus 1.Io.5. eſt, non poteſt non malos diligere,& odiſſe,& perſequi pios. Quia de mundo non eſtis: propterea odit vos mundus, ait Chriſtus. ſed Mat. Mat.10. 10.ait, omnis ergo, qui confitebitur me coram hominibus, cõfitebor Luc.12. & ego eum coram patre meo, qui in cœlis eſt.

Sed cõtra Paul.2.Timo.2. Chriſtus negabit nos coram patre ſuo. 2.Tim.2. declara. Si negauerimus,& ille negabit nos.

Reſpondeo, quòd Chriſtus, quos ex ſuis ouibus non fore agnouerit, eos negabit. Qui de mundo ſunt, carnalia viuunt, ſapiunt. Diſcurre optimè per ſtatus omnes,& peccata omnia: Confitebitur verò fideles. Ideo ait, Ioan.17. quòd Chriſtus aſcendens in cœlum tantum rogabit pro Apoſtolis. Io.17.

Sed contra idem Chriſtus aſcendens in cœlum rogabit pro alijs. Diſcurre.

Reſpondeo, quòd dicit non pro eis tantum rogo, ſed pro omnibus, qui in me credituri ſunt,& non pro mundo. Sed dico, quòd Apoſtoli non ſolum intelliguntur illi, quos dedit pater in principio: ſed omnes, qui credituri erant per prædicationem apoſtolorum, erunt vſque ad diem iudicij: ergo pro omnibus electis, non pro mundo. Diſcurre,& applica.

Quartus fructus eſt, dũ negat ſe ad feſtum aſcendere,& poſtea aſcẽdit. Non eſt contradictio, ſed reſpondit ſecundum conſiliũ ſibi datũ a conſanguineis. Quibus verbis nos docet, quòd ea, quæ ad gloriam

Dei pertinent, non faciamus ad gloriam hominum; vt euaneſcamus: non enim ſufficit bona agere, ſed bona bene agẽda ſunt, ſcilicet in gloriam Dei: ad Phil. 1. Quod docet fides ad proximi vtilitatem, quod ſuadet charitas. 1. Cor. 13. Significat etiam Chriſtus, fore, vt Iudæorum feſta, & ceremonias, vmbram, ſacrificia, & oblationes breui abrogarentur: quando ad interiora velaminis ipſe pro nobis introiret: vbi verum tabernaculi feſtum, non ipſe tantum, ſed qui eſſent præordinati ad vitam perpetuò apud patrem agerent. Aſcendit autem ad hoc feſtum occultè, tum quia nondum venerat hora illa, qua tranſiret ex hoc mundo ad patrem: tum etiam, vt verum ſe ſe hominem demonſtraret: neque enim vbique illum decebat diuinitatis ſuæ potentiam demonſtrare, vt exemplo eſſet his, qui circundati ſunt infirmitate, ne inimicorum ſuorum conceptum irritent, aut Deum tentent: ſed dent locum iræ. Aſcendit, vt in ſignem ſuam miſericordiam, & charitatem erga Iudæos commendaret: qua cupiebat eos ad veram Dei cognitionem peruenire. Illi verò è contra, magna malitia, & obſtinatione ſemper veritati reſiſtunt, & collatum, ſibi lumen reijciunt, & nomen eius nullatenus audire poterant: quod non ſine iuſto Dei iudicio factum eſt: indigni etenim erant, cum in eo oporteat nos ſaluos fieri. Deinde murmurantes dixerunt, vbi eſt ille? Sed Chriſtus docet, verbi Dei miniſtros non debere propter odium impiorum à veritate fidei veritatem relinquere: & præſertim in templis, vbi Deus particulariter honoratur. Audi ſcripturam 2. Paralip. Maieſtas Domini impleuit templum.

Sed contra, Act. 17. Deus non habitat in templis manu factis. Si maieſtas Domini impleuit templum illud à Salomone conſtructum, vt non poſſent ſacerdotes templum ingredi (vt ait ſcriptura) quomodo Paulus ait ad Ariopagum. Deus non habitat in templis manufactis.

Reſpondeo, quòd voluit oſtendere Paulus, Deum non habitare in locis ab hominibus factis: ſed in electis per gratiam, tanquam excellentioribus templis, primæ Corinth. 3. Neſcitis, quia templum Dei eſtis vos, & ſpiritus Dei habitat in vobis. In hoc enim templo diuina manu conſtructo, ſtupendo modo habitare dignatur ille, qui cœlum, & terram implet, Sed dices, Nonne Salomon dicit, Dominus mihi pollicitus eſt, quòd habitaret domum, quam ædificaui nomini eius?

R ñdeo, ꝙ Deꝰ nõ habitauit illud, licet rogaret: ſcriptũ eſt.n. domꝰ mea domus orõnis vocabit. Et ſm hũc ſenſum itellr. prima ſcripturę auctoritas. ſ. maieſtas Dñi ingreſſa eſt tẽplũ. Quia Deus fit proximus oranti.

Margin notes: Philip. 1. — 1. Cor. 13. — Heb. 6. — 2. Paralip. — Act. 17. — Act. 17. — 1. Cor. 3. — Hie. 23. — Esa. 56.

oranti. Quia licet in ſcripturis nominetur locus Dei, non ita eſt intelligendus, quòd ibi contineatur Deus: ſed quòd ei peculiari modo præſenſit, non tamen in illo continetur, tanquam in loco: cum non ſit corporeus, neque lineamentis circunſcribitur. Sunt autem credentes in illo, lapides noui, ſuperpoſiti lapidi angulari, in quo omnis ędificatio conſtructa creſcit in templum ſanctum in Domino. Hi enim lapides templum integrant in terra, in qua Deus habitat: de quibus Petrus 1.2.ait, Et ipſi, tanquàm lapides viui, ſuperædificamini domos ſpirituales in ſacerdotium ſanctum, offerentes ſpirituales hoſtias acceptabiles Deo per Chriſtum. Diſcurre optimè. Vide ſi altaria ſunt polita, ſcilicet corda: ſi ignis amoris ardet: ſi fumus bonorum operum eleuatur. Diſcurre optimè: & è contra. Dicit ergo, ego autem non aſcendam, id eſt ad feſta vana huius mundi, vt gloriam acquiram, vt vos exoptatis: gloria enim huius mundi vana eſt: non enim in hoc ſæculo gloriari debemus, vt in exordio prædiximus: ſed in Deo, & in operibus bonis, vt Roma.2. Gloria autem & honor, & pax omni operanti bonum. Ephe.ſ.2. 1.Pet.2. Ro.2.

Gloriari oportet, quòd ſumus filij Dei Roma.5. Gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei. Ro.5.

Gloriari oportet in tribulationibus, Ro.5. ſed & gloriamur in tribulationibus. Rom.5.

Gloriari oportet, quia Dominis ſumus rerum omnium primæ Corinth. tertio. Itaque nemo glorietur in omnibus. omnia enim veſtra ſunt. 1.Cor.3.

Gloriari oportet in bona conſcientia, ſecundæ Corinth. primo; Nam gloria noſtra, hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ. 2.Cor.1.

Gloriari oportet in infirmitatibus, ſecundæ Corinth. 11. libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti, & capit.13. Gaudeamus enim, quoniam nos infirmi ſumus: Vos autem potentes eſtis. 2.Cor.11. 1.Cor.13.

Gloriari oportet in cruce Ieſu Chriſti. Galat.6. abſit mihi gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti. Gal.6.

Gloriari oportet in aduentu Chriſti ad nos. Philipp. quarto. Gaudete in Domino ſemper: iterum dico, gaudete: Dominus enim prope eſt. Philip.4.

Gloriari oportet in donis Dei, primæ Theſ. quinto, propter quod conſolamini inuicem, & ædificatè alterutrum: & conſolamini puſillanimes. Quæ eſt enim noſtra ſpes, aut gaudium, aut corona gloriæ? 1.Theſ.2. 1.Theſ.5. 1.Theſ.2.

1.Teſ.2. Gloriari oportet in ſocietate ſanctorum hominũ.1.Theſ.2.Vos.n. eſtis gloria noſtra,& gaudium.Chriſtus igitur ſciens gloriam mundi vanam eſſe, vt doceret nos hanc gloriam bonam, ad diem feſtum, quando parentes eũ rogabant, aſcẽdere noluit:aſcendit tandem non eo modo, quo parentes hortabantur ipſum: ſed vt veri fideles ad feſta Domini, vt laudent Deum, & pro omnibus orent, aſcendere voluit. Sic vos fratres aſcendatis, vt coronam immarceſcibilem acquirere poſſitis. Laus Deo.

FERIA QVARTA Paſſionis.

Facta ſunt, encænia in Ieroſolimis. Ioan. 10.

PAVLVS Apoſtolus, docuit Hebræos magnum miſterium, quod hodie in Euangelio nobis aperit Chriſtus. Et hoc eſt, quòd Chriſtus verus paſtor eſt, diuinus, & Heb.13. magnus. Ideo cap.13.ait. Deus autem pacis, qui eduxit de mortuis paſtorem magnum ouium in ſanguine teſtamenti æterni, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Hunc futurum paſtorem prophetarunt prophetæ: vt inter alios Eſaias, cum dixit. Dic ciuitatibus Iudæ. Ecce Deus veſter. Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur. Ecce merces eius, cum eos, & opus illius corã illo, ſicut paſtor gregem ſuum paſcet, in brachio ſuo cõgregabit agnos, & in ſinu ſuo leuabit, fœtas ipſe portabit. Eſa.40. Eſa.40. Meritò hodiè Chriſtus Iudæis hoc aperit, dicens. Ego ſum paſtor bonus, & oues meæ vocem meam audiunt, quieſcite.

Sicuti nautæ, & peregrini portus Panormi, quatuor in Vrbe fœlici diligenter ſolent inſpicere in rebus ſpiritualibus. Primò inſpiciũt, Archiepiſcopum, verum paſtorem animarum eſſe. Secundò cognoſcunt illum obſeruare, quæ ad verum paſtorem pertinent. Tertiò cognoſcunt Panormitanos eſſe veras oues Chriſtianas. Quartò cõſiderant, illos obſeruare, quæ ad fideles oues pertinent.

Sic fideles in hoc ſacro Euangelio quatuor fructus dulciſſimos cõſiderant. Primus eſt, quòd Chriſtus ſit verus paſtor diuinus. Secundus eſt, ꝙ Chriſtus eas conditiones obſeruauit, quæ ad verũ paſtorem pertinent. Tertius eſt, quòd omnes fideles corde, ore, & opere ſunt oues veræ Chriſti. Quartus eſt, quia habent conditiones pertinentes ad veras oues.

Circa

Circa primum ſciendum eſt, ꝙ Chriſtus nobis fecit ſicuti præceptor diſcipulis facit: qui non ſolum diffinitione, argumentatione, & diuiſione eos inſtruere conatur; ſed exemplis, vt mō faciliori id, quod velint, perciperent. Ita Chriſtus cognoſcens difficultatem, & imbecillitatem intellectus noſtri, & magnitudinem ſuę naturæ, vt ipſum cognoſcere poſſimus, multis nominibus ſe nominare fecit. In antiqua lege Deus vltionum Dominus, Dominus Deus fortis, Zelotes, iudex nominari voluit, quia lex tunc iram operabatur. In noua autem lege, quoniam lex amoris dicitur, nominibus placabilibus appellari voluit, vt amorem, & dilectionem oſtenderet. Ideo dictus fuit caput Ecclefiæque fundamentum, lapis angularis, vitis, lux, oſtium, panis viuus, ſol iuſtitiæ. Et hodiè in Euangelio dicit ſe paſtorem. Ideo oues meæ vocem meā audiunt. Magna enim ſunt cætera nomina: ſed hoc nomine ſolo paſtoris, ſe totum nobis præbet: & immenſam charitatem ſuam, Patriſque, & ſpiritus ſancti oſtendit. Pſal.93. Pſal.23. Pſal.7. Ephé.5. Ioan.13. Ioan.8. Ioan.10. Ioan.6.

Multis enim de cauſis verus paſtor, Chriſtus dici poteſt. Primò ex paterna traditione: nam pater tradidit ei curam ouium, ideſt hominum, per commiſſionem. Sic hodiè dicit in Euāgelio. Pater meus qđ dedit mihi maius eſt oībus, & nemo poteſt rapere de manu patris.

Secundò, ex propria proteſtatione, de qua non eſt dubitandum, cū ipſe ſit veritas, quæ nec fallit, nec fallitur. Proteſtatur autem dicens, ego ſum paſtor bonus, &c. Ioan. 10. Ego ſum oſtium. Paſtor hominū in ſui communicatione: durante enim vita iſta, communicat ſeipſum hominibus in ſacramento. Oſtium eſt in cœli aperitione: nam cœlum aperit, & deficiente vita, introducit in cœlum. Ideo dicit, Io. 10. Si quis per me introierit ſaluabitur. Ioan.10. Ioan.10.

Tertiò ex paſtorali prouiſione: vnde ipſe prouidet hoībus in die, nocte, in morte, in vita. In vita, per modum educationis: in morte, per modum accubationis: vnde dicitur Ezech. 34. Ego paſcam oues meas, & ego eas accubare faciam. Grex ouium huius paſtoris eſt populus Chriſtianus, ſicut patet ex tribus. &c. Ezech.34.

Primò, ex prophetica atteſtatione. Nos autē populus tuus, & oues paſcuæ tuæ, Pſ.78. Illi ergo ſunt pplus, qui & oues: ſed populus eius nō eſt, niſi qui cōfitetur eum: iuxta illud Dan. 9. & nō erit eius pplus, qui eū negaturus eſt. Et propterea, illi ſunt oues Xpi, ꝗ colūt Chriſtū. Pſal.78. Dan.9.

Secundò ex diuina interpretatione: ſic enim interpretatur Dominus acceptione ouium: unde dicitur per Ezec. 34. Vos autem greges meis greges paſcuę meę homines eſtis. Ezech.34.

Tertiò ex ouium cōmiſſione facta per Chriſtum Petro, dicilli, Paſce oues meas. Ioā.21. conſtat, quòd non oues materiales, ſed hoīes

paſcendos commiſit ei:vnde fecit eum paſtorem,non ouium, ſed hominum, ſicut & piſcatorem hominum, & non piſciũ, cum dixit illis
Mat.4. & Andreę, Mat.4. Venite poſt me,faciam vos fieri piſcatores hominum &c. Chriſtus eſt paſtor, ille cuſtodit, iſte pręficitur: ille paſcit: hoc pertinet ad fideles,qui ſunt oues:iſti cuſtodiuntur, iſti ſubijciuntur,iſti paſcuntur.Quidditatem.

Quo ad conditionem, vel qualitatem huius paſtoris, notandum, quòd in ipſo inuenimus triplicem conditionem. Primò eſt vnus, & hoc apparuit in carnis aſſumptione,propter perfectam munditiam:
Eccle.7. vnde Eccle.7. Virum de mille vnum reperi, Chriſtum ſolum.ſ.abſq; corruptione per naturam.ſ.de muliere natũ. Suſcitabo ſuper eas paſtorem vnum,qui paſcat eas,ſeruum meum Dauid.i. Chriſtum, Ezech. 34. Cuius vultum deſiderat anima ſancta. de quo dicitur faciem
Pſa.26. tuam Domine requiram, Pſal. 26. Iſte paſtor animarũ, de quo dicit, Verba ſapientium: ſicut ſtimuli, & quaſi claui in altũ defixi, quæ per magiſtrorum conſilium data ſunt a paſtore vno.His amplius, fili mi,
Eccle.12. ne requiras, Eccle.12. A paſtore vno,ideſt Chriſto, qui vnus docet in multis,& vnus paſcit per multos.

Secundò eſt bonus in depoſitione carnis, in qua apparuit bonus propter excedentem beneuolentiam,qua vitam ſuam expoſuit morti pro ouibus. Bonus enim paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis.
Ioan.10. Io.10.Et maiorem charitatem nemo habet &c.Io.15.Chriſtus bonus
Ioan.15. 1.Reg.17. paſtor,qa defendit oues cõtra leonẽ, vrſum,& lupũ, 1.Reg.17. Dauid ſignificat Chriſtũ, qui interfecit leonẽ,& vrſum,qui inuaſerant oues
1 Pet.5. ſuas.Leo ſignificat Diabolũ,qui tanquã leo rugiens, 1.Petr.5. Vrſus, qui ſequitur mel, ſignificat carnem,quæ ſequitur voluptatem, De hoc
Dan.7. dicitur.Beſtia alia ſimilis vrſo,tres ordines dentiũ in ore ſuo. Dan.7. Tres ordines,ſunt cogitatio, delectatio: & conſenſus. Lupus ſignificat mundum,propter auaritiam,& crudelitatem: In mundo tot lupi,quot homines peruerſi,& importuni.Vnde dixit, Mitto vos ſicut
Mat.10. oues in medio luporum. Matt.10.

Tertiò eſt magnus in reſurrectione carnis,propter infinitã potentiam,qua potuit ſe ſuſcitare,& a morte ad vitam ſe reducere: iuxta illud. Deus autem pacis,qui eduxit de mortuis paſtorem magnũ ouiũ, in ſanguine teſtamenti æterni, Dñm noſtrũ Ieſum Chriſtũ, aptet vos
Hier.13. in omni bono.Heb.13.Deus pater ipſum eduxit,& ipſe etiam Deus, ſeipſum eduxit de mortuis, de quorum numero dicitur ſecũdũ animam,quia de lymbo,in quo erant mortui: vnde dicit æſtimatus ſum
Pſal. 87. cũ deſcendẽtibus in lacũ.Pſal.87.Factus ſum ſicut hõ, ſine adiutorio, inter mortuos liber vel de numero mortuorum dr̃, quia eductus: de

loco

loco mortuorum: quia de ſepulchro ſecundum corpus non dabis ſanctum tuum uidere corruptionem, Pſ. 15. Pſ. 15.

Magna quidem dilectio, ſi amicus ſe ſubmergit, ut ſubmerſionẽ euadas: ſic Chriſtus ſubmergi permiſit. Verus igitur paſtor eſt Chriſtus ex his conditionibus iam uobis expoſitis.

Secundus fructus eſt cognoſcere quot, & qualia ſint officia ueri paſtoris. Dico qnod ſex ſunt officia, quibus fungitur uerus paſtor, ut oues non pereant. Primum officium eſt agnos paruulos lacte nutrire. Secundum, oues ad pabulum amænum, & fertile ducere. Tertium, ad fontes aquarum clariſſimos conducere. Quartum, curare oues infirmas. Quintum, uigilare ne lupi in gregem ingrediantur. Sextum, in loco tuto, & optimo oues reponere, ut quieſcant.

Primum igitur officium eſt, paſcere agnos lacte: carent enim dentibus, & cibum ſolidum comedere nequeunt: ideo lacte nutriantur: ſic paſtor ſpiritualis fideles, qui nouiter in Eccleſiam ingreſſi ſunt lacte nutrire debent, ideſt doctrina, & cibo ſpirituali dentibus ſuis conſono, ſecundum capacitatem, & intelligentiam eorum: nam ſicuti agni ſtatim articulos fidei deglutire non ualent: ideo prius lacte nutriendi ſunt, ideſt exemplis materialibus, quibus in cognitionem rerum ſpiritualium peruenire ualeant. Paſtor etiam, ne agnos paruulos terram lingere ſinat, neque ubera putrida, neque lac infectum, ne itinere pereant; ſic paſtor ſpiritualis ſubtiliter, & diligenter inſpiciant, ne noui fideles cor, & animum ad deſideria carnalia, & mundana dirigant, ſed penitus omnia hæc obliuioni tradant, ne fiat habitns: quia difficile remouetur: ſi uerò paſtor malis exemplis, peſſimis moribus, & uerbis uenenoſis agnos paſcit, in foueam cadit, ut Chriſtus ait, Veh homini illi, per quem ſcandalum uenit: expedit, ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Sed ubi lac Matth. 18. iſtud inueniri poteſt? Dico in carne Ieſu Chriſti, in articulis fidei, cum eis humanitas, incarnatio, & paſſio Chriſti declarat; ſed ubi hoc uel a quo lac accipiẽt agni? dico ex uulneribus, quaſi ex uberibus Ieſu Chriſti, ubi comedunt, & bibunt, & nutriuntur paruuli in fide. Sed quo modo habetur lac iſtud? Dico lectionibus claris, & interpretationibus catholicis ſacræ & ſanctæ ſcripturæ, & meditationibus deuotiſſimis, & hoc modo paſcuntur agni paruuli in fide quouſque ad ætatem perfectam, ideſt ad ueram fidei cognitionem perueniant: ideo Paulus nil iudicaui inter uos ſcire, niſi ſolum Ieſum crucifixum, ſicut Petrus 1. Cor. 2. cupiens adimplere Chriſti præceptum, ſcilicet, paſce oues meas &c. ait, Sicut modo geniti infantes rationabiles & ſine dolo, lac concupiſcite: ut in eo creſcatis in ſalutem, ſi tamen guſtatis, quam dulcis Io. 21.

eſt

eſt Dominus.

Secundum officium ueri paſtoris eſt, ꝙ oues ad agros,& campos uberrimos,amænos ,& fertiles ducere debet, non ad extrema cāmpi,ne in præcipitium ruerent,ſed ad interiora ipſo duce, ut Chriſtus, uocem meam audiunt, & ſequuntur me. Sed quæ ſunt hæc interiora campi,ad quę inducendi ſunt agni & oues?Primò ad interiora cordis & animæ,ad quæ homo carnalis ingredi nequit : animalis enim homo non percipit,quæ ſunt ſpiritus Dei, homo uerò ſpiritualis ingreditur Deo fauente, & deponit ueterem hominem cum actibus ſuis, & induit nouum,qui ſecundum Deum creatus eſt.Deponite ergo ipſum omnibus ſenſibus animæ:quia aliter ruetis. Secundò,ducendæ ſunt oues ad interiora ſacræ ſcripturæ: habet enim ſcriptura corticē, & medullas,ideſt literam,& ſpiritum:ſed litera occidit, ſpiritus uerò uiuificat.Et quamuis fundamenta fidei magis in litera,quàm in allegorijs, ſtudijſq; moralibus conſiſtant,attamen ſi in litera remanēt, nunquam dulcedinem interiorem penetrabunt, & anima intelligentijs ſpiritualibus pinguis fieri nequit.Nam ſi quis paradiſum uoluptatis in ſacra ſcriptura inueniret,in quo a principio plantatum,& in medio poſitum fuiſſe lignum uitæ,& fontem irrigantem omnem ſuperficiem terræ , & ex Adæ dormientis latere formauit Deum Euam eius coniugem.Delectatur enim anima in hiſtoria,& fides in ea fundatur: ſed ſublata cortice,ſcilicet depoſita litera ad medullas,& ſpiritum accedamus.Quid eſt paradiſus,niſi Chriſti Eccleſia? quid eſt lignum uitæ, niſi Chriſtus ? quid fons aquarum, niſi uita, & ſapientia Chriſti? quibus aquis terram cordium hominum irrigat.Quid eſt latus Adæ a quo formatur Eua,niſi latus Chriſti in cruce dormientis,a quo formata eſt Eccleſia? Similiter legitur de filijs Iſrael, qui ſiccis pedibus

Exod. 14. mare rubrum,ut de manu Pharaonis fugerent, tranſierunt. Legitur

Exod. 15. de duodecim fontibus Ælin,& de ſeptuaginta palmis,& de eleuatione tabernaculi. Quid ſignificant filij Iſrael,niſi baptizatos in Chriſto

Exod. 40. fugiſſe manus Diaboli, & fontes duodecim quid, niſi duodecim apoſtolos denotant?& ſeptuaginta palmæ, nil aliud quàm ſeptuaginta diſcipulos Chriſti ſignificant , & eleuatio tabernaculi quid aliud , niſi eleuatio crucis, & Eccleſiæ Chriſti militantis? Ad hæc interiora paſtores oues ſuas ducere debent, ut animæ pingues fiant. Tertiò, paſtores ad interiora cœleſtis patriæ oues ducere debent : unde Auguſt. fecit Deus hominem , ut ſummum bonum intelligeret &c. ſed hoc ſummum bonum unquam nemo uidit, poſteriora autem mea uidebis:

Exod. 33. quia adeo longè abeſt ab humanis intellectibus , ut nemo nouit pa-

Mat. 11. trem,niſi filius,& cui uoluerit filius reuelare, ſcilicet per Euangeliū

dicens,

dicens, qui uos audit, me audit. Hæc ſunt loca intima ad quæ Moyſes gregem ſuum duxit, quando a monte deſcendit, & rubum uidit, & non comburebatur: ſic diuinitas erat in corpore Chriſti, & tamen carnes non conſumebātur. Fœlices paſtores, qui ad hæc interiora ingredi meruerunt cum omnibus ſuis; Fœlicesque animæ illæ ſunt, quæ lachrymis Magdalenæ, retibus Petri, periculis Pauli, lapidibus Stephani, & martirijs ſanctorum, & ſanctarum uirginum ingredi meruerunt. Exod.3.

Tertium officium paſtoris, eſt oues ad fontes aquæ uiuæ ducere, ut bibant; tres enim aquarum qualitates inueniuntur. Prima qualitas quò ſitim extinguat. Secunda, ut faciem propriam in ea uidere poſſimus. Tertia, ut maculas lauent & mundent. Vlterius ſunt fontes, putei, & flumina: fontes ſunt a quibus manibus proprijs aquam haurimus; putei ſunt a quibus funibus, & ydrijs aquam hauriri oportet: flumina uerò ſunt, qui impetu, & uelociter regiones inundant quamplurimas. Fons iſte, Chriſtus eſt incarnatus, qui iuxta nos eſt humilis factus exinaniuit ſe, formam ſerui accipiens, ut ſitim agnorum & ouiū extingueret, dicens: ſi quis ſitit, ueniat ad me, & bibat. Ad hunc fontem paſtores omnes oues adducite: quia uitæ noſtræ exemplar, & ſpeculum eſt, ut maculas peccatorum emundet. Ipſe enim eſt purgatio pro peccatis noſtris. Phil.2. Ioan.7. Heb.1.

Aqua putei profundior eſt, & tranquillior, ad quem oues duci non debent, ne ſubmergantur ex magnitudine profunditatis. Puteus iſte diuinitas eſt, & dicimus patrem æternum, immenſum, infinitum, immutabilem, apud quem non eſt tranſmutatio, & ſic de filio, & de ſpiritu ſancto dicendum eſt. Hæc igitur aqua profundiſſima eſt, ad quam oues nullatenus accedere debent: ait enim Aug. noli quærere de profundo, ſi non uis cadere in profundum. Iaco.1.

Tertia aqua eſt fluminis, qui magno impetu terras madefacit, & hęc aqua alijs aquis inferior non eſt, imo læta, ut Propheta ait, Fluminis impetus lætificat ciuitatem. Hoc flumen ſpiritus ſanctus eſt: ſicut enim per fontem Chriſtus, per puteum pater, per flumen ſpiritus ſanctus intelligi debet: nam ſicut flumen a fonte, & puteo egreditur, ita ſpiritus ſanctus a patre, & filio procedit. Dicitur flumen; quia magno impetu primitiuam Eccleſiam impleuit, quando in coda Apoſtolorum ſe infudit, per quos, tanquam per riuulos, totum mundum irrigauit. Hoc eſt flumē, de quo Chriſtus dixit, qui credit in me, flumina de uentre eius fluent aquę uiuæ. Ecce (paſtores) fontes, putei, & flumina, ducite oues ut bibant, & nō ſitiant amplius, non ad aquas huius mundi: nam ſi quis biberit ſitiet iterum. Pſ.45. Ioan.7. Ioan.4.

Quartum officiũ ueri paſtoris eſt, curare oues infirmas, ſicut me-
dici corporales omni diligentia & amore quærunt, non ferris, neque
igne, ſed unguentis lenitiuis ungere plagas, niſi forte cogãtur. Ita me-
Gal.6. dicus ſpiritualis cognito ulcere, & medicaminis qualitate in ſpiritu
lenitatis, conſiderans ſeipſum, habẽs in corde charitatem, in ore gau
dium, & in animo compaſſionem mederi debet: ſic Moyſes uerus pa
ſtor amando, docendo, orando, & animam pro illis ponendo oues
ſuas curauit: ſic Chriſtus paſtor Euangelicus ait, Bonus paſtor ponit
animam ſuam proouibus ſuis. Eya ergo paſtores, curate infirmos,
conſolamini puſillanimes, illuminate ignorantes, hortamini carna-
les: & ſi Chriſtus Apoſtolorum ſuorum pedes lauare non dedignatus
Matth.26. eſt, nec uos gregem ueſtrum admonere dedignemini. Si quis autem
obſtinatus inuenitur, qui uti Petrus reſponderent, non lauabis mihi
pedes in æternum: reſpondete & uos, ſi non lauero te, non habebis
partem mecum: diſcurre.

Quintum officium paſtoris eſt, uigilare ſuper gregem ſuum, ne o-
ues pereant, & lupus deuoret; Videte Iacob quanta ſolicitudine oues
Gen.31. Laban curauit, audite uerba eius. Viginti annis tecum moratus ſum,
oues & capræ ſteriles non ſunt, hædos, & agnos nunquam comedi,
nec feræ eas deuorauerunt, & rationem damni, & computum reddi-
di, & omne quot lupi furati ſũt a me quotidie poſtulaſti, nocte & die
uigilaui, & magno labore, calore, & frigore inſudaui. Iacob paſtores
optimos denotat Eccleſiæ catholicæ, quæ ſponſa Chriſti dicitur, &
patris quoque: & ſi paſtoribus curæ eſt, & oues etiam curare debent:
igitur ne ſteriles fiant, curam habeant: ſed ut fructificent, & ne à feris
peſſimis deuorentur, ideſt a mundo, & carne, aliter ad reſtitutionem
tenentur: diſcurre. Curate igitur o paſtores, uigilate: non lanam, ſed
maculas animæ lauate, & curate.

Sextum officium paſtoris eſt, quærere locum commodum, ne oues
frigore, nec calore pereant, & primò, ſit locus munitus, & tutus cha-
ritate paſtoris, ne tyranni, & lupi rapaces oues perdant: ſic fecit Chri
Rom.5. ſtus, ut ait Paulus, commẽdat autem charitatem ſuam Deus in nobis,
quoniam ſi cum adhuc peccatores eſſemus ſecundum tempus Chri-
ſtus pro nobis mortuus eſt. Iſte locus timoris, ut uirga paſtoralis, o-
1.Cor.4. ues timoroſas faciat paſtor: ſic Paul. 1.Cor.4. ait, quid uultis? in uirga
ueniam ad uos, an in charitate, & in ſpiritu manſuetudinis: ſic horta
2.Tim.4. batur, 2.Timot.4. obſecra, increpa &c. Iſte locus debet eſſe mundus.
Leuit.19. Leuit.9. ait dominus, ſancti eſtote: quia ego ſanctus ſum: ne illud Ma
2.Macha.6. chab.6. eueniat, templum luxuria, & commeſſationibus gentium ple
Matt.8. num erat, & ſcortantium cum meretricibus &c. Ideo Chriſtus hor-

tans

tans omnes ad munditiam ait, quis ex uobis arguet me de peccato, & Paul. Epheſ. 5. Auaritia autem, & immunditia nec nominetur in uobis, ſicut decet ſanctos, & 2. Theſ. 3. Cum ſimilibus panem ne comedatis. Iſte locus debet eſſe commodus, ut oues commodè iacere poſſint, ſicut Chriſtus Eccleſiæ locum commodum inuenit, ſcilicet manſuetudinem, & humilitatem dicẽs, diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde. Et è contra animus ſuperbus nunquam quieſcit: unde ambitiones, auaritiæ, uindicta, rixa, ſeditiones, & furta exeunt: ideo Paul. Gal. 6. corripite eum in ſpiritu leniiatis: ſic Moyſes nu. 12. Vir erat mitiſſimus: ſic Dauid Pſ. 131. memento domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius. Hæc igitur ſunt officia ueri paſtoris, arrigite aures ò uos, qui animarum curam habetis: diſcurre tuo modo. Ephe 5. 1. Coi. 5. Matt. 11. Gal. 6. Ioh. 1. Pſ. 131.

Tertius fructus eſt, ut omnes fideles corde, ore, & opere ſunt oues ueræ Chriſti. Conditio autem ouium Chriſti multiplex eſt. Prima enim eſt, quod ouis eſt animal placidum corpore inerme, lana molli: non enim lædit quenquam: quia innocentiſſimus, nulli nocens, nulli malum inferens, non morſu ut canis, nõ dente ut aper, non ueneno ſeu flatu ut ſerpens, non calcibus ut equus, non unguibus ut urſus, nõ latrat, aut ſtridet, etiam ſi ducatur ad mortem. Ouis diligit ſociam, non uult ſeparari ab alia: ſi ſola ſit, balat ſi non uidaat ſociam: cum oues ſunt ſimul, ſtringunt ſe ad inuicem: ſic iuſti debent eſſe iuncti uinculo charitatis amoris cum parentibus. Hanc innocentiam ouium obligabat Dauid dicens, ego ſum qui peccaui, & ego iniquè egi: iſti qui oues ſunt quod fecerunt, 2. Reg. 24. ouis eſt animal munificentiſſimum, hanc munificentiam atteſtatur: quia quod fęcundum eſt in ea ualet ad fęcundationem, quod ſpecioſum eſt, ſicut lana ualet ad ornamentum, & decorationem: unde Gen. 31. de hac beneficentia dicitur, oues tuæ, & capræ tuæ non fuerunt ſteriles &c. Ouis eſt animal patientiſſimum. Hanc patientiam atteſtatur: nam ouis ab oblatione dicta eſt: unde & ueteres in ſacrificijs Deorum, ouibus utebantur. De hac patientia dicitur, Ecce ego mitto uos ſicut oues inter lupos. Matth. 10. Hinc de Chriſto patientiſſimo dicitur, Sicut ouis ad occiſionem ductus eſt, Eſa. 53. Tria neceſſaria ſunt fidelibus ad ſalutem. Innocentia, de qua Pſ. 25. Ego autem in innocentia &c. Beneficentia. Vnde Apoſtolus monet Heb. 13. Beneficentię autem, & communionis nolite obliuiſci. Tertia eſt patientia, iuxta Iacobum 1. patientia opus perfectum habet, & Hebr. 10. Paul. ait, patientia uobis neceſſaria eſt. & alibi, omnes enim, qui pie uolunt uiuere in Chriſto Ieſu, perſequutionem patientur. Et Eccleſia cantat de ſanctis. Non murmur reſonat, non querimonia: ſed corde tacito, mens bene conſcia conſer- 2. Reg. 24. Gen. 31. Matth 10. Eſa. 53. Pſ. 25. Heb. 13. Iac. 1. Heb. 10. 2. Tim. 3.

uat

uat patientiam.

Quartus fructus eſt, cognoſcere quæ ad oues Chriſti conueniant; Rom.12. quæ Paulus doctiſſimè ſuos fideles docet,& 1.Ro.12. Ad oues ſuas ſcribit dicens, Nolite conformari huic ſæculo; ſed reformamini in nouitate ſenſus ueſtri, ut probetis, quæ ſit uoluntas Dei bona, & beneplacens,& perfecta.

1.Cor.5. Hoc pabulum dat ſuis ouibus, 1.ad Cor.5. dicens, expurgate uetus fermentum, ut ſitis noua conſperſio, ſicut eſtis azimi: etenim paſcha noſtrum imolatus eſt Chriſtus.

1.Cor.10. Hoc pabulum honoris Dei dat Corinthijs eiſdem. 1.10. Siue ergo manducatis, ſiue bibitis, uel aliud facitis, omnia in gloria Dei facite.

Ephe 4. Docet etiam Paulus lanam renouare, Ephe.4. Renouamini autem ſpiritu mentis ueſtræ, & induite nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia,& ſanctitate ueritatis.

Ephe.5. Hoc pabulum gratias agendi dat eiſdem ouibus dicens, Cantantes, & pſallentes in cordibus ueſtris domino gratias agentes ſemper pro omnibus in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti.

Phil.4. Hoc pabulum ueritatis docet Philip.4. De cætero fratres, quæcunque ſunt uera, quæcunque pudica, quæcunque iuſta, quæcunque ſancta, quæcunque amabilia, quæcunque honeſtæ famæ: ſi qua uirtus, ſi qua laus diſciplinæ, hæc cogitate, quæ & didiciſtis, & accepiſtis, & audiſtis, & uidiſtis in me, hoc agite, & Deus pacis erit uobiſcum. Hæc ergo ſunt, quæ conueniunt ad ueras oues Chriſti. Audiſtis qualis ſit paſtor, & quæ conueniant ad uerum paſtorem. Audiſtis qualis debet eſſe ouis, & quæ conueniant ad ipſam. Eſtote ergo oues Chriſti, ſequimini paſtorem; ad fontem accedite, ut lauemini, ut ad interiora uitæ æternæ ingredi poſſitis. Sic uobis Deus concedat, Amen.

FERIA QVINTA Paſſionis.

Rom.5. PAVLVS Apoſtolus cupiens fidelibus hoc miſterium declarare, ſcilicet quod Deus non ſpernit peccatores; ſed omnes ad pœnitentiam reducit: ad Ro. ſcribens cap.5. ait, Commendat autem charitatem ſuam Deus in no-
1.Tim.1. bis: quoniam cum adhuc peccatores eſſemus ſecundum tẽpus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt, & 1.Timot.1. Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus, quòd Chriſtus Ieſus uenit in hunc mundum peccatores ſaluos facere: & non ſolum uenit ſaluos facere, ſed etiam quæſi-

niſt eos. ut habetur ab ipſo, Venit filius hominis quærere, & ſaluum Luc.19.
facere, quod perierat. Hoc etiam palàm oſtēdit ipſe Chriſtus de Magdalena, ut in hodierno Euangelio habetur, quieſcite &c.

Tres perſonæ in hoc Euangelio cōſiderantur, prima eſt Phariſæi. Secunda eſt Magdalenæ. Tertia Ieſu Chriſti. Et ex unaquaque earum perſonarum tres fructus capiūtur. Ex Phariſæo tres fructus. Primus quàm mala, & repræhenſibilis ſit hypochriſis. Secundus, quàm impium ſit iudicium temerarium. Tertius, quàm damnanda ſit falſa interpretatio legis. Ex Magdalena tres fructus. Primus, quàm commendabilis ſit uerecundia. Secundus, quàm amabilis ſit humilitas. Tertius, quàm obſeruandus ſit honor Dei, & opera pietatis. Ex perſona Chriſti, tres etiam fructus. Primus, uocationis. Secundus, remiſſionis. Tertius, defenſionis.

Quo ad primam perſonam ſcilicet Phariſæi, qui communi hypocritarum morbo laborans, nempe propria iuſtitię opinione; odio proximi, & inuidia, contra Chriſtum murmurabat: ſuſpicabatur enim malè de illo: diſſimulat tamen amicitiam erga Chriſtum, rogās eum ut ſecum comederet, ut plenus charitate uideretur: omnia enim faciunt, ut appareant: ſed Chriſtus reprehendit illum, ut hypocriſim funditus deſtrueret, & per parabolam, quicquid ſibi animo ſedebat, adduxit in medium, ut & ipſemet Phariſæus contra ſeipſum ſententiam pronunciaret.

Secundus fructus eſt, quàm execrabile ſit temerarium iudicium, putans Chriſtum, Magdalenam rectè non cognoſcere, illamque malum eſſe, hoc facere: & ſecum conuerſationem, & conſuetudinem habere dicens, Si hic eſſet Propheta, ſciret, quæ, & qualis eſſet hæc mulier.

Tertius fructus eſt, quam mala ſit falſa interpretatio legis: ſcriptū Ioan.9.
enim erat Deum peccatores non exaudire: obſtinatos ſcilicet. ipſe nerò falſò, omnes peccatores a Deo non exaudiri putabat: ignorans ꝙ propter eos Deus filium ſuum mittere uoluit, ut ſaluos faceret. Ex quibus fructibus laudanda uenit anima peccatrix, quæ, hęc omnia rectè penetrat, & conſiderat.

Circa ſecundā perſonam ſcilicet Magdalenæ, tres fructus capiunt. Primus eſt, quàm commendabilis ſit uerecundia: nam Propheta Daniel ait, Longo tempore hypocriſim, & inuerecundiam certaſſe. Hypocriſis ſimulabat, & inuerecundia temerariè, & audacter in uituperium diuinæ maieſtatis, & infamiam proximi dicebat. Hypocriſis ortabatur mundum dicens, Si non caſtè, cautè. Inuerecundia uerò peſſimis moribus, & uerbis inhoneſtis uiuebat, ita ut ab ea ſcandalum

oritetur

oriretur. Et tandem poſt multa bella earum, concorditer in corde Sathanæ habitabant, qui & hypocrita, & inuerecundus ſemper fuit: & non ſolum in corde ipſius, ſed in cordibus hominum albergatę ſunt: adeo ut omnes homines, uel hypocritæ, uel inuerecundi inueniātur. Videte Adam poſtquam fructum uetitum comedit, quomodo abſq; uerecundia, excuſat ſe dicens, Mulier, quàm dediſti mihi ſociam, ipſa dedit mihi de ligno, & comedi: quaſi diceret, Non mea culpa eſt, & ſi pomum comedi: ſed Dei potius, qui mulieré guloſam, & uerboſam mihi præſtitit; adeo ut ſuaſione eius in precipitiū ruerem cū poſteris meis. Ergo homo inuerecundus factum eſt. Mulier uerò cum a Deo repræhenſa fuit, cum hypocriſi ſe excuſauit dicens. Serpens decepit me, & comedi. Ex uiro igitur inuerecundia orta eſt: ex muliere autē hypocriſis: adeo, quod omnes homines inuerecundi, & temerarij, & omnes mulieres hypocritæ inueniuntur. Deus autem diuina ſua prouidentia hoc malum a cordibus omnium euellere cupiens, miſit filium ſuum omni perfectione repletum: inter quas duas clarè oſtendit his dictis contrarias. Prima fuit erubeſcentia, contra temerarietatem. Secunda fuit ſinceritas, contra hypochriſim: quandoquidē Chriſtus neque temerarius, & inuerecundus, neque hypochrita unquam fuit: ſed omni diligentia utrunque uitium reprehendit. Ex his duabus uirtutibus, ſcilicet erubeſcentia, & ſinceritate, oritur tertia, quæ uocatur humilitas, & uerecundia, quæ nil aliud eſt, niſi rubedine uultus Deo peccata confiteri, & ſacerdoti. Facit etiam nos ipſos iudicare: nam ſi noſmetipſos iudicaremus, nō utique iudicaremur. Dici ſolet. Erubuit, ſalua res eſt. ſic Paulus. Quem ergo fructum habuiſtis, tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis. Inducit etiam temperātiam, ut ait diuus Thomas: quia incutit errorem turpitudinis, & fauet honeſtati.

Gen. 3. — Ibi. — 1. Cor. 11. — Rom. 6.

Scias uelim, quòd Deus non ob aliud legem homini tribuit, niſi ut uerecundiam amplecteretur. Duo enim erant, quibus gloriabatur homo, ſcilicet intellectus, & uoluntas. Intellectus adeo ſublimen ſe exiſtimabat ut nulla res adeò difficilis eſſet, quòd ab eo capi non poſſet: cognoſcebat enim omnes ſpecies metalli, quæ in uiſceribus terræ generantur, cum proprietatibus earum: ſic ſpecies herbarum, & uirtutes: ſic omnes plantas, flores, & fructus; ſpecies piſciū, auium; omnia mixta, perfecta, & imperfecta, quæ in regione aeris generantur: proprietates elementorum, influxus ſtellarum, & impreſſiones planetarum, & motus primi mobilis, uſque ad Deum primum motorem: & ideo gloriabatur, & ſuperbè dicebat, Nihil eſt apud me incognitū. Sic uoluntas gloriabatur dicens, Non deeſt, qui obſeruet, ſed deeſt

qu

qui iubeat: ideo Deus, ut eos humiliaret, ut uerecundaretur. Primò, quo ad intellectum, dixit in lege, Non habebis Deos alienos. Non temerè iudicabis. Non falſum teſtimonium dices. Et ex his intellectus ſe poſſe errare cognouit; ideo humilians ſe, infirmitati ſuæ medelam quæſiuit. Sic dixit quo ad uoluntatem dicentem. Non deeſt, qui obſeruet, ſed qui iubeat. Ideo, non concupiſces. Non mœchaberis. Diligite inimicos ueſtros. Imo diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus uiribus tuis, & ex omni mente tua &c. Ecce igitur, quòd non deeſt qui iubeat: ſed qui obſeruet. Ideo, ut homo uerecundaretur data fuit lex. Exod.20. Ibi. Matth.5. Luc.10.

Nec uos præterit, aut latet, Chriſtum Apoſtolis dixiſſe. Qui peccauerit in patrem, & filium, remittetur ei; qui autem in ſpiritum ſanctum, non remittetur neque in hoc ſæculo, neque in futuro. Quid.n. eſt peccare in patrem, niſi per contrarium ſuæ potentiæ, ſcilicet per fragilitatem? Quid eſt peccare in filium, niſi per contrarium ſuæ ſapiẽtiæ, ſcilicet per ignorantiam? Quid eſt peccare in ſpiritum ſanctum, niſi per contrarium ſuæ bonitatis, ſcilicet per obſtinationem, & inuerecundiam? Sed quare Chriſtus fraternam correctionem ordinauit, niſi ut homo uerecundaretur, & humiliaretur? quia uerecundia ſuperbiæ contrariatur. Ait enim diuus Thomas. Verecundia in omnibus operibus bonis notam adulationis fugit. Audi Paulum dicentẽ, Ego autem ſum minimus apoſtolorum. Verecundia ergo eſt illa, qua quæcunque cupimus, facilè obtinemus. Non mirum ergo ſi Magdalena, hanc armaturam uerecundiæ, ut peccatorum ſuorum remiſſionẽ obtineret a Chriſto, ſecum attulit. Si ſenſuales, & carnales uerecundarentur cum Magdalena, quorum Deus non eſſet uenter: ſed cum apoſtolo, corpus caſtigarent dicentes, Caſtigo corpus meum &c. Et iterum alibi: Non enim uocauit nos Deus in immunditiam, ſed in ſanctificationem. Si cupientes uindictam uindicatores uerecundiam haberent, non uiri ſanguinum a Deo uocarentur: ſed cum Paulo facerent, ne Sol occideret ſuper iracundiam eorum. Si uſurarij uerecundarentur ſanguinem pupillorum, & uiduarum non ſugerent: ſed uocem Domini audirent dicentis, Si oppreſſeris pauperes, clamabunt ad me, & ego exaudiam eos. Et conſilium Pauli obſeruarent. Qui furabatur, iam non furetur; magis autẽ laboret operando manibus ſuis quod bonum eſt. Si mulieres uerecundarentur, non ita ornatæ, & põpoſæ ad Eccleſiam pergerent, ut homines illaquearent, ut ait Paulus. Volo ergo uiros orare in omni loco &c. ſimiliter, & mulieres in habitu ornato, cum uerecundia, & ſobrietate ornantes ſe, non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, uel ueſte pretioſa. Si religioſi uere- Matt.12. 1.Cor.15. 1.Cor.9. 1.Theſ.4. Ephe.5. Pſ.68. Ephe.4. 1.Timot.2.

Ff cundaren-

cundarentur non peſſimis moribus fratrem offenderent: ſed audirent
Matt. 5. Chriſtum dicentem, Sic luceat lux ueſtra: & Paulus. Oportet enim Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, ſobrium, iuſtum, pudi-
1.Tim.3. cum, &cæ. Si prædicatores uerecundia ornarent ſe, non fabulas poe-
Pſ.118. tarum, neque hæreſes prædicarent, ut ait Propheta, Narrauerunt
1.Cor.1. mihi iniqui fabulationes; ſed non ut lex tua. Sed cum Paulo dicerent, Nos autem prædicamus Chriſtum, & hunc crucifixum. Si Principes uerecundiæ incumberent, non tot tyrannides exercerent;
Sap.1. ſed audirent dominum dicentem, Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram. Si iudices uerecundarentur, non adeo lites elongarent; non auro, non amore, neque odio iudicarent: ſed audirent Paulum di-
Rom.2. centem, Dum alium iudicas, te ipſum condemnas. Si Domini ue-
Coloſ.4. recundiam haberent, audirent Paulum dicentem, Domini quod iu-
1.Petr.2. ſtum eſt, & æquum ſeruis ueſtris date. Et ſi ſerui uerecundiam retinerent, dominis obedirent, ut Apoſtolus docet ſerui obedite dominis ueſtris, non tantùm bonis & modeſtis, ſed etiam diſcolis. Si patres uerecundi eſſent, filios uerecundos procrearent, dicente Pau-
Ephe.6. lo, Patres educate filios ueſtros. Et ſi filij uerecundi eſſent, parenti-
Matth.15. bus obedirent: quia maledictus, qui non obedierit patri, uel ma-
Deut.23. tri. Si uxores uerecundarentur, maritis obedirent, docente Paulo:
Col.3. Mulieres ſubditæ eſtote uiris ueſtris in domino: ſic & uiri uxores di-
Ibi. ligerent abſque adulterio, ut Paulus uult. Diligite uxores ueſtras in domino. Magdalena ergo optimè per fidem hæc omnia cognoſcens, uerecundari uoluit: ideo ad Ieſum uenit, & ſtans retro ſecus pedes domini flebat.

Secundus & tertius fructus habentur in geſtis, & factis, prout in Euangelio cognoſcitur, & primò, fructus honoris Dei uenit, & demonſtratur ex alabaſtro unguenti pretioſi, quod Magdalena ad Chriſtum ungendum attulit, iuxta illud. Accedamus ad eum uero
Heb.10. corde in plenitudine fidei, Hebræorum 10. Non uenit arida, ſed lachrimoſa, & deuota: cum enim aliàs uentus Aquilonis præ ſua frigiditate, & ſiccitate ſtrinxiſſet, & congelaſſet eam, ita ut nihil humoris gratiæ, & deuotionis in ea inueniretur: amor enim huius mundi, & ſui ipſius ab omni gratia, & deuotione ipſam deſiccauerat: tandem, uento Auſtrali flante, diuino amore calefacta, humefacta humido diuinæ gratiæ in lachrimas deuotas, & doloroſas pro-
Pſ.64. rupit: ita ut de ipſa dici potuerit illud Pſalmi 64. Flumen Dei repletum eſt aquis: fluebant enim lachrymæ ab oculis eius in tanta abundantia, ut ad lauandos pedes domini ſufficerent: unde dicitur, Et lachrymis cœpit rigare pedes. Vnde meruit reſurrectionem fratris, remiſſio-

remiſſionem peccatorum ſuorum, & manifeſtationem Chriſti.

Tertius fructus Magdalenæ eſt humilitas: quia uenit non ſuperba, ſed humilis, & modeſta: unde ſtetit retro ſecus pedes: quaſi erubeſcens faciem Chriſti. Non inuenit inferiorem locum pedibus, nam ad illum ſe proſtraſſet Magdalena. Humilitas Magdalenæ ſemper ad pedes Domini ſe ponebat: Dum recumberet, ut hic dicitur: Dum pateretur in cruce, ut dicitur Ioan. 19. Dum doceret, Ioan, 19. ut dicitur Luc. 5. dum reſurgeret, tenuit pedes eius. Matth. ultimo. Stetit autem ad pedes Domini, qui duo ſunt, ſcilicet ueritas, & miſericordia: nam uniuerſæ uiæ Domini, miſericordia, & ueritas Pſal. Pſ. 24. 24. Veritas enim docet Dei timorem. Ad pedes ueritatis ſtetit, ut erudiretur: iuxta illud Pſal. 33. Venite filij, audite me: timorem Do- Pſ. 33. mini docebo uos. Cuius timoris utilitatem docet Sap. Eccle. 1. Ti- Eccl. 1. mor Domini expellit peccatum &cæ. Ad pedem nunc ſtetit in domo Phariſæi, tanquam ſtaret ad fontem, & tantum circa hunc fontem fodit, quòd inde hauſit aquam remiſſionis: unde dictum eſt ei, Remittuntur tibi peccata. *Stans retro ſecus pedes*. Notandum quòd ſtare ſignificat ſtabilitatem, & firmitatem: Magdalena iam conuerſa ſtabat, quia non uacillabat corpore, nec diſcurrebat, iuxta monitum Sapientis. Eccleſi. 11. Confide in Domino, & mane in loco tuo. Eccl. 11. Hoc eſt certum ſignum, quòd non habeat ſpiritum Dei in ſe, quando homo appetit inutiliter diſcurrere: unde dicitur, Ingreſſus eſt in eat ſpiritus, & reuixerũt, ſteterunt q; ſuper pedes ſuos, Ezech. 37. & Hie- Ezech. 37. re. 14. dicitur, Populus ille dilexit mouere pedes ſuos, & non quieuit, Hier. 14. & domino non placuit. Stabat, quia non fluctuabat mente per deſiderium, ambulans de peccato in peccatum. Imo dici potuit. Stabat, Exod. 15. Stetit unda fluens. Vnda erat Magdalena in ſtatu peccati, Exod. 15. ſtetit in conuerſione: quia nunquam lapſa eſt per aliquod peccatum; ita quòd de illa unda dicitur illud, Firmabitur in illo, & non flectetur, Eccleſi. 15. promittitur enim in Pſal. Non dabit in æternum flu- Eccl. 15. ctuationem iuſto. Iacta ſuper dominum curam tuam, Pſ. 54. Quia nõ Pſ. 54. fugiebat hoſtes, eis conſentiendo: ſed ſtabat reſiſtere parata, ut monet Paul. Epheſ. 6. State ergo ſuccincti lumbos ueſtros in ueritate, & Ephe. 6. induti loricam iuſtitiæ, pugnando contra hoſtes.

Stabat, ſed retro, & hoc; quia ualde multitudinem iniquitatum ſuarum agnoſcebat: erubeſcebat enim, & ideo ante Ieſum uenire erubuit: iuxta illud 1. Eſdræ 9. Deus meus confundor, & erubeſco le- 1. Eſdr. 9. uare faciẽ meam ad te: quoniam iniquitates meæ multiplicatę ſunt ſuper caput meum: & delicta mea creuerunt uſque ad cœlum &cæ. Propterea publicanus noluit oculos leuare ad cœlum. Stabat retro, Luc. 18.

propter timorem: ſciens quòd altiſſimus peccatores odio habet,
Eccle. 12. Eccle. 12. Ideo eum offendere, ſi coram facie ſe præſentaret, timebat:
Gen. 3. unde in figura dicitur Gen. 3. Timui, eo quod nudus eſſem, & abſconi di me. Retro ſtabat, propter umbram, ad quam confugerat, recedens
Cant. 2. ab æſtu libidinis: ac ſi dixiſſet illud Cant. 2. Sub umbra illius, quem deſideraueram, ſedi. Et licet ſtaret retro; tamen ſecus pedes.

Iob. 23. Et hoc rationabiliter. Primò, ut ſequeretur ueſtigia eius; ſicut Iob 23. ait, Veſtigia eius ſequutus eſt pes meus. Secundò, ut doceretur ſicut diſcipula; ſciens quòd qui appropinquat pedibus eius, ac-
Deut. 33. cipiet de doctrina illius, Deuter. 33. Tertiò, ut humiliaretur, ſciens
Luc. 14. quòd, qui ſe humiliat exaltabitur. Ad pedes, ut peccatorum remiſſionem, & eruditionem impetraret. Rigauit, ad fructificationem, ut ipſa miſericordia afflueret, & eruditio creſceret in terra: Terſit capillis, ut non appareret rigatio: capilli enim ſunt cogitationes, quibus rigantur omnia: cum per humilitatem cogitamus, quòd ſerui inutiles ſumus, cum omnia bene fecerimus. Oſculabatur, in ſignum dilectionis. Vnguento unxit, ut omnia ſe facere cum uirtutis hilaritate moſtraret. Et hæc de ſecunda perſona, & de eius fructibus.

Tertia perſona Chriſtus eſt: ex quo tres fructus dulciſſimos capiemus. Primus eſt fructus uocationis: quia ipſe uocat nos uocatione ſua ſancta, ut ait Paulus, & multis modis. Aliquando in uentre,
Hier. 1. ut Ioan. Baptiſta, Hieremias. Antequam exires de uentre &c. Ali-
Mat. 4. quando in ætate adulta, ut Apoſtoli omnes. Venite poſt me, faciã uos fieri piſcatores hominũ. Aliquando in infirmitate, ut Ezechiam, cui
Eſa. 38. dictum eſt. Diſpone domui tuæ &cæ. Aliquando per contritionem, & infuſionem gratiæ, ut hodie Magdalena cum lachrymis conuerſa eſt ad Chriſtum. Secundus fructus eſt, remiſſio peccatorum: ideo ait, Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum; iuxta illud,
2. Cor. 10. Non enim qui ſe ipſum commendat, ille probatus eſt; ſed quem Deus commendet. 2. Cor. 10.

1. Reg. 15. Reprobatus eſt Saul, qui cum argueretur a Samuele, Quare non audiſti uocem domini, ſed uerſus ad prædam es, & feciſti malum in oculis Domini? Reſpondit, Imo audiui uocem Domini, & ambului in uia per quam miſit me Dominus. & adduxit Agag Regem A-
1. Reg. 15. malech, & Amalech interfeci, 1. Reg. 15. Sed audi. Iſte reprobatus fuit: unde dicitur. Dixitque dominus ad Samuelem. Vſque quo tu luges Saul, cum ego proiecerim eum, ne regnet ſuper Iſrael &c. ut dici
1. Reg. 16. tur 1. Reg. 16. Sicut & multi, minora complentes, & maiora relinquentes credunt ſe iuſtos eſſe, cum tamen melior ſit obedientia

quam

quàm uictimæ &c. 1. Reg. 15. 1.Reg. 15.

Reprobatus eſt Abſalon,qui ſe commendabat:ſtabat enim ad portam,& blandiebatur intrantibus,& poſtea dicebat. Quis me conſtituat iudicem ſuper terram,ut ad me ueniant omnes,qui habent negociũ, & iuſtè iudicem &c. Sic & ambitioſi, multa ſe facturos promittunt, ſi promoueantur: & ſicut ille fecit conſpirationes, ſic & ipſi faciunt contra ſuperiores eijcientes eos,ut ipſi promoueantur.exemplum Danielis 4. 2.Reg. 15.

Reprobatus eſt Nabucdonoſor,quòd ſe commendans dixit, Nonne hoc eſt Babylon ciuitas magna,quam ego ædificaui in domum Regni, in robore fortitudinis meæ,& in gloria decoris mei? Et cum adhuc ſermo commendationis eſſet in ore regis: uox de cœlo ruit, dicens, Tibi Nabucdonoſor Rex dicitur, regnum tuum tranſibit a te, & cætera. Daniel. 4.

Reprobatus eſt Phariſæus ſuperbus: quòd de operibus ſe commẽdabat dicens, Ieiunò bis in Sabbato &c. Luc. 18. Reprobatus eſt autem: quia omnis,qui ſe exaltat humiliabitur. Sic hypochrytæ ſe commendant hominibus,dum ſuis fictionibus, & ſimulationibus laudẽ quærunt.Exemplum Luc.15. Filius ſenior, qui erat in agro, ueniens intrare noluit: & rogatus a patre, commendauit ſe dicens, Ecce tot annis ſeruio tibi,& nunquam mandatum tuum præteriui,& nunquã dediſti mihi hædum &c. Gloriæ iactantia eſt,non ueritas: Quaſi mãdatum præterire non ſit,ſaluti alterius inuidere, uel de iuſtitia ſe iactare. Huic pater non conſentit,ſed reprobatus eſt: & nõ intrauit ad prandium iucunditatis. Angelus Laodiceæ Eccleſiæ, qui ſe iactabat. Diues ſum, & locupletatus, & nullius egeo; retunditur, & reprobatur: unde dicitur ei, Et neſcis, quia tu es miſer, & miſerabilis & pauper,& cæcus,& nudus. Apoc. 3. Pauper, ex defectu uirtutum, cæcus,ex defectu ſcientiæ. Nudus,ab operibus. Et ad tria contraria ſuadetur emere aurum,ideſt charitatem,& ueritatem, contra paupertatem,ut ſit diues. Suadeo tibi emere aurum &c. Veſtimentis operum ſe induere, contra nuditatem. Veſtimentis albis induaris, ut non appareat confuſio nuditatis tuæ. Collyrio ſcientiæ inungere oculos, contra cæcitatem. Et collyrio inunge oculos tuos,ut uideas. Commendat Abel de iuſtitia: unde dicitur, a ſanguine Abel iuſti. Cuius iuſtitia apparet: quia eius munera reſpexit, & acceptauit, Geneſ. 4. Nam, ut dicitur Eccle. 34. Dona iniquorum non probat altiſſimus, nec reſpicit in oblationes iniquorum, nec in multitudine ſacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. Et huius ratio eſt, tum quia ipſi iniqui ſunt; tum etiam, quia de iniquo offerunt. Luc.18. Ibi. Luc.15. Apoc. 3. Mat.23. Gen.4. Eccl.34.

Num.12. Commendat Moyſem de fidelitate,& familiaritate,dicens, At nō
talis ſeruus meus Moyſes, qui in omni domo mea fideliſſimus eſt.
Non quærens ſcilicet gloriam,quæ mea eſt in operibus ſuis. Et ſequi
tur,Ore enim ad os loquar ei;palam & non per enigmata,& figuras;
Dominum uidet,ſed ſupple,facie ad faciem uidet Deum: Ecce fami-
liaritas.Sequitur. Quia ergo nō timuiſtis detrahere ſeruo meo Moy
ſi, uide quantum ualet ei, cui falſò detrahitur: quia ex hoc meretur
commendari a Deo &c.

Commendatur Caleph de obedie͂tia,& terra ei promittitur; unde
dictum eſt, Omnes, qui non obediunt uoci meæ, non uidebunt ter-
ram, pro qua iuraui patribus eorum &c.ſeruum meum Caleph, qui
plenus alio ſpiritu, ſequutus eſt me, inducam in terram hanc, quam
Num.14. circuiuit,& ſemen eius poſſidebit eam.Num.14.Vnde,teſte Apoſto-
Phil.2. lo, Phili.2. obedientia meretur regni ingreſſum: unde dicitur,Factus
obediens uſque &c.

Commendatur Dauid;quia uoluit ædificare domum domino:un
2. Paralip.6. de dicitur,Quia hæc fuit uoluntas tua;ut ædificares domum nomini
meo: bene quidem feciſti huiuſcemodi habere uoluntatem;2.Parali.
6. Ideo dixit Samuel ad Saul, quæſiuit ſibi Dominus uirum ſecun-
1.Reg.13. dum cor ſuum,1.Reg.13. Domum ædificare domino, eſt conſcien-
tiam propriam ei in habitaculum præpapare: uel per prædicatio-
nem populum in unitatem Eccleſiæ congregare. In utroque com-
mendabilis eſt homo.

Commendauit de fide Centurionem, dicens. Non inueni tantam
Matth.8. fidem in Iſrael,Matth.8.Commendauit Cananeam: Magna eſt fides
Mat.15. tua.Comme͂dauit Petrum de prudentia. Beatus eſt Simon Bariona;
Matt.16. quia caro,& ſanguis &c.Commendauit etiam Magdalenam de mul-
tis, quæ dicemus in tertio fructu.

Tertius fructus perſonæ Chriſti eſt donum defenſionis, quo defen
dit omnes fideles: quia nemo rapiet oues de manu ſua. Sic defendit
Io.12. Magdalenam contra Phariſæum. Primò defendit in deuotione: quia
bonum opus operata eſt in effuſione unguenti precioſi, contra mur-
murationem diſcipulorum. Secundò defendit in dilectione; ſicut
hodie dicit, *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.*
Dilectio, & amor in ſpiritualibus, eſt ſicut ignis in corporalibus: ſi
nam ignis in corpus calefacit, rubiginem abſtergit, duritiem mol-
lit: Sic Dei amor animam calefacit, & ab ea omne frigus, ſeu tepi-
ditatem tollit; ad pietatem,& miſericordiam flectit,& omnem pec-
1.Petr.4. cati rubiginem conſumit: charitas enim operit multitudinem pec-
catorum. Bene ergo dicit: remittuntur multa,quoniam dilexit mul-
tum.

tum. Non enim poteſt paruus ignis ferrum durum molle facere, aut multam rubiginem ab eo auferre. Vbi ergo multum rubiginis eſt, magnus requiritur ignis. Decuit igitur, ut multus amor eſſet in ea. Dilexit autem multum: quia rem magnam dilexit, ideſt filium Dei, qui illuminat, & dirigit errantes, adiuuat infirmos, & debiles cuſtodit. Talis enim amandus eſt: quia lux, quia uirtus, quia iuſtus, quia omnia in omnibus.

Dilexit multum, ut per ſigna euidentiſſima oſtendit, omnia quæ poſſidebat, & lachrymas, & capillos offerens, & pretioſa unguenta, & ad conuiuium intrare non trepidans, & ſæpe ſtare ad pedes, & tot ſigna amoris oſtendere, & pœnitentię opera facere, & in poſterum aromatos ad ſepulchrum non timens, nec angelorum aſpectum ad monumentum. Ecce q̃ diligebat multum.

Dilexit multum: quia longe tempore dilexit, ab hora cõuerſionis, uſque ad mortem, & reſurrectionem Chriſtum ſequuta eſt. Et quoniam dilexit multum, multa dimittuntur. Et quoniam dimiſſa ſunt multa, multum dilexit: nam multiplex eſt dilectio. Vna, quæ præcedit peccati remiſſionem; alia uerò ſequens remiſſionem peccatorum: ſuppoſita enim fide, tanquam fundamento, quæ ſine charitate nõ iuſtificat: & ſic eidẽ infundit fidem, & charitatem: Infuſa autem charitate, ſeu gratia, ſequitur contritio, & peccati dolor: ad peccati dolorem, ſequitur peccati remiſſio. Itaque hæc tria, gratia, contritio, & peccati remiſſio, non ſe præcedunt tempore, ſed cauſa: nam gratia, cauſa contritionis eſt: non enim dolet quis offendiſſe aliquem, niſi amet illum, & ſic dilectio præcedit peccati remiſſionem: quia præcedit contritionem, ad quam ſequitur peccati remiſſio. Alia eſt dilectio ſequens remiſsionem, quæ potius dicitur probatio dilectionis primæ: & hæc eſt per ſigna exteriora, ut in Magdalena, de qua Dominus dixit Pariſæo. Vides hanc mulierem: quaſi dicat, Conſidera ſigna amoris, qualia tu non oſtendiſti: nam aquam &c. Et ſic utraque propoſitio uera eſt. Verum eſt etiam quòd fide, ſalua facta eſt fundamentaliter; quoniam niſi credidiſſet, non ſperaſſet, non amaſſet, non doluiſſet.

Defendit etiam Chriſtus in electione, dicẽs: Optimam partem elegit ſibi &cæ. Ecce quomodo factus eſt aduocatus eius contra Phariſæum murmurantem, contra ſororem conqueſtam, q̃ eam laborantem non adiuuaret. Reſpondens aduocatus, O Martha, bonam partẽ quidem elegiſti: ſed Maria optimam elegit. Tres ſunt partes. Vna horrenda, alia neganda, tertia eligenda. Pars horrenda eſt infernus, & dãnatio æterna, de qua parte dicitur, Ignis, ſulphur, & ſpiritus procel- Luc. 10. Pſ. 10.

Eſa.66. larum pars calicis eorum. Pars iſta impiorum eſt, quos exuret ardor ignis inextinguibilis, iuxta illud. Ignis eorum non extinguetur, Eſai. 66. Aggrauabit fœtor ſulphuris: vnde de dānato dicitur. Cruciabitur
Apoc.14. igne,& ſulphure. Apocalip.14. Flagellabitur manu Diaboli: vnde di-
Apo.21. citur ſpiritus procellarum. Hæc eſt illa pars, de qua Apocalip.21. Timidis, & incredulis, & excecatis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus pars illorum erit in ſtagno ardenti igne, & ſulphure. Hęc pars mala eſt, quia caret omni bono; & peior, quia plena omni malo: peſſima, quia non auferetur
Matth. 25. ab eis in æternum: ſtante ſententia infallibi, Ite maledicti in ignem æternum.

Secunda pars eſt neganda, & eſt mundus, qui conſiſtit in volupta-
Eſa.57. te delitiarum. De iſta parte dicitur Eſai. 57. In partibus torrentis pars tua. Torrens eſt carnis voluptas: quia cum impetu currit. In quo torrente multi eligunt partem cum diuite epulone, ambulantes poſt concupiſcentiam gulæ, & luxuriæ: ſed pars iſta auferetur ab eis: vt
Eſa.19. Eſa. 19. Nudabitur alueus riui a fonte ſuo: & conſiſtit in proſperitate diuitiarum. Hæc eſt illa pars, quam ſtultus, & inſipiens filius prodi-
Luc.5. gus petijt dicēs, Pater da mihi portionem. Et omnes ſtulti ſunt, hanc
Hier.12. partem quærentes in his tranſitorijs, cum dicatur Hiere. 12. Hæreditatem acceperunt, & non proderit eis. Auferetur enim ab eis iuxta illud. Dormierunt ſomnum, & nihil inuenerunt omnes viri diui-
Pſal.75. tiarum in manibus ſuis. Pſal. 75. Nihil enim de his ſecum portant. Conſiſtit etiam in vanitate honor. de qua dicitur. Magnificaui opera mea. Aedificaui mihi domos, & plantaui vineas: feci hortos, & po
Eccl.2. meria &c. & hanc ratus ſum partem meam, Eccl. 2. ſed auferetur ab
Iob.30. eis: quia ad nihilum redactus eſt, Iob 30.

Pſal.72. Tertia pars, quæ eligēda eſt, Deus eſt, Pars mea Deus in æternum; Pſal. 72. Ad quam eligendam multa requirunt. Primò optimè ſe diſponere: quia ſtat ad hoſtium, & pulſat. Mundum abijcere: quia tran ſit cum concupiſcentijs ſuis. Inimicos debellare in figuram terræ promiſſionis, quæ nulli data eſt, niſi vincenti populo: vt Ioſue 13. dicitur, Veniat in partem hæreditatis Iſrael. Mandata implere: iuxta illud, Portio mea Domine dixi, cuſtodire legem tuam.
Pſal.118. Pſal. 118. Gratias Deo agentes, & patri, qui dignos fecit in partem
Coloſ.1. ſortis ſanctorum, Coloſſ. 1. Fideliter ſeruire, iuxta illud. Pars mea Do-
Tren.3. minus &c. Tren. 3. Et confidenter petere, vt hodiè Magdalena fecit. Ideo Paulus hoc admirans ait, Vbi abundauit delictum, ibi ſuper-
Ro.5. abundauit & gratia. Auundauit in multitudine peccati: quia ſeptem Dæmonia habebat, id eſt vniuerſa vitiorum genera: Ideo

publicè

publicè conuerſa eſt, mundana reliquit, Diabolum ſuperauit, & partem optimam elegit, ſcilicet Deum aduocatum, patrem dominum, & ſaluatorem; qui eam defendit, conſeruat, & cuſtodit. Sic & uos, ò mulieres, ò peccatores omnes, hanc partem eligite optimam: quia ſummum bonum, a quo omne datũ optimum, & omne donum perfectum deſcendit: in quo nulla eſt tranſmutatio, neque luminis obũbratio: ſed illuminat, uocat, remittit peccata, defendit: & tandem ad uitam fœliciſſimam æternam perducit. Vbi gaudium ſine dolore, uita ſine morte inuenitur. Quam nobis dominus ſua miſericordia largiri dignetur, Amen.

FERIA SEXTA
Paſſionis.

PAVLVS Apoſtolus oſtendit 1.Corinthijs 1. quantum ualeat ſapientia huius ſæculi. Primò enim ait, etiam authoritate ſcripturæ, ipſam eſſe a Deo perdendam, d. Scriptum eſt enim, perdam ſapientiam ſapientum, & prudẽtiam prudentum reprobabo. Secundò ait, ipſam eſſe ſtultitiam, d. Vbi ſapiens? ubi ſcriba? ubi inquiſitor huius ſæculi? Nonne ſtultam fecit Deus ſapientiam huius ſæculi? Tertiò ait, ipſam nihil ualere ad uitam æternam acquirendam, dicens: fundat ſapiens, & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia: & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea, quæ nõ ſunt, ut ea, quæ ſunt deſtrueret. Quia uerò Phariſæi, ſecundum ſapientiam huius ſæculi, quæſierunt Chriſtũ perdere, & ipſi perditi ſunt: ut apparet in Euangelio hodierno & cæ. *Collegerunt &c.* 1.Cor. 1.

Ex hoc Euangelio quatuor fructus capiuntur. Primus eſt, qđ Principes, & magnates in conſilijs aliquãdo omnium malorum multitudinem adigunt, ut Phariſæi hodie. Secundus fructus eſt, ꝙ arte diſſimulant inuidiam, & iniquitatem contra proximũ, ut iſti contra Chriſtum. Tertium eſt, ꝙ proponunt, non quod ad Dei gloriam, nec ad Reipublicæ utilitatem; ſed ad ſui ſatisfactionem ſpectat. Quartus fructus eſt cognoſcere Dei miſericordiam, quæ ex ore prophano oritur, oſtendens ſententiam diffinitiuam.

Quo ad primum dico, ꝙ Principes aliquando omnium malorum conſilium conuocant, ut iſti hodie, qui conſilium collegerunt dicentes, *Quid facimus; quia hic homo multa ſigna facit.* Adegit autem eos ad impiã hanc conſultationẽ, non amor erga rẽpublicã, nec imminẽs periculum,

culũ, aut neceſſitas, & ptu rbatio, quæ idonea cauſa incũdi cõſilij eſſe ſolet. Sed ambitio, & auaritia, qui verebātur, ne hominibus ſuis exci deret, & quæſtu, & lucro, quod in alijs artibus acquirebant ſpoliaren tur. Inſuper inuidia, & odio in Chriſtũ, huius gloriç propria malitia excæcati, inuidebāt. Ideo iuſto Dei iudicio dati ſunt in reprobum ſen

Eſa. 30. ſum, & ea faciunt contra Chriſtum, quæ non conueniunt. De quibus Eſa. 30. hoc prǽuidens ait, Veh filij deſertores, vt faceretis conſiliũ, & non ex me, &c.

Ioan. 15. Sed contra Ioan. 15. Sine me nihil poteſtis facere. Quo modo non ex Deo, ſi ſine illo nil fieri poteſt?

Reſpondeo, quòd hic intelligitur de fructu boni operis, quem abſ que Deo facere non poſſumus. Quia liberum arbitium ſine gratia, & cætera.

Ad ſecundam dico, quòd non eſt incohueniens, quod impij conſi lium facerent, ſine Deo: quanquam non ſine eius permiſſionç, ſine qua nihil facere potuiſſent: quia voluntas mala poteſt ſacere, quod

Rom. 1. intendit malum. Et hoc deſignauit Apoſtolus de quibuſdam ſic di miſſis in ſua facultate, Ro. 1. vbi ait. Id circo tradidit illos Deus in de ſideria cordis eorum, & in reprobum ſenſum, vt faciant ea, quæ non conueniunt. Ex quibus verbis colligimus, malos tunc accipere pote ſtatem ad damnationem, dum in ſua mala voluntate relinquuntur, vt bonum opus, quod non abſque Deo cæperunt, fructuosè perficiant. Iſti verò conſilium fecerunt abſque Deo, ſed Deo permittente: quia dati erant in reprobum ſenſum, vt facerent contra Chriſtum, quæ non conueniunt.

Sed, vt ordinatè, & rectè procedamus, ſciendum, quòd conſilium trifariam inuenitur. Primum eſt, internum, & eſt illud, quod homo in ſe ipſo facit: vt ſunt operationes noſtræ, quæ propter ſui varietatē, & mutationem incertæ, & dubiæ ſunt: & de his dubijs certa ſenten tia dari non poteſt. Et hinc eſt, quò ratio noſtra, quæ eſt virtus inte rior animæ, ſine diligenti inquiſitione non poteſt iudicium, & ſen tentiam proferre. Hæc autem diligens inquiſitio, à ſapientibus con ſilium appellatur.

Thob. 4. Secundum eſt conſilium particulare, quod alter alteri exhibet, qui ex ſe ad ſua agenda non ſufficit, nec poteſt conſulere. Vnde mo net Thobias, Conſilium ſemper a ſapiente require. Thob. 4. Sapiens aũt dicit̃ dupliciter: ſecũdũ quid, & eſt qui bene iudicat de fine alicu ius artis, & de medijs ad illum finem ducẽtibus: ſicut medicus de ſa nitate, & medicinis ad illam inferentibus: & ſic de alijs artibus. Alter ſapiens ſimpliciter dicitur, & eſt ille, qui de vltimo fine vi-

tæ,

ra hominis, qui eſt Deus, iudicat, ſeu conſuliti & de præceptis, & conſilijs pertinentibus ad illum. Et quoniam Thobias abſolutè dicit. Cõſilium à ſapiente require, oſtendit, quòd primo, a primo ſapiente, qui eſt Deus, cõſilium quærendum eſt, orationibus alijsque medijs ſpiritualibus. Vnde dicitur. Omni tempore benedic Deũ, & pete ab eo, vt vias tuas dirigat, & omnia conſilia in ipſo permaneant, Thob. 4. Inde monet Sapiens, in oratione confitebitur Domino; & ipſe diriget conſilium eius, &c. Eccle. 39. Hinc Hiere. 10. ſcio Domine, quia non eſt hominis via eius, nec uiri eſt, vt ambulet, & dirigat greſſus ſuos. Proptereа ſcriptura dicit. 2. Paralip. 20. Cum ignoremus, quid agere debeamus, hoc ſolum habemus reſidui, vt oculos noſtros dirigamus ad te. Pete igitur conſilium a Domino tuo, & dabit tibi ſanum conſilium manſuetudinis. Si quis percuſſerit te in vna maxillã, &c. Matt. 5. Conſilium caſtitatis. Qui poteſt capere capiat. Matth. 19. Conſilium paupertatis. Vade, & vende omnia, quę habes. Mat. 19. conſilium charitatis diligite inimicos veſtros, &c.

Eccle. 39. Hier. 10. 2. Parali. 20. Mat. 5. Mat. 19.

Secundum cõſilium, quæras à viris bonis, & doctis in arte, qua dubitas. Si de medicinalibus, a medico, ſi de bellicis, ab armigero: & ſic de alijs. Si tamen luxurioſus dubitat, an luxuria ſit bona: conſulat nõ luxurioſum, ſed continentẽ. Si tu vſurarie dubitas, an vendere ad tẽpus, & carius, ſit bonum. conſule virum timentem Deum, & doctum in tuis, &c. Ad hoc monet ſcriptura. Doctum conſilium cuſtodit te, Prouer. 2. Qui autem ſapiens eſt, audit conſilium, prouer. 12. Diſſipantur cogitationes, vbi non eſt conſilium: vbi verò ſunt plures conſiliarij, confirmantur. Prouerb. 15. Audi cõſilium, & ſuſcipe diſciplinam, vt ſis ſapiens in nouiſſimis tuis, Prouer. 19. Cogitationes conſilijs roborantur, Prouerb. 20. Bonis amici conſilijs anima dulcoratur. Prouer. 27. Ante omnem actum conſilium ſtabile. Ecc. 37. Filij, ſine conſilio nihil facias. Eccle. 32.

Prouer. 2. Prouer. 12. Prouer. 15. Prouer. 19. Prouer. 20. Prouer. 27. Eccle. 37.

Sed pauci ſunt, qui bonis conſilijs acquieſcant: forte enim, quoniã pauci, qui bene conſulant, inueniuntur. Multi malis conſilijs adhærent: & quamplurimi ſunt peſſimi conſiliarij.

Tertium conſilium eſt generale. Multum enim valet conſilium generale in ciuitatibus: nam ſicut à corde procedit vita, vigor, & regiminis origo in corpore; ſic a conſilio ſapientium, Reipublicæ ſalus pendet. Vnde dicitur. Vbi multa conſilia, ibi ſalus. Prouer. 24. Et alibi. Sine conſilio nihil facias, & poſt factum non pœnitebit te, Eccle. 32.

Prouer. 24. Eccle. 32.

Eſt autem aduertendum, quòd (ſicut docet Plinius) inter elephantes talis eſt regula; quòd maior natu ducit gregem: alij, quanto antiquiores ſunt, tanto ſibi propinquius aſſiſtunt, & ad ducendum gregẽ adiuuant,

adiuuant,& confortant. Sic etiam,& in Republica fieri debet, vt maiores natu, antiquiores ætate, & moribus, gregem ſubditorum ducant,& regant:& antiquiores alijs,& prudentiores debent ſuis conſilijs adiuuare,& ad regimen confortare. Sine bono conſilio nunquã rector communitatis bene reget.

Experimur etiam, quòd aries libentius frequentat ſocietatem ſenum omnium,quàm agnorum. In exemplum certè,quòd vltra quod caput Reipublicę debet eſſe antiquius,& prudens: debet etiam ſecũ admittere ſocietatem,& conſilium ſenum prudẽtium potius, quàm fatuorum iuuenum: iuxta monitum, Cum fatuis conſilium non habeas, Eccle.8. Aliter, cum Roboan Regnum amittẽt, 3. Reg.12. Ad conſilium autem habendum multa ſuadent. Natura, vt in exemplo de formicis; quæ quando ſe inueniunt, vna aliam reſtat,& quaſi ſe inuicem alloquuntur,& conſulunt de Republica. Sic & nos ſuper negocijs pnblicis debemus colloquia multa, & conſilia facere. Ad hæc figura habetur in Apoca.4. Vbi ſedens in trono habebat circa ſe in diuerſis ſedibus, vigintiquatuor ſeniores. Ad denotandum, quòd illi, qui ſedent in throno iudiciariæ poteſtatis, debent iuxta ſe, in officijs conſtituere ſeniores, id eſt prudentes,& meliores, vt eorum conſilio, & auxilio poſſint Rempublicam gubernare, conſeruare, ampliare, beneficare, ditare, &c. Cuſtodi legem meam, atque conſilium, dicit ſcriptura, Prouer.3.

Eccle.8.
3.Reg.12.
Act.4.

Bonum conſilium patriam gubernat. Sicut enim (aiunt Aſtrologi) pro coniunctione planetarum in diuerſis ſignis, & domibus tempora mutantur,& reguntur,& impreſſiones in aere generantur. A ſimili,& per conſilia,& coniunctiones planetarum, ideſt conſiliariorum, qui in ſignis,& domibus, ideſt in curijs, & palatijs dominorum, ſeu ciuitatum aggregantur, quaſi totius mundi machina gubernatur. Et ideo ſi planetæ, id eſt conſiliarij boni fuerint; tunc bonas impreſſiones,& bona regimina in aere ſubiectæ patriæ generantur: ſi verò mali fuerint,& iniqui, tunc per eorum conſilia, & eloquia malæ impreſſiones, id eſt mala facta; rapinæ, ſcilicet, & exactiones generantur, &c. introducuntur. Vnde monet ſapiẽs, A conſiliario malo ſerua animã tuam, ideſt caue tibi, Eccle. 37. Et Pſal.82. de his dicitur. Super populum tuum malignauerunt conſilium.

Eccle.37.
Pſal.28.

In hoc falluntur multi Principes, Magnates,& ſenatus, qui libentius & citius credunt malis conſiliarijs, magis fauent adulatoribus. Ideo tota patria per eorum conſilia ruit. Dicit enim Plinius, quòd oſſa leonis ſunt ita dura, qnòd ex eorum colliſione ignis generatur. Oſſa hæc, conſiliarij ſunt regum, magnatum,& ſenatuum: qui ſunt hodiẽ

hodiè adeò duri, ita crudeles, & tyranni, vt ex eorum conſilio, & ordinatione ignis rapinarum, & iniuſtitiarum oritur, quibus tota patria ruit. De quibus dicitur, Eſa. 19. Sapientes dederunt cōſilium inſipiens. Ad malam enim ſuggeſtionem ſatraparum, Daniel carceratus eſt. Suaſione mala Menelai, Andronicus occidit ſacerdotem. Et mala perſuaſione Ptholomei, Anthiocus abſoluit Menelaum reū; & accuſatores eius iuſtos damnauit. Machab. 4. Bonum conſilium frenat impetus dominorum, & magnatum. Niſi enim eſſet obuiatio, & contrarietas planetarum, impetus, & raptus firmamenti, ſubuerte tur totus obis. ſed quoniam motus planetarū, motui, & raptui huic contrariantur: ideo mundi machina illæſa ſeruatur. Cęlum etiā Chriſtallinum propterea factum eſt aqueum, vt ſua frigiditate calorem ex raptu cœli generatum temperaret. A ſimili dico, quòd boni conſiliarij debent eſſe circa ſuperiores: & minores, vt per ſua diſcreta conſilia ipſorum impetus, iras, & leuitates temperent, prudenter contradicendo. Multi. n. ſuperiores ſunt ita mobiles per inconſtantiam, ſec uidi per crudelitatē, & auaritiā, ꝙ niſi eorū motibus, & raptibus, planetarum. i. bonorum cōſiliariorū ſenſus, & bonitas contrariet, ſubiectā patriā diſſiparent; & per penas, & iniurias inflāmarent. Vnde bene conſulit Seneca dicens: Dum tibi alludit vitæ proſperitas, cōſilia ſalubria tibi q̄re, vt ita circunſpicias, quo irē debeas, & quouſq; , &c. Eſa. 19. Mach. 4.

Vt igitur conſilium veſtrum ſanctum inueniatur, & ſanum; coadunate Reipublicæ veſtræ vobis corporis: huius caput ſint homines ſapientes, & literati: hoc autem caput oculos habeat, per quos tantum uideat: & ſunt leges, & ſtatuta, quibus Reſpublica regatur. Sint ei aures duæ, vt ſcilicet pro magnis, & paruis det conſilium. Et duo genera ſint perſonarum, pauperes, & diuites, nobiles, & plebei. Sic Romani receperunt Marium ruſticum, Arpinatem à bobus, & aratro, in conſulem Romanorum, qui ſæpe victorioſus fuit: cui inde titulum maieſtatis attribuerunt. Similiter Cincinnatum ruſticum ab inculta coma ſic dictum, conſulem fecerunt, qui vicit hoſtes, & pluries triumphauit.

Sint in conſilio veſtro hoīes diſcreti, qui oderēt naribus. i. diſcurſu, & examine, iuſtum, & iniuſtum cognoſcāt, quid honeſtū, quid nō: vtile & inutile: honeſtum ſemper vtili pręponendo. In cuius exemplū habetis, cum Themiſtocles Dux Athenienſis, bello nauali debellaſſet Xerſem, & exercitum eius, & expuliſſet eum à Græcia; ac ruinas patriæ in priſtinū gradū reformaſſet; in conſilio Athenarū publicè dixit: Habeo conſilium dandum, quo Athenienſes dominabuutur toti Græciæ. Date mihi hominē, cui ſecretò dicā. Et datus eſt ei Ariſtides,

cui dixit.Claſſis Lacedemonum,quam magnam eſt in Græcia : nunc eſt littore ſicco, apud locum dictum Figen.ſi clam proijceris ignem in eam,ipſa conſumpta,dominabimini toti Græciæ. Regreſſus Ariſtides ad ſenatum,retulit dicens. Vtile eſt conſilium Themiſtoclis, ſed minimè iuſtum, & honeſtum. Tunc ſenatus reſpondit. Quod iuſtum,aut honeſtum non eſt,nec expedit fieri. Vide hoc exēplū apud Valerium,lib.6.cap.5.& Ambro.in lib.de officijs. Dū Fabritius prȩliaretur contra Pyrrum Regem Pyrotarum, Xenocrates eius medicus ſcripſit ad ipſum,dicens,quod ſi vellet, daret venenum Pyrro: & ſic victoriam haberet. Scripſit Fabritius ad Pyrrum, narrans proditionem,& ſubdens.Romani armis,non veneno bella gerūt. Tunc fertur, Pyrrum reſcripſiſſe. Hic Fabritius difficilius à ſua lealitate, quàm ſol a ſuo curſu remoueri poteſt. & compoſuit ſecum. exemplum eſt apud Augu.de Ciui.Dei.

Marcus Regulus captiuus apud Carthaginenſes miſſus Romam pro commutatione fienda; eo quod Romani multos iuuenes Carthaginenſes habebant,iurans reuerti,ſi fieri non poſſet,Romani conſulentes ſuper hoc dixerunt.Marcus ſenex eſt,& parum prodeſſe poſſet: illi autem iuuenes multum obeſſe poſſent; nolumus : Et reuerti volens rogabatur, vt ſtaret: non acquieuit: reuerſus morte interijt. Ecce in iſtis vides,quomodo iſti honeſtum præponebant ei, quod ſibi vtile foret. Sic & vos faciatis. Inſuper conſilium noſtrum ſit fidele,ita quod fides ſit ſine lingua in conſilio noſtro,& ſola fides loquatur, id eſt quicquid conſulitur pro bono Reipublicæ, cȩletur, & ſeruetur.

Amplius,ſi contingat aliquem conſiliarium aſſumi: moueant nos virtutes,ac benemerita,non ſanguis,nec parentela;ſed iuſtitia.In exéplum eſt,quòd Tullus Hoſtilius, filius paſtoris,ob virtutes Rex Romanorum factus eſt.Tullus de Arpinate villa factus conſul Romanorum: patriam liberauit, pater patriæ acclamatus eſt. Sic in ſcriptura, Moyſes de Tribu Leui,non fratres,nec filios, ſed Ioſue de Tribu Effraim ſucceſſorem ſtatuit.Deut.vlti. Mathias, natione extraneus, electus eſt loco Iudæ,& non Ioſeph Chriſti conſanguineus, Act.1. Noluit Chriſtus filios Zebedei,& ſi conſaguinei eſſent, alijs præponere, Matth.20. Sint igitur virtutes, & merita, manus, quæ operantur in Republica.

Deut.34. Act.1. Mat.20.

Sit conſilium de præmiandis bonis,& puniendis malis. Iſti enim duo actus,ſunt quaſi columnæ,& pedes ſubſtentantes conſilium, & Rempublicam: ſi alterum horum deficiat,claudicabit,deforme erit: ſi ambo,ruet, nec ſtare poterit. Romani enim in his duobus perſonam

nam minimè recipiebant.

Et ſi Rempublicam, & conſilium viuum cupitis, iuſtitiam ſeruate: quæ ſicuti anima eſt viuificans: de cuius excellentia dicitur, quòd inexplicabile bonū. Sed dic mihi, quale eſt conſilium tuum? & congregatio cōſiliariorum qualis eſt? an ſint ibi prudentes, & docti de ciuitate, & regno, quod pueri, ideſt indocti, & inſipientes regunt. Vide ſi conſilium tuum habet oculos, ideſt leges obſeruet pro omnibus, & non pro pauperibus tantum: qui vt ſturiones fractis retibus, egrediuntur: ſed veniet iudex æquiſſimus reddens omnium rationē. Vide ſi conſilium habeat aures, id eſt homines aptos ad regendum; & non tanquam beſtiæ, conſilium ingredientes. Vide ſi habet linguam, ideſt fidem, obſeruans, quod promittis, & magis pro Republica, quàm pro te bonum cupias. Vide ſi conſilium tuum viuum ſic, & animam viuificantem habeat, id eſt iuſtitiam cum maioribus, & minoribus, ita vt illud Domini dictum obſeruet. Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram. Non ita erat hoc conſilium Principum; quia nec oculos, nec aures, nec linguam, nec animam habebat.

Secundus fructus: quomodo arte quadam diſſimulant inuidiam, quòd ſcirent Iudices ab huiuſmodi affectibus liberos eſſe debere, honeſtum præceptum afferunt: verentur enim ne, ſi Chriſti fides obtineat, Romani ipſis locum, & gentem tollant: Quaſi Chriſtus populum contra Romanos ad ſeditionem, & rebellionem concitaſſet: vt fecerunt Theodus, & Iudas Galilęus. Act. 5. At Chriſtus, oblatum ſæpius regnum renuit. Ioan. 6. & cenſum eſſe Cæſari numerandum docuit. Luc. 20. & ſoluit. Matt. 17. quæ ſanè non ſunt eorum, qui tyrannide regna inuadere nituntur, vel qui ſeditiones excitare ſolent. Ipſe enim Chriſtus Rex Regum, & Dominus dominantium, non terrenum, aut carnale regnum meditabatur, quod armis, potentia, opibus, & militibus obtinetur, ſed cæleſte, & ſpirituale, quo per fidem, charitatem, & verbum ſuum dominaretur in cordibus credentium, & quos obedientes principibus eſſe iuſſit. Quare hæc ratio non erat ſufficiens colligendi conſilij contra Chriſtum: ſed hoc non ſine Deo permittente fecerant, quia iudicium Dei eſt incomprehenſibile, licet hoc conſilium iniuſtè parauerant contra Chriſtum, attamen ait Propheta. Iudicia Dei abyſſus multa. Quid dicendum? Et Paul. Rom. 11. Vias eius inueſtigabiles eſſe ait. Et alibi è contrario. Scimus enim quoniam iudicium Dei eſt ſecūdum veritatem in eos, qui talia agūt. Similiter Dauid cognoſcens iudicium Dei, ait. Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum. Et rectius alibi. Qui annunciat verbum ſuū Iacob, iuſtitias, & iudicia ſua Iſrael. Igitur populus Iſrael comprehendit

Act. 5. Ioan. 6. Luc. 20. Mat. 17.

Pſa. 55. Rom. 11. Rom. 2.

Pſal. 118.

Ro.2. dit iudicia Dei. Et Paul. cognoſcens hoc iudicium ait. Exiſtimas, ò homo, qui iudicas eos, qui talia agunt, & facis ea: quia tu effugies iudicium Dei: ergo Paulus nouit ſimiliter.

Reſpondeo, vt Aug. ait, quòd iudicia Dei multis patribus reuelata fuere ab ipſo Deo: ideo dicit Auguſtin. Paulum non prohibere ſanctos ab inquiſitione iudiciorum Dei: ſed illos, qui non ſunt in charitate radicati, dum dicit Ro.9. Tu quis es, qui reſpondeas Deo, tamen ipſemet ait, Spiritualis homo omnia iudicat. Dum itaque Paulus, & Dauid ponunt iudicia Dei imperſcrutabilia, ponũt ex vi naturali humani intellectus, & cum dicunt, nonnullos nouiſſe iudicia Dei, per reuelationem hoc habuerunt. Vnde in Pſal. 147. dicitur. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis.

Rom.9. 1.Cor.2. Pſal. 147.

Eccl.9. Sed contra in libro Eccle.9. ſcribitur. Neſcit homo, an ſit dignus amore, vel odio. At Paulus dicit. Ipſe enim ſpiritus teſtimonium red didit ſpiritui noſtro, quòd ſumus filij Dei, Rom. 8. Alter negat naturaliter fieri poſſe: Aliter a ſpiritu ſancto ſpiritui humano reuelari aſſerit. Eccl. Neminem ſolo naturæ lumine ſcire poſſe, an ſit dignus amore, vel odio, aſſeuerat. Paulus verò, hoc fieri per reuelationem ſpiritus affirmat. Sic Chriſtus confiteor tibi pater Domine &c. Abſcondiſti hæc a ſapientibus, & reuelaſti ea paruulis. Ecce quod mundi ſapientes ſapientia naturali ſcire nequeunt: humilibus autem ſpiritus reuelat.

Rom.8. Mat.11.

Tertius fructus eſt, quòd hi Principes nihil, quò ad Dei ſpectaret gloriam, ſibi propoſuiſſent in hoc conſilio, ſed ea tantùm, quæ prauis ipſorum affectibus, & cupiditatibus inſeruirent, vel primarius huius impij conſilij præſides Cayphas ſimoniacus ſatis teſtatur: qui cum hoſtis eſſet filij Dei, nihil niſi quod impium eſſet animo verſabatur, ſed Deus infinitæ bonitatis, & potentiæ, iniuſta & crudelia cõſilia ad fęlices, ac ſalutares exitus producere nouit, vt olim venditionem Ioſeph, ad ſalutem fratrum, Gene.45. Licet verò impius hic malo animo eſſet in Chriſtum, tamen officij dignitatem ab ipſo inſtitutam voluit Deus dono externo, & viſibili prophetię commendare, quam alio longe ſpiritus ſanctus intendit, quàm ipſe Cayphas: nam inſtinctu Dei loquutus eſt, & vt Balaam, Numer. 23. quanquam imprudens, & ignarus, quid diceret: ſic ſæpe ſolet impia conſilia gubernatorum in ſalutem vertere eorum, quibus ipſi inſidiantur, deinde illud hic obſeruandum eſt. Quod bonis, & malis hæc dona gratuita ſunt communia, & ſi periculoſa ſint in malis. Pronunciat igitur in Chriſtum ſententiam, ſcilicet expedit, vt vnus homo moriatur pro populo, ne tota gens pereat: hoc autem, vt ait ſcriptura, à ſemetipſo non

Gen.45. Num.23.

dixit, ſed cum eſſet Pontifex anni illius prophetauit. Quæ non ita intelligas, quaſi ueteri illi Aaron pontificatui ſic eſſet alligatus ſpiritus ſanctus, ut quicquid Pontifex diceret, ſtatim a ſpiritu ſancto dictum putaretur, ut diuinum oraculum ſuſciperetur: ſed ſignificat Deum ſemper illi externo miniſterio fauere ſolitum. Et quamuis perſonæ eſſent impiæ, officium tamen erat ſanctum, & diuinitus inſtitutũ. Ex quo ſequitur error Hebræorum, quem confutat Aug. libr. 4. contra Donatiſtas cap. 4. & Bernard. ſerm. 66. in Cant. Si uerò hoc ueteri beneficium conceſſit Deus, an putabimus Eccleſiam ſuam, quam ſibi collegit, & purgauit Chriſtus omnino ſpoliaſſe æterno ſacerdotio, quando in omni lege ſupereſſe uoluerit ſacerdotes, qui offerrent dona, & ſacrificia pro peccatis?

Quartus fructus eſt, quòd proponit Euangel. immenſam Dei miſericordiam, quam in diffinitiua ſententia iudicis explicat, quãquam illam nec cogitauerit, nec decreuerit impius quodnam præclarius humanæ naturæ conferre poſſet Deus, quàm iræ, & damnationis filios congregare in unitatem fidei, abducere a cultu Dæmonum, & a uarijs erroribus, quibus miſeri detinebantur, ad ueri Dei cognitionẽ, ut erepti de poteſtate tenebrarum traducerentur in unum corpus, cuius caput Chriſtus, ipſi autem per fidem, & charitatem, ut uiua corporis membra inſerti ipſius ſpiritu uegetarentur, donec occurrerent in uiros perfectos in menſuram ętatis plenitudinis Chriſti, ad Ephe. 4. & horrendum Dei iudicium in uaſa iræ, aptata iam in interitũ: ſua nimirum culpa, quia reſtiterunt ueritati, miſcuit uobis dominus ſpiritum ſaporis, & uertiginis, Eſa. 29. iuſto ſuo iudicio. Neque propterea fatali quadam neceſſitate quis eos coactos fuiſſe opinetur, ut uoluntate ſua aliter uti non potuerint arbitrij ipſius libertate adempta, ut quidam falſò opinantur. Dei enim præſcientia non imponit aliquam neceſſitatem, niſi forte eam, quam uocant conſequentiæ: quia neque ordinat, neque approbat, ſed tantum ad certum finem determinat ea, quæ homo libero arbitrio facit. Quid ergo impio illo conſilio ſceleſtius inueniri poteſt, quoniam a ſapientibus mundi huius collectum eſt, quorum ſapientia dicit bonum malum, & malum bonum? Diuitiæ enim, & gloriæ commoda, & dignitates tanquam res optimæ exiſtimantur ab ea, ſed cruces, tormenta, infirmitates, & paupertates, mala, & inſaniæ appellantur: Carnalis enim eſt: ideo Paulus Rom. 8. qui ſecundum carnem ſunt, quæ carnis ſunt ſapiunt: qui uerò ſecundum ſpiritum ſunt, quæ ſpiritus ſunt ſentiunt: nam prudentia carnis mors eſt: prudentia autem ſpiritus, uita & pax.

Ephe. 4.

Eſa. 29.

Rom. 8.

Sed prudentia ſpiritus congregat conſilium omni bonitate, & ho-

1.Cor.12. neſtate plenum, 1.Cor.12. Omnia autem honeſtè, & ſecundum ordinem fiant in uobis, & rationabile obſequium ueſtrum.

Ephe.5. Hæc prudentia ſpiritus facit te cautum in conſilio, ut rectè ſcias domini uoluntatem, Epheſ. 5. Videte itaque fratres quomodo cautè ambuletis, non quaſi inſipientes, ſed ut ſapientes, redimentes tẽpus, quoniam dies mali ſunt: propterea nolite fieri imprudentes, ſed intelligentes, quæ ſit uoluntas Dei.

Coloſ.4: Hæc prudentia ſpiritus in conſilio prudenter te loqui facit, Coloſ. 4. in ſapientia ambulate ad eos, qui foris ſunt, ſermo ueſter ſemper in gratia ſale ſit conditus.

2.Theſ.1. Hæc prudentia ſpiritus bonum in corde tuo conſeruat, ſecund. Timot. 1. bonum depoſitum cuſtodi per ſpiritum ſanctum, qui habitat in nobis.

2.Timot.3. Hæc prudentia ſpiritus in conſilijs te firmum, & conſtantem inſtituit in dictis ſanctorum Dei: ſecundæ Timot. 3. Mali autem homines, & ſeductores proficient in peius errantes, & in errorem mittentes: Tu verò permane in his, quæ didiciſti, & credita ſunt tibi ſciens a quo didiceris.

Heb.3. Hæc prudentia ſpiritus cœleſtis, vocationis participem te facit Hebr.3. Vnde fratres ſancti, vocationis cœleſtis participes conſiderate Apoſtolum, & pontificem confeſſionis noſtræ Ieſum Chriſtum.

Ephe.5. Hæc prudentia ſpiritus à verbis aſperis, & mendacibus conſiliariorum decipi te non ſinit, Epheſ.5. Nemo vos ſeducat verbis inanibus.

2.Cor.8. Tandem hæc prudentia ſpiritus in conſilijs facit omnia bona prouidere non ſolum coram Deo, ſed coram proximis, ſecundæ Corin. 8. Prouidemus enim bona non ſolum coram Deo, ſed etiam coram hominibus. Hæc eſt ergo illa prudentia, qua vti debebant Pontifices, & Phariſæi in hoc conſilio, ſic & omnes fideles in omnibus conſilijs, vt rectè, piè, iuſtè, & ſanctè iudicare valeant. Se heu, quia è cõtrario potius carnali, quàm ſpirituali omnes vſi ſunt, attende tibi, nam quibus vſus es armis, eiſdem peribis, vel ſaluus eris, Amen.

DOMINICA
Palmarum.

PAVLVS Apoſtolus ad Coloſſenſes, ſecundo ſcribens, oſtendit triumphum, & maieſtatem tanti regis noſtri Chriſti, cuius regnum in hoc mundo non erat, ſed maieſtatem potentiæ ſuæ nos liberãdo clarè manifeſtauit: ideo ait. Et vos cum mortui eſſetis in delictis, & præputio carnis veſtræ conuiuificauit cum illo donans vobis omnia delicta, delens, quod aduerſus vos erat, Chyrographũ decreti, quod erat contrarium nobis, & ipſum tulit de medio affigens illud cruci, & expolians principatus, & poteſtates traduxit confidenter triumphans illos palam in ſemetipſo, & de poteſtate tenebrarum tranſtulit in regnum filij dilectionis ſuæ, in quo habemus redemptionem, & remiſſionem peccatorum. Sed audi Auguſtinum loquentem de Chriſto triumphatore, & rège noſtro. Mortuus in ſepulchro mortuos ſuſcitans, vitam tribuens vniuerſis in cœlo mundum non dimittens ad cœlos aſcendit, nec cœlum deſerens ad terram venit, ſed vno, atque eodem tempore ſimul totus totum impleuit: crucifixit peccatum, & occidit mortẽ, & fuit victor, & victima: & ideo victor, quia victima, & pro nobis ſacerdos, & ſacrificium: & ideo ſacerdos, quia ſacrificiũ, rex, & regnum: ideo regnum, quia rex: & ideo rex, quia regnum. De hoc rege triumphante loquitur hodiè Euangelium, *Ecce rex tuus tibi uenit*, *&c.* quieſcite. Col.2. Col.1.

Ex hoc Euangelio tres fructus colligimus, & vt nautæ tria precioſa in portu Panormi piſcamur. Primus fructus, & primum precioſum, Chriſti humilitas eſt, quam in hoc oſtendit, quod inſidet aſello abiectus puerorum acclamationem admittens, adeo vt mundus vilem eum exiſtimet: quia carnalis homo nõ ſapit, quæ Dei ſunt: ſtultitia enim illi eſt, & miſeria potius, ſed fidelibus admiranda ſunt miſteria. Significant enim ipſum a patre æterno deſtinatum, vt ſarcinam peccatorum noſtrorum tolleret, Ioan. primo, pauperibus, & humilibus veritatem Euangelij annunciaret, Eſa. 61. & prima Corinth. primo. doceret pauperum, & humilium non diſplicere orationem. Prophetæ enim omnes, quot quot de officio veri Meſſiæ, vnquàm docuerunt hæc primaria ipſius fore munia dſcripſere, vt Zachar. 9. Ecce rex tuus venit tibi iuſtus, & ſaluator, ipſe pauper, & aſcendens ſuper aſinam, & cætera. Et humilis, vt nimirum iuſtificet circuncìſionem, ex fide, & præputium per fidem; Roma. 3. ſaluum 1.Cor.2. Ioan.1. Eſa.61. 1.Cor.1. Ro.5.

Mat.1. faciet populum ſuum a peccatis eorum, Matt.1. vt Illius inopia diui-
2 Co.8. tes nos efficeret, ſecundæ Corinth.8. & ſua humilitate mederetur cō
Pſ.33. tritis corde, & humiles ſpiritu ſaluaret, Pſal.33. hæc, vt pijs fidelibus annunciaret miſteria, hac humili pompa vſus eſt, non quali ſolēt Reges huius ſæculi, videlicet phaleratis equis, curribusq́; triumphalibus, equitum aut peditum militibus, & armorum, aut tubarum ſtrepitu. Voluit enim Regni ſui maieſtatem collocare non in externis, quæ mundus admirari ſolet, ſed in iuſtitia, gaudio, pace, & ſpiritu ſancto,
Rom 14. Rom.14. neque enim mundanum venerat inſtituere Regnum, Ioan.
Ioan.18. 18. ſed cœleſte, ac ſpirituale, atque ideo contra regum huius ſæculi morem ante victoriam triumphum celebrat: certa enim erat illi de hoſte, cum quo pugnaturus aduenerat, victoria, quod per ſanguinem crucis ſuæ expoliaret principatus, ac poteſtates, ac palam traduceret
Coloſ.2. triumphans de illis in ſemetipſo, Coloſ. 2. & tanquam Rex totius
Pſa.46. regeret omne Regnum. Ideo Pſal.46. Rex omnis terræ Chriſtus, vt Deus dicitur.

Pſa.48. Sed contra, Pſal.48. ait Propheta, Reges terræ, &c.

Reſpondeo, quod alia relatione Deus dicitur Rex, & alia homines: iſti limitatè, & diffinitè dicuntur Reges, regnantes ſuper vnum Regnum, qui tunc fęliciter regnant, ſi iuſtè imperant, ſi inter linguas adulatorum non extolluntur, & homines ſe eſſe recolunt, ſi tardius vindicant, & facilè ignoſcunt: ſi quod aſperè conguntur diſcernere, miſericorditer compeſcunt ſi in alijs gloriā non faciunt, ſed propter charitatem, & ſpem futuræ fęlicitatis: ſic enim regentes conformes redduntur Regi regnorum, à quo poteſtatem habent, vt Reges ſiant:
Rom.16. quia non eſt poteſtas, niſi à Deo. Sed iſti tantum terreni regni poteſtatem habent, & mortales ſunt: Chriſtus verò, vt Ioannes docet, &
1.Timot.3. Paulus, eſt Rex regum, & Dominus dominantium immortalis, cui ſoli omnis honor, & gloria. Regnum enim Chriſti, regnum charitatis, & quietis, & pacis, vt ſcriptura teſtatur, vocans eum Regem pacificum.

Apoc.12. Sed contra, Apocalip. 12. factus eſt prælium magnum in cœlo.

Reſpondeo, quod illud bellum fuit conueniens in cœlo committi, vt ſi illi Angelici ſpiritus, qui à conditore omnium cum libertate fuerunt conditi, in conditione ſua vellent conſiſtere, illi quo fęlicitarentur tanquàm victores in bello acerrimo, quod ſuperbus lucifer excitauerat contra Dominum: qui verò inflati adhæſiſſent lucifero, ruerent expulſi ab Archangelo Michaele, qui fortis in prælio fecit victoriam contra rebelles, vincens in ſangune agni, propter

pter quem initum fuit bellum, dum Chriſtum in regem accipere noluerunt, qui pugna in cęlis initiata in horto voluptatis facta fuit, quã do ſerpentis ſuggeſtione tentantur parentes, licèt in cœlo poſt hoc bellum roborata fuit pax, & tranquillitas, quam Ioan. videns raptus in ſpiritu in ſupetna ciuitate audiuit canentes, & dicentes, Apoc.7. Benedictio, & claritas, & ſapientia, & gratiarum actio honor, virtus, & fortitudo Deo noſtro in ſæculum ſæculorum, qui eſt Rex regum, & Dominus dominantium. Ideo in Euangelio dicitur, Ecce Rex tuus. Apoc.7. Apoc.19.

Quatuor equidem huic Regi debemus, vt Euangelium affert. Primò dicit, Ecce Rex tuus: qui certitudinaliter à Patriarchis præuiſus, iuxta illud Iacob. Non auferetur ſceptrum de Iuda, Geneſ.49. Qui indubiè à Pontificibus creditus eſt: vnde Moyſes dicens, obſecro Domine, mitte, quem miſſurus es, Exod. quarto. Qui fiducialiter à Principibus poſtulatus. Vnde Dauid timens peccato ſuo tardari incarnationem Domini, propter Dauid ſeruum tuum, & cætera. Pſal. 131. Qui fideliter a Prophetis promiſſus, iuxta illud, ſtatim veniet ad templum ſanctum ſuum dominator, & cætera. Malach.3. Gen.49. Exod.4. Pſal.131. Malach.3.

Hinc primò debemus timorem, quia Rex: ſicut ipſemet dicit, Rex magnus ego ſum, Malach. primo. Hic autem Rex purpuram habuit, quando clamide coccinea indutus eſt à Iudæis, in qua illuſerunt, & vt dicitur, Coronam ſpinarum, iuxta illud, plectentes coronã de ſpinis poſuerunt ſuper caput eius. Sceptrum, quando poſuerunt arundinem in dextera eius, & genuflexi illudebant dicentes, Aue Rex Iudæorum. Et quia tanto Regi non exhibetur debitus honor, & timor, ideo cõqueritur dicens, Si ego Dominus, vbi eſt timor meus? Malach. primo. Et hoc forte accidit, quia Rex iſte in præſenti non effundit furorem ſuũ ſuper impios, iuxta illud quod dicitur ſuperius: & quia non profertur cito ſententia abſque timore contra malos, Filij hominum perpetrant mala: attamen quia peccator centies facit malum ſupple, grauius punietur. Malach.1. Mat.27. Malach.1.

Secundò debemus amorem, quia viui: Vnde beatus Bernar. totus mihi datus, totus in meos expenſus eſt: abſque hoc dicit Apoſtolus, Roma.8. omnia nobis neceſſaria cum illo donauit. Datus eſt enim nobis in exemplum conuerſationis, iuxta illud, Inſpice, & fac ſecundum exemplar, & cætera. Exod.25. Ideo dicit exemplum dedi vobis, & cætera. Io.13. In preciũ noſtræ redẽptionis, iuxta illud, empti eſtis precio magno. 1.Cor.6. & verè magnum precium ſanguinis Chriſti, quia ſicut dr̃ Sap.7. oẽ aurũ, & argentũ in comparatione illius, arena Rom.8. Exod.25. Ioan.13. 1.Cor.6. Sap.7.

eſt exigica. In uiaticum noſtræ peregrinationis, ſicut in perſona Chriſti dicitur, ero ſocius itineris tui Geneſ. 36. Cum ipſo ſum : dicitur, Pſal. 90. In præmium remunerationis æternæ, ſicut promittitur, Ego ero merces tua, &c. Geneſ. 15. de qua dicitur. Vincenti dabo mãna abſconditum, Apoc. 2. Ideo quia ſic tuum Dominus tu debes cum diligere iuxta illud. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, & cætera. Matt. 22.

Geneſ. 36. Pſal 90. Geneſ. 15. Apoc. 2. Mat. 22.

Tertiò debemus obedientiam, quia venit tibi, ideſt ad tuam vtilitatem defectum tuum reparando, viam ſalutis demonſtrãdo, ægros curando, mortuos ſuſcitando, peccata remittendo, demoniacos libe rando, gloriam polliciendo, cœlum aperiendo, ſe ipſum totaliter dõnando, redimendo hominem vilem per vnionem hypoſtaticam exaltando, totum hominem illuminando, ideo obediẽdum. Vnde Petrus dicit, obedire oportet Deo magis quàm hominibus, Act. 5. Venit autem filius ad vtilitatem noſtram, vt lux ad illuminandum errantes in tenebris erroris, ſicut ipſe dixit, ego lux in mundum veni, Io. 12. Accedite ad eum, &c. Pſal. 33. vt ignis ad inflammãdum tepidos in amorem ſui: ſicut ipſe dicit, Ignem veni mittere in terram, & quid volo, niſi, vt accendatur? &c. Luc. 12. Ad ditandum pauperes theſauris gratiarum theſaurizabit ſuper illum ſcientiam, & intellectum Iuſtitiæ, Eccle. 4. Vnde dicitur, Matt. 25. dedit vnicuique ſuam propriam virtutem. Ad reficiendum, ſiue roborandum famelicos, iuxta illud, venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam, &c. Matth. 11. ergo amate.

Act. 5. Io. 12. Luc. 12. Eccle. 4. Mat. 25.

Quartò, honorem, & reuerentiam, quia pauper, & manſuetus, nõ incedebat ſtipatus agminibus loricatorum militum, neque cum ijs, qui portant fuſtes, & gladios, ſed pauper, & manſuetus: ideo honorificè occurrendum eſt cum apparatu bonorum operum. Ecce ergo quod Chriſtus ſingularem humanitatem, & humilitatem in hoc aduentu ad Hieruſalem oſtendit: quicquid autem fecerit, in ſecũdo fructu Deo fauente videbimus.

Secundus fructus, diſcipulorum promptam oſtendit obedientiam, qua Chriſto parent dicenti. Ite in Caſtellum quod contra vos eſt: ipſam nimirum Hieroſolimam ſignificans, quam eſſent in negocio prædicationis Euangelij experituri quidem rebellem, ac refractariam, ſicut ante ipſos omnes prophetæ fuerãt: quot quot Deus miſiſſet ſuperſtitionem, idololatriam, & impios cultus damnarẽt, quos non ante perſequi deſtitit, quam crudelibus ſupplicijs extinxiſſet, vt patet in Eſaia, Hieremia, & alijs, cum falſos prophetas, & adulatores maximi faceret. Ne autem talium exemplo terrerentur Apoſtoli,

pollicetur

polllicetur fugam,& inuenietis aſinam, & pullum alligatum cum ea, hoc vaticinium ſignificans fore, vt prædicatio Euangelij promptos, & beneuolos ìueniet auditores, Eſa. 55. Quo modo deſcēdit imber, & nix de cœlo,&c.& illuc vltra non reuertitur,ſed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat ſemen ſerenti,& panem comedenti,ſic erit verbum meum quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum, ſed &c. Eſa. 55.

Oſtendit autē verbum Dei nos eſſe aſinos,ideſt peccato,& maledictioni obnoxios, alligatos, & captiuos ad ſuam ipſius voluntatem. Aſinus enim animal pigrum eſt:piger dicitur, quaſi pede ęger. peccator autem piger eſt in ieiunio,cōfeſſione, oratione,& in omnibus bonis operibus. Aſinus durus eſt ad ſtimulum, etiam vſque ad ſanguinis effuſionem expectans:ſic peccator lentus ad bonum quouſq; calcaribus dolorum impellatur: ſic Balaam reduxit aſinam deuiantem calcaribus, Num. 22. Item aſinus ante debilis,retro fortis eſt:ſic peccator ad bonum debilis,ad malū infaticabilis exiſtit. Aſinus animal eſt oneriferū: peccator portat ſuper ſe onus omni alio grauius; nam omne quod mouetur, in tempore mouetur:& quāto grauius, tā to velocius. ſi lapis è cœlo ad terram emitteretur,in anno non attingeret, & tamen peccatum ſtatim, ne dum à cęlo ad terram,ſed vſque ad profundum abyſſi luciferum impulit: nec tamen ſolui poſſe ſola obedientia legis,vel viribus liberi arbitrij: ſi enim ex ijs eſſet iuſtitia. ergo gratis Chriſtus mortuus eſſet,ſed per Chriſtum,quem nobis annunciat prædicatio Euangelij, quod hic exprimit dicens, *ſoluite, & adducite mihi.* Numer. 22. Gal. 3.

Conſidera quos miſit, ſcilicet Petrum,& Philippum: hic latet miſterium. Philippus amor interpretatur, Petrus cognoſcens. Ex amore omne malum oritur, nam vel amamus, quod non debemus, vel pluſquam debemus. Cum enim non amemus aliquid niſi ſub ratione boni veri,vel apparentis:iuxta bonitatem rei amor proportionari, & menſurari debet, hoc autem facit cognitio. Ecce quomodo cum Philippo, ideſt cum amore mitti, & aſſociari debet Petrus, id eſt cognitio

Mittit diſcipulos, quia Euangelium traditur ab Apoſtolis,declarandum in vltima ætate, primæ Corinth. 10. Nos ſumus in quos fines ſęculorum deuenerunt. Mittit a monte oliuarum, ſignificans Euangelium eſſe verbum gratiæ, & miſericordiæ. Mittit duos; quia in ore duorum, & quia prædicanda erant ab eis duo teſtamenta: ſic duæ naturæ Chriſti, & duo præcepta amoris, duo aduentus Chriſti mittuntur,quo prædicarēt: in Caſtellum, ideſt in hunc mundum, ſibi

 contrarium,

contrarium, vbi reſiſtit ſapientia Græcorum, potentia Romanorum, hypocriſis phariſæorum: ſed nolite timere, ſoluite, & adducite mihi. Obediunt diſcipuli, & iuerunt: Petrus in Anthiochiam, Andreas in Scithiam, Iacobus Alpheus in Hieruſalem, Iacobus alter in Hiſpaniam, Ioannes in Græciam, Matthæus in Ethiopiam, Matthias in Macedoniam, Philippus in Sammariam, Simon Iudas in Babyloniam, Paulus per gentes vſque ad Romam: inuenerunt aſinam alligatam, id eſt gentem Hebræam ligamine legis: & pullum, id eſt gentiles ſine lege. Per aſinam etiam fidelis ſignificatur peccato inuolutus, ad cuius ſolutionem duo diſcipuli requiruntur, charitas, & cognitio, quibus iuſſu Domini, & authoritate ſacerdotij ſoluunt, & per incorporationem ſacramentorum ad Chriſtum ducunt: veſtimenta, ideſt ſanctorum exempla ſuper ipſos, id eſt ante oculos apponunt ad imitandum, tunc ſupra talem corde contritos: ſed Dominus per gratiam ſuper quem requieſcet ſpiritus meus. Adducite: verba veritatis efficaciter prædicando, virtuoſè operando, in faciem eorum magnitudinem diuinæ miſericordiæ oſtendendo exemplo honeſtæ ſanctitatis conuerſando, timorem diuinæ iuſtitiæ incutiendo, ad deſiderium cœleſtis gloriæ alliciendo.

Et ſi quis aliquid dixerit, dicite, quia dominus his opus habet. Sed quid dixit Dauid Domini eſt terra, & plenitudo eius, quomodo ergo Christus his opus habet creaturis? — Pſal. 23.

Reſpondeo, quod fons indiget riuulis ad communicandum ſuam abundantiam, & ſol ad communicandum ſuum lumen indiget aere medio, ſic Deus per ſe non indiget creatura, id eſt ad beneficiandum ipſam, vt ſcilicet ipſi bonitatem ſuam cõmunicet. Dico etiam quod indiget nobis ad iuſtificandum nos, quia qui fecit te ſine te, &c. Aug. Nam plura requiruntur ad reparandum domum collapſam, quam ad fabricandum nouam. Indiguit etiam turba ſanctorum ſternẽte veſtimenta, id eſt bona opera, in via, ideſt dum uiatores ſunt, ſed quia ecce ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis. Indiguit portantibus ramos, id eſt malis honos exercentibus, Vltio ſubdetur ad faciendam vindictam in nationibus, Pſal. 149. — Pſal. 149.

Sed iam conſideremus: quo modo & ipſe Chriſtus ex altera parte omnia ſua ſternit propter nos. Audite Paulum in Epiſtola dicentem, Cum in forma Dei eſſet &c. exinaniuit ſemet ipſum formam ſerui accipiens, Philip 2. Audite filij chariſſimi humilitatem Domini noſtri Ieſu Chriſti magnam, cũ ipſe tam ſummus ſemetipſum exinaniuit, i. viſibilem ſe fecit, De ipſo enim aliàs dixit Eſai. 45. Verè tu es Deus abſconditus, nunc autem de eo dicit, Ioan. ca. primo, quod vidimus, — Philip. 2. Eſa. 45. 1. Io. 1.

& audiuimus, & manus noſtræ contractauerunt. Maiorem in hoc, quod Rex regum induit formam ſerui: iuxta illud, & Ieſus erat indutus veſtibus ſordidis, Zacha. 3. Maximam in hoc, quod ſplendor paternæ gloriæ peccati ſimilitudinem denigratur noſtri in ſimilitudinẽ hominum, ſcilicet peccatorum dicitur factus: unde Apoſtolus, Deus filium ſuum miſit in ſimilitudinem carnis peccati. Rom. 8. fecit autẽ ſe paruum, & humilem &c. Rom 8.

Quo ad diuitias, iuxta illud propter nos egens factus eſt, cum eſſet diues. 2. Cor. 8. quo ad hoc exinaniuit ſe in ingreſſu mundi, iuxta illud, peperit filium ſuum primogenitum, & pannis eum inuoluit, Lucæ 2. In progreſſu per mundum: non enim habuit domicilium proprium, iuxta illud, Vulpes foueas habent, & uolucres cœli &c. Luc. 9. In ingreſſu de hoc mundo: nam dicitur, quòd diuiſerunt ſibi ueſtimenta mea, & ſuper ueſtem meam miſerunt ſortem, Matth. 27. Auguſti. ſuper uerbo iſto, exinaniuit, dicit, Ecce habemus exemplum humilitatis, ſuperbiæ noſtrę medicamen, ut quid ergo intumeſcis ò homo, quid inflaris, princeps tuus humilis, & tu ſuperbus miles, caput humile, tu ſuperbum membrum: paruum ſe fecit quo ad potentiam, iuxta illud, quare futurus es uelut uir magnus, & fortis, qui ſaluari non poteſt? Hiere. 14. hoc fecit, cum capi, & ligari a Iudæis ſe permiſit, iuxta illud, compræhenderunt Ieſum, & ligauerunt eum, Ioan. 19. Vnde bene dicitur, de eo data ſunt ſuper te uincula, ligabũt te in eis, Ezech. 3. Cum permiſit ſe duci ad Pilatum, a Pilato ad Herodem, ab Herode ad Pilatum, & tandem ad montem Caluariæ, propter quod dicitur Eſa. 53. ſicut ouis ad occiſionem educetur & cæ. Eleuari in ligno crucis, & duriſſimis clauis affigi: unde dicitur, cornua, ſcilicet crucis in manibus eius, ibi abſcõdita eſt fortitudo eius, Abacuc 3. hoc eſt quod dicitur, ò quàm indebita miſeratio gratuita, & probata dilectio, quã inopinata dignatio, quàm ſtupenda dulcedo, quàm multa manſuetudo. Regem gloriæ pro deſpectiſſimo uernaculo, crucifigi. Quis audiuit unquam tale? & quis uidit huic ſimile? Eſa. 66.

2. Cor. 8. Luc. 2. Luc. 9. Matt. 27. Hier. 14. Ioan. 19. Ezech. 3. Eſa. 53. Abac. 3. Eſa. 66.

Quo ad ſapientiam: quia Iudæis nõ reſpondit, cum interrogaretur ab eis, & falſum contra eum dicerent teſtimonium, quod fecit propter indignitatẽ audientium, ne contradicerent ſibi d. Nolite ſanctũ dare canibus, Matth. 7. Ideo dicitur Prouer. 14. quærit deriſor ſapiẽtiam, & non inuenit: quia ſcilicet derideret, & peior fieret. Vt accelerret beneficium redemptionis humanæ: ideo dicitur, cum uenerit quaſi fluuius uiolentus, quem ſpiritus Dei cogit, Eſa. 59. Vt ſatisfaceret pro loquacitate Adæ & Euæ: ideo dicitur, factus ſum ſicut homo nõ audiens, & non habens in ore &c. Pſal. 37. Vt formam daret nobis;

Mat. 7. Prou. 14. Eſa. 59. Pſ. 37.

Exod. 14. quia melius eſt conuicia uincere tacendo, quam obiurgando reſpondere, ſicut monet dominus, Exod. 14. & Dominus pugnabit pro nobis, & uos tacebitis: ideo dicitur, non reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, Prouer. 26.

Prouer. 26.

Quo ad pulchritudinem, iuxta illud, non eſt ſpecies ei, neque decor, Eſa. 53. paruum ſe fecit, quo ad pulchritudinem, qui eſt ſpecioſus forma præ filijs hominum, Pſal. 44. Ille, in quem deſiderant Angeli proſpicere, 1. Petr. 1. Propter ſputorum immundorum linitionem, iuxta illud, faciem meam aſpernere non uereatur, Iob 30. Propter ipſius ſanguinis aſperſionem, iuxta illud, omnia indumenta mea, ideſt corporis membra inquinaui, ſcilicet rubore, & effuſione ſanguinis mei, Eſai. 63. Propter grauiſſimum onus crucis: unde beatus Andræas dicebat, ò bona Crux, quæ decorem, & pulchritudinem de mēbris Domini mei tuliſti. Et quia tot ſuſtinuit, ſic ſe humiliauit, ut ſe exaltaret: hoc fecit, ut te ipſum cognoſceres, te ipſum & humiliares. O. N. nunquid humiliaſtis nos, hodie tuliſtis oliuas, & palmas, ſtrauiſtis ne ueſtimenta in uia. Eya quia non conſideraſtis quid feciſtis quanti miſterij ſint iſta ſigna.

Eſa. 53. Pſ. 44. 1. Petr. 1. Iob. 30. Eſa. 63.

Quid oliua niſi pax: unde Virgilius, Paciferęq; manu ramum prætendit oliue: unde columba attulit oliuam in arcam, in ſignum pacis, Geneſ. 8. & quietis iræ Dei, dicite mihi; ſignum cum nihil reſpondeat in re, nonne fallax eſt? Vtique: tangis manum amici, ſignum eſt amicitiæ, ſi autem amicus non eſt, ſignum fallax eſt, & tu mendaci ſigno uteris: ſic ſi non es pacatus cum Deo, & proximo actu, uel intentione accipiens ſignum pacis, mentitus es, peccaſti mortaliter.

Gen. 8.

Palma, quid niſi uictoriam ſignificat? contra mundum ipſum contemnens cum Apoſtolo, omnia arbitrando, ut ſtercora, Philip. 3. & iuxta monitum Prophetæ, Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere, Pſal. 61. Debemus uincere, carnem caſtigando, mortificando, 1. Corinth. 9. & Coloſ. 3. reſiſtite Diabolo, & fugiet a uobis. Quid ſternere ueſtimenta, niſi habitus malos, & uitioſos ab anima exuere. Indui te ergo ueſtem nouam, ideſt Chriſtum, qui ſecundum Deum creatus eſt in ſanctitate, & iuſtitia coram ipſo omnibus diebus ueſtris, ut præceptis eius obedientiam præſtetis, & tandem in electorum numero connumerari digni ſitis. Eya ergo, ite & prædicate ſenſibus ueſtris, ſoluite aſinam, ideſt carnem, & adducite Chriſtum.

Phil. 3. Pſ. 61. 1. Cor. 9. Coloſ. 3.

Tertius fructus, & precioſum eſt gaudium populi gaudentis noui Regis aduentu, Vbi notandum, quod tria regna poſt peccatum effecta ſunt. Primum incepit ab Adam uſque ad Moyſem. Secundum a Moſi uſque ad Chriſtum. Tertium a Chriſto uſque ad Antichriſtum.

Rex

Rex primi regni fuit Adam. Secundi regni fuit Moyſes. Tertij regni fuit Chriſtus. In primo regno, ciues omnes cæci fuerunt. In ſecundo, claudi. In tertio, illuminati. In primo cæci fuerunt: quia lumine paruo naturæ uidebant, & Solem, & Lunam, & Stellas uidere non potuerunt; non Chriſtum, neque Virginem, nec Sanctos cognouerunt, & dederunt in idola caput, ita ut pro generandis filijs ad eam Lucinam confugerunt, pro principatibus ad Iouem, pro diuitijs ad Herculem pro uirtutibus ad Mineruam tanquam Deos adorando, declarantes mundum æternum, angelos coæternos, Deum agens liberum, & animam mortalem, unicum uerò in omnibus intellectum: Vide quomodo cæci ſunt, & ignorantes, ut Socrates, Democritus inſanus, Eraclitus inconſtans, Diogenes ſeuerus, Pythagora mutus, Plato ſuperſtitioſus, & Ariſtoteles ingratus. igitur cæci fuerunt.

In ſecundo Regno ciues, fuerunt Hebræi, claudi, & cæci: quia ſolem, Chriſtum ſtellas & Prophetas uidere noluerunt; aſpirantes ad terram Canaam, ubi lac, manna, & mel comedebant: de quibus Zachar. illuminare his, qui in tenebris &cæ. Ibi claudi fuerunt, ſcilicet Moyſes incredulus, Aaron idololatra, Ioſue homicida, Sanſon fornicator, Dauid ſuperbus, Salomon inconſtans, Ionas pauentoſus, Eſaias murmurator, & omnia quæ in hoc regno inueniuntur, umbræ, ſunt, figuræ, ac ceremoniæ ſub timore legis, & iudicio Dei. Luc. 1.

In tertio Regno, ſcilicet Chriſti, cæci natura non ſunt, ſed uoluntate: ſed ſol iuſtitiæ illuminat omnes, & potentia eius ſanat omnes. Epheta, quod eſt aperire, ſurge, & ambula, Lazare ueni foras, ubi non eſt amplius timor, ſed amor: non ſeruitus, ſed libertas: non mors, ſed uita. Non eſt ergo mirum, ſi hodie ueſtes in terris, & ramos ſpargebant, & acclamatione Cantici dicebant, Oſanna filio Dauid, benedictus, qui uenit in nomine domini: quæ ſi ut oportet inſpiciamus, doctrinam ſuauiſſimam continere uidebimus, ſcilicet quo pacto eos eſſe affectos oporteat, qui Chriſtum per paſſionem in cœleſtem Hieruſalē ingredientem imitari uelint perfectā. ſ. fidei confeſſione, quæ corde creditur, eleemoſynarum largitione, bonorum operū fructibus, quibus ad pietatem prouocari proximus ſolet. hinc tanto ſtudio ſemper ad imitationem ſui fideles ſunt hortati Apoſtoli, imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti, 1. Corinth. 11. & Phil. 3. Sunt autem in Apoſtolis imitanda potiſſimum fidei conſtantia, & integritas, quā ad extremum uſq; ſpiritū conſeruarunt. Charitas qua ſe totos impenderunt, & ſuperimpenderūt pro Chriſto, & Eccleſia, ſpes quā habebat, ſicut ancoram animæ firmā, ac tutam incedentem, uſq; ad interiora uelaminis, Heb. 6. quia enim teſte Chriſto arcta, & anguſta eſt uia, quę ducit

Marc. 17. Ioan. 5. Io. 11. 1. Cor. 11. Phil. 3. Heb. 6. Matth. 7.

ducit ad cœlum,& præſertim propter eos,qui delitijs, & uoluptatibus aſſueuerint : quanquam facilior ſit ea uia, quæ ducit ad perditionem,ſed non cognoſcimus.Infirmitati ergo noſtræ concedit Chriſtus,ut ſanctorum uirtutes,quæ Chriſti dona ſunt,imitemur:ut hac ratione deſperatio adimatur, quam carnis infirmitas ſugere ſolet, dum uident ſanctos Prophetas, Martyres, Apoſtolos, ſimili infirmitate circundatos ex ſpiritu Chriſti ipſos inhabitante potuiſſe patriam, amicos, parentes, fortunam, corpus, & uitam pro Chriſto contemnere.

Hoc enim uerè eſt illi ueſtimentum proſternere,& ramorum proiectio, parandi per Chriſtum uictoriam, ut laudetur nomen eius in ſeculum, ut ait Dauid Pſalm. 144. Laudabo nomen tuum in æternum. Pſ.144.

Pſ.113. Sed contra Pſal.113. non mortui laudabunt te domine.

Reſpondeo, quòd iſta ſecunda intelligenda eſt de mortuis æternaliter exiſtentibus in inferno, ubi Deum non poterunt laudare, cum ſint extra ſtatum merendi: quem enim in mundo uiuentes oderant, quomodo in alia uita laudare, & benedicere poterunt? quin potius in illum ſuperbientes maledicent in æternum, ut Pſal. 73. ſuperbia eorum,qui te oderunt,aſcendit ſemper.Poteſt etiam intelligi de morte peccati,qua impij,& peccatores adhuc uiuentes, in carne mortui dicendi ſunt,cum non uiuant Deo. hi uerò qui è contrario in mandatis Domini incedentes, bene ſe geſſerunt in mundo, ſimul cum iſtis pueris Deum, & Chriſtum laudare quærunt in hoc ſæculo, & in alio perpetuo laudaturi ſunt,ut Propheta Pſ.83.Beati qui habitant in domo tua domine,in ſecula ſeculorum laudabunt te. Pſ.73. Pſ.83.

Iſta ergo ſunt precioſa, quæ nautæ fideles in portu Panormi huius Euangelij piſcantur: ij ſunt fructus quos ex uiridario Chriſti dulciſſimos colligimus.Comedite ergo, quia ſuauis eſt Dominus, beatus uir,qui ſperat in eo,qui factus eſt Rex miſeriarum, & opprobriorum, cuius imperium ſuper humerum eius: ſectamini humilitatem, & bonitatem eius, obedientiam diſcipulorum in præceptis eius, & gaudium puerorum,ideſt perfectorum proſternentes, & dantes quæ poſſidetis,ut centuplum accipiatis, & ſupernam Hieruſalem poſſidere ualeatis, & tandem cum Chriſto ſuper aſinam per manſuetudinē, & humilitatem ſedeatis,ut Chriſti ueſtigia ſectemini dicentis,Diſcite a me,quia mitis ſum,& humilis corde.

Hæc eſt illa manſuetudo, quam Paul. Romanis admodum prædicabat cap. 12. d. Dico enim per gratiam,quæ data eſt mihi omnibus quæ ſunt inter uos,non plus ſapere, quam oportet ſapere, ſed ſapere Rom.12. Ibi.

ad

ad ſobrietatem, honorem inuicem præuenientes, non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes.

Hanc manſuetudinem Apoſtolus docebat, Gal. cap. 5. Non efficiamur inanis gloriæ, cupidi inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. Gal. 5.

Hanc docebat 1. Corinthios 4. tanquam uerò non uenturus ſim ad uos, ſic inflati ſunt quidam: ueniam autem ad uos cito, ſi Dominus uoluerit, & cognoſcam non ſermonem eorum, qui inflati ſunt, ſed uirtutem: non enim in ſermone eſt regni Dei, ſed in uirtute. 1. Cor. 4.

Hanc manſuetudinem eiſdem Corinthijs prædicabat in eadem epiſtola, cap. 8. d. Si quis autem ſe exiſtimat ſcire aliquid, nondum cognouit, quemadmodum oportet eum ſcire. Et iterum, nam ſi quis exiſtimat ſe aliquid eſſe, cum nihil ſit, ipſe ſe ſeducit, Gal. 6. 1. Cor. 8.

Hanc manſuetudinem docuit Philip. cap. 2. d. Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, ſed in humilitate ſuperioris, ſibi inuicem arbitrantes. Hoc enim ſentite in uobis, quod in Chriſto Ieſu, qui ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens. Hanc eandem manſuetudinem Chriſtus exemplo docuit nos, qui cum Deo æqualis ſit, humiliter, & mãſuetè rex regum, & Dominus dominãtium Hieruſalem ingreſſus eſt, Diſcurrre, Amen. Gal. 6. Phil. 2. Phil. 2.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE


VIRTVS DERIDET IMPETVS

7-2-2 25